K

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
36 B
6
11-C-46
11
C
50

# Concordantiæ

BREVIORES, OMNIVM fermè materiarũ ex ſacris Bibliorum libris, non ſolùm diuini verbi concionatoribus, verumetiam ſtudioſis omnibus ſummoperè vtiles ac neceſſariæ. Per V.P. Anthonium à Konygſteyn, Minoritam.

*Ab authore iam poſtremùm recognitæ & locupletatæ.*

PARISIIS,
Apud Ioannem Roygni, via ad D. Iacobũ, ſub Baſiliſco & quatuor Elementis.
1544.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

INCLYTO SIMVL ET
generoſo comiti, Ludouico à
Stoelberg & Vuernigero-
de, &c. Frater Antho-
nius Konygſteyn
Minorita,
S. P. D.

SOlent verę cultores pie-
tatis, illuſtris ac generoſe
Comes, cũ quid otij na-
cti fuerint, ſtudiis ani-
mum, ne inertia torpeat, occupare
diuinis, ſolatio ſanctos habendo li-
bros. In his quidem veluti terſiſſi-
mis clariſſimíſque ſpeculis, quic-
quid verę pietatis, honeſtatis perfe-
ctionisve eſt, conſpicere licet, quo
ad omnem vterque homo morum
componatur normam. Omnis ſcri-
ptura (inquit Apoſtolus) diuinitus 2. Tim.
inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad 3.

arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei, ad omne opus bonum inſtructus. Hæc ſola perfecte oſtendit, quibus amiſſa dei reparatur cõſeruatúrque amicitia, quibus armis, diaboli, mundi, & carnis debellatur malitia, induẽs nos armaturam dei,

Ephe. 6 vt poſſimus reſiſtere in die malo, habẽtes ſcutum fidei, & galeam ſpem ſalutis, ac gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei. Hæc viam demonſtrat ad vitam, cuius viæ, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ pacificæ. Pacificum equidem ad proximũ commonſtrat conuictum, victorioſum quoque (ſi bene ſpectes) non tam armis quàm prudentia parandũ de hoſte trium-

Eccle. 9 phum. Melior eſt enim ſapientia, quàm arma bellica. Quid plura? Si deo deuotus, tibi & rei domeſticæ proficuus, proximo eſſe cupis accõ-

m̄odus methodũ ad hęc ipſa pio pru
dentíque luſtrata oculo aperit. Non
enim ſiniſtra ac peruerſa intentione
luſcus, terrena carnali ve cupiditate,
quæ dei ſalutis & pacis ſunt, guſtare
aut percipere obtenebratus valet o-
culus. Animalis homo, inquit Apo- 1. Cori. 2.
ſtolus, non percipit ea quæ ſunt ſpi-
ritus dei, ſtultitia enim eſt illi & nõ
poteſt intelligere, quia ſpiritualiter
examinatur. Spiritualis autẽ diiu-
dicat omnia. Puriſſimi inde doctri-
narum fluũt riuuli, fidelium preſſos
onere aduerſitatum reficientes ani-
mos. Quæcũque enim ſcripta ſunt, Mat. 15.
ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt, vt
per patientiam & cõſolationem ſcri
pturarum ſpem habeamus. Nequa-
quam dominus (cui cura eſt de om-
bus) in hac miſeriarũ valle ſuos, ne
deficiãt in via, ieiunos relinquit, ſed
pane cibat vitæ & intellectus. Non

Mat. 15. Mat. 4. in ſolo pane viuit homo, ait Saluator, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei, potátque aqua ſapientiæ ſalutaris. His anima refecta delitiis mundi ſpernit gloriam, diaboli ridet ſæuitiá, carnis ſupplantat concupiſcentiam, ſupernam anhelo indefeſſoq; ſpiritu ſuſpirat ad patriã,
Colo. 3. quæ ſurſum ſunt non quę ſuper terram quærẽs, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedẽs. Has faſtidiens reiiciénsque delitias ſtomachus, certũ
Iohã. 8. mortis habet indicium. Qui enim ex deo eſt, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis. Has non ſuperficietenus te guſtaſſe, nec à liminibus tantum ſalutaſſe, ſed toto niſu perluſtraſſe. (Nã ab infantia ſacras literas didiciſti) non ignorans, hylari animo hunc meum qualemcunque, & ſi tuæ celſitudini imparem, dedicare tibi la-

borem haud dubitarim. Non enim ingratum, generoſo, ſacríſque affectum literis, eſſe poteſt animo, quod pio ac humili, maxime è ſacris Bibliorũ libris in genuino (non adulterino) ſenſu collectum, necnon ad certos, quo facilius inuẽtu, articulos redactum offertur affectu. Studui quidem (vt verum fatear) mihi ipſi ſub ſilentio conſulere, ſed ſuperioris conſtrictus mandato, coactus ſum, etſi imparatus, quę è ſcripturis congeſſi ſacris in lucem ædere. Videns ergo nonnihil laboris, in quærendis accidere ſentẽtiis, multisq; ad profectum conducere ſi ad plenum cõplerentur, rogatus necnon precibus plurimorum compulſus, rurſus, etſi laborioſum, aggreſſus ſum opus, plenas ac perfectas ponens ſententias, vt ſine recurſu (figuris, id eſt, hiſtoriis ſummatis) integer habeantur, in

proprio & literali ſenſu, intellectus. Volui igitur, hanc meam lucubratiunculam diuinarum ſtudioſo literarũ, qualem te Comes illuſtris, non ignoro, dedicare & aſcribere. Rogo quapropter, pio (vt offertur) pectore, etſi mea opera pauperculum, ſententiis tamen ac ſcripturis opulentũ à paupere fratre ſuſcipe, tuta, ac foue munuſculum. Deo vna cum digna te coniuge fœliciter perhenniterq; recommendatus. Brulis, Anno. M. D. XXX. Menſe Iulio.

## LECTORI NOTATV neceſſaria.

NOlo te ignorare optime lector quoſdam ſub aliis comprehẽdi titulos, nec ſigillatim poni, ſed per appoſitionem tituli, & appenſum numerum vbi inueniri debeant indicari. Exempli gratia: Fraus ponitur in titulo Diuitiæ, ſub numero vj.

quare ſic in tabula collocatur: Fraus. Diuitiæ vj. Quādo autem ponitur iſta dictio. Vide, deſignat eiuſdem tituli materiam, etiam ſub titulo qui ſequitur contineri. Sunt & authoritates nonnullis quadrantes articulis, quæ breuitatis cauſa ad titulum vbi ad longum ponuntur, ſunt remiſſæ. Exempli cauſa: Sub titulo Accuſatio, numero ij. ponitur. Romanorum ij. c. Qum enim gentes. Lex ij. hoc eſt ſub titulo. Lex numero ij. eadem ad integrum ponitur authoritas. Habebis & candide Lector, ſi hæc tibi non diſplicuerint, ſuccinctum epiſtolarum euangeliorúmque ė probatiſſimis & antiquitate & ſcientia doctoribus per anni circulum de tēpore & de ſanctis notatu digniora Paulinis in epiſtolis, necnon quatuor in euangeliſtis complectēs, non minore cōgeſtum labore opuſculum, vt pro ſua & paruitate & vtilitate non immeritò Enchiridion Homiliarum nomen accipiat, non ſolùm verbi diuini concionatoribus, ſed & piis lectoribus accōmodum.

# INDEX TITVLORVM.


A.

ABſtinentia.
Acceptio perſonarum.
Acceptio munerum.
Accidia. vide Ocium Pigritia.
Accuſatio.
Adoratio.
Adulatio.
Adulterium.
Aduentus domini.
Ambitio honor. xiij.
Amicitia.
Angelus.
Antichriſtus.
Apoſtolus.
Apoſtata.
Arbor ſpiritualis.
Arma ſpiritualia.
Aſcenſio Chriſti.
Aſtrologia.
Auaritia. vide diuitiæ
Auditus.
Auerſio à deo.

B.

BAptiſmus.
Beatitudo.
Bellum.
Benedictio.
Blaſphemia.
Bonitas.

C.

CAlix.
Caput ſpiritale.
Charitas. Caro.
Caſtitas.
Cæcitas.
Cibus.
Circuncíſio.
Ciuitas.
Clauis.
Cogitatio.
Cognitio dei. vide Iudicium. xj.
Cognitio hominis.
Concilium.
Concupiſcentia.
Confeſſio.
Confirmatio.

Confuſio.
Conſcientia.
Conſilium.
Conſolatio. Vide Miſericordia.ij.
Conſuetudo.
Cōtentio. Vide Rixa
Contumelia.
Conuerſio ad deum.
Cor. Correctio.
Corpus myſticum.
Creatura.
Credulitas.
Crux.

D.

Damnum.
Decimatio.
Deriſio.
Deſperatio.
Detractio.
Deus.
Diabolus. Angel.xj.
Dilectio dei.
Dilectio proximi.
Dilectio inimicorū.
Diſciplina.
Diſcipulus Chriſti.
Diuitiæ.
Diuinatio
Doctrina
Doloſus
Domus
Donum.

E.

Ebrietas
Eccleſia.
Eleemoſyna.
Euangelium
Euchariſtia
Excommunicatio
Exemplum. Vide Lux.vj.
Experientia.

F.

Fama
Familiaritas
Fœneratio
Fermentum
Fides ſiue fidelitas
Fides
Fideiuſſio
Filius
Fornicatio
Fortitudo

Fraternitas
Fraus.Diuitiæ.vj.
Fructus operis
Furtum.

G.

GAudium
Generatio
Gloria
Gratia
Gula.

H.

HAEreditas
Hæreticus
Homicidium
Homo
Honor
Hoſpitalitas
Humilitas
Hypocriſis.

I.

IDololatria
Ieiunium
Ignorantia
Imago. Vide Idololatria.xij.
Impius
Induratio
Infernalis pœna
Infirmitas
Ingratitudo
Inimicus
Inuidia
Ira
Iudicium temerariũ
Iudicium diuinum
Iudicium extremum
Iudicium polyticum
Iumentum
Iuramentum
Iuſtitia dei.Iudic.viij
Iuſtitia phariſaica
Iuſtitia legalis
Iuſtitia euangelica
Iuſtitia humana ſiue polytica
Iuſtus.

L

LAbor
Lapis
Laus dei. Honor. ij.
Laus hominis
Lex
Leproſus
Liberum arbitrium

Libertas
Liber vitæ
Lingua
Luctus
Luxuria. Fornicatio i. Vide etiam mulier. viij.
Lux.

M

Magiſter
Maledictio
Malum
Manſuetudo
Mater Chriſti
Matrimonum
Mediator
Medicus
Mendacium
Mercenarius
Miniſterium
Miraculum
Miſericordia
Mors
Mortuorũ ſuſcitatio
Mulier
Mundus
Munditia
Murmuratio
Mutorum curatio
Mutuatio. Vide Fœneratio.

N

Natiuitas Chriſti
Negatio Chriſti
Negotiatio
Hominis dei frequẽtatio
Nouiſſimorum memoria
Nuncius.

O

Obedientia
Oblatio. Honor iij.
Occiſio hominis
Ocium
Oculus
Odiũ. Vide inimicus
Odor
Operatio bona
Oratio. Vide Adoratio, & Honor. ij. Med. ij.
Ornatus. Vide Mulier ix.
Ouis ſpiritualis.

P

PAtientia. Vide Diſciplina. Perſequutio.
Paſſio domini Vide Mors. j.
Paſtor. Vide Ouis, Prælatus.
Pater
Paupertas
Pax
Peccatum. Vide Mors. v.
Pœnitentia
Peregrinus
Perfectio
Perſequutio
Perſeuerãtia
Pignus
Pigritia, vide Accidia, Ocium
Piſcatio
Potentia dei. Iudicium v.
Præceptũ, vide Obedientia.
Prædeſtinatio
Prædicatio Iohannis
Prædicatio Chriſti
Prædicator, vide Euangelium
Prælatus, vide paſtor
præparatio cordis
primogenitus
promiſſio
propheta
Prouidentia diuina vide Iudicium. viij.
prouidentia humana vide Sollicitudo
Puer
punitio
Puſillanimitas

Q

QVærere deum.

R

RApina Diuitiæ ix.
Recidiuatio
Redemptio à peccatis.
Regnum dei
Regnum terrenum
Renunciatio
Reſurrectio Chriſti

Reſurrectio generalis.
Rixa, vide Contentio.

S

SAbbathum
Sacerdos
Sal
Salus
Sanctitas
Sapientia
Scandalum
Scriptura ſacra
Semen
Senectus
Sepultura Chriſti
Sepultura humana
Seruitus
Seruus
Simonia
Simplicitas
Societas
Sollicitudo
Somnus
Somnium
Spes
Spiritus ſanctus
Sterilitas
Stultus
Superbus
Suſurro.

T

TAciturnitas
Templum
Tempus
Tenebræ
Tentatio
Theſaurus
Teſtamentum
Teſtis
Timor
Triſtitia.

V

VErbum dei. Vide Euangelium.
Veritas
Vidua
Via dei
Via virtuoſa
Via vitioſa
Vigilia
Vindicta
Vinea domini
Vinum

Viſio dei
Vita animæ
Vitis
Vnctio ſacra.
Vocatio dei
Voluptas
Votum
Vſura.

Z

Zelus.

Indicis Finis.

# Concordantiæ

BREVIORES CERTARVM materiarum, diuini verbi concionatoribus tam obuiæ atque expoſitæ, vt ad primos obtutus ex ſacris Bibliacis libris certos locos ordine alphabetico digeſtos offendere queant, quibuſlibet thematibus diducendis aptos.

ABſtinentia vitiorum omnibus I
neceſſaria. Vnde Thobias filium ſuum docuit ab infantia timere Deum, & abſtinere à peccatis. Thob.1.b. Cum verò factus eſſet vir, accepit vxorem Annam de tribu ſua: genuítque ex ea filium nomen ſuum imponens ei: quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. Eccli.3.d. Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit. 1.Cor.9.d. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptã. 1.Theſſalo.4.a. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione: vt ſciat vnuſquiſque veſtrũ vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij. ſicut & Gentes quæ ignorant deum. 5.d. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

¶ *Abſtinentia ciborum debet eſſe ordinata*. Numeri.6.a. II
Vir ſiue mulier cum fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe

voluerint domino conſecrare : à vino & omni quod ine-
briare poteſt, abſtinebunt. Helias pane ſubcinericio & a-
qua refectus per angelum, ambulauit in fortitudine cibi
illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſque
ad montem Dei Oreb, 3.Reg.19.a. Et ecce angelus do-
mini tetigit eum & dixit illi, Surge & comede. Reſpexit
& ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis & vas aquæ.Co
medit ergo & bibit. Ecclés.29.d. Initium vitæ hominis
aqua & panis,& veſtimentum,& domus protegens turpi-
tudinem.De Iohanne dicitur, Matth.3.a.Eſca autem eius
erat locuſtæ & mel ſylueſtre.11.b.Venit enim Iohannes
neque manducans neque bibens,& dicunt: dæmonium
habet. Lucæ.1.b. Vinum & ſiceram non habet. 7.e. Ve-
nit autem Iohannes Baptiſta neque manducans panem:
neque bibens vinum,& dicitis dæmonium habet.1.Theſ.
5.b. Nos autem qui diei ſumus ſobrij ſimus. 2.Petri.1.b.
Vos autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fi-
de veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam,in ſcientia
abſtinentiam.

III ¶ *Fructifica : quia affectum refrenat.* Sapien. 8.b. Et ſi iu-
ſtitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtu-
tes. Sobrietatem enim & ſapientiam docet & iuſtitiam &
virtutem,quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. 1.Co
rinthiorũ.9.d.Ego igitur ſic curro non quaſi in incertum:
ſic pugno non quaſi aerem verberans.Sed caſtigo corpus
meum & in ſeruitutem redigo,ne fortè cum aliis prædica-
uero ipſe reprobus efficiar. Tit.2.b. Iuuenes ſimiliter hor
tare vt ſobrij ſint. 1.Petri.2. Chariſſimi obſecro vos tan-
quã aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus de-
ſideriis, quæ militant aduerſus animam. 5.b. Sobrij eſto-
te & vigilate quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo
rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes
in fide.

IIII ¶ *Intellectum purgat.* Eſa.28.c.Quem docebit ſcientiam?
& quem intelligere faciet auditum ? Ablactatos à lacte
auulſos ab vberibus, Daniel & ſocij ipſius à regiis abſti-
nentes cibis ſapientia ſuper omnes repleti ſunt, Dani.1.d.
Pueris autem his dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in

omni libro & ſapientia, Daniel autem intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum.

*Meritum augmentat.* Vnde dominus Adam abſtinentia cibi ligni ſcientiæ boni & mali mereri ex obedientia voluit, Gen.2.c. Ex omni ligno paradiſi comede, & de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Vide titulum ieiunium. V

*Morbum curat*, Eccle.37.d. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt adiiciet vitam. VI

## Acceptio perſonarum.

*Acceptio perſonarum Deo eſt odioſa.* Deuter.10.d. Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtrā ne induretis amplius: quia dominus Deus veſter, ipſe eſt deus deorum, & dominus dominantium: Deus magnus & potens & terribilis, qui perſonam non accipit nec munera, facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum. 1.Reg.16.b. Ne reſpicias vultum eius (ait dominus Samueli de Eliab filio Iſai) neque altitudinem ſtaturę eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. 2.Para.19.c. Non eſt enim (ait Ioſaphat rex iudicibus) apud dominum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. Roman.10.b. Non eſt enim diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Roma.2.b. Non eſt acceptio perſonarū apud deum. Coloſſen.3.b. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius qui creauit eum: vbi non eſt Gentilis & Iudæus: circuncifio & prępucium, barbarus & ſchyta, ſeruus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Act.10.e. In veritate comperi (ait Petrus) quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni Gente qui timet eum & operatur iuſtitiā acceptus eſt illi. I

*Homini pernicioſa*, Eccleſiaſtici.20.c. Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam, perſonę autem acceptione perdet ſe.42.a Ne accipias perſonam vt delinquas. Iaco.2.a. Fratres mei no- II

lite in perſonarum acceptione habere fidem domini noſtri Ieſu Chriſti glorię. Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum anulum habens, in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu, & attendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei, tu ſede hic bene: pauperi autem dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum, nónne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? Si tamē legem perficitis regalem secūdum ſcripturas: diliges proximum tuum ſicut teipſum, bene facitis: ſi autem perſonā accipitis, peccatum operamini redarguti à lege quaſi trāſgreſſores. Iud. 2. e. Mirantes perſonas quæſtus cauſa.

III ¶*Proximo damnoſa*, Prouer. 19. a. Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis. Vide titulum iudicium humanum. 4. & 5.

¶ACCEPTIO munerum, vide titulum, Donum. Item iudicium humanum. 6.

## ¶Acedia.

I ¶*Acedia Deum offendit*, Nume. 22. b. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutúsque contra dominum & Moſen ait: Cur eduxiſti nos de Aegypto vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ, anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Quamobrem miſit dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum venerunt ad Moſen & dixerunt: Peccauimus quia locuti ſumus contra dominum & te. Ora vt tollat à nobis ſerpentes. Lucæ. 12. f. Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Iaco. 4. d. Scienti igitur bonum facere & non facienti peccatum eſt illi.

II ¶*Regnum æternum amittit*, Matthæi. 11. b. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 25. c. Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Iohan. 15. a. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Si quis in me non manſerit,

ſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum & in ignem mittent & ardet.

## ¶ Accuſatio.

¶ *Accuſat nos apud Deum diaboli malitia*, Iob.1.b. Quadam autem die cum veniſſent filij Dei vt aſſiſterent coram domino, affuit inter eos etiã Satan. Cui dixit dominus, Vnde venis? Qui reſpondens ait: Circuiui terram & perambulaui eam. Dixítque dominus ad eum: Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra: homo ſimplex & rectus, ac timens Deũm & recedẽtis à malo? Cui reſpondens Satan ait: Nunquid Iob fruſtra timet Deum? Nónne tu vallaſti domum eius, vniuerſámque ſubſtantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi. Roma.8.f. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Apoc.12.c. Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnũ Dei noſtri & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte. I

¶ *Propria nequitia*, Hiere.2.d. Arguet te malitia tua & auerſio tua increpabit te. Roma.2.c. Cum enim Gentes. Lex.¶.i. II

¶ *Sacra ſcriptura*. Iohan.3.g. Nolite putare quia ego accuſaturus ſum vos apud patrem. Eſt qui accuſat vos Moſes in quo vos ſperatis. Si enim crederetis Moſi: crederetis forſitan & mihi. De me enim ille ſcripſit. III

## ¶ Adoratio.

¶ *Adorandus Deus latria ſingulariter*. Exod.20.a. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quę ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea neque coles. Pſal.65.a. Omnis terra adoret te Deus, & pſallat tibi. 85.b. Non eſt ſimilis tui in diis domine. Omnes Gentes venient & adorabunt coram te. Eſaiæ.62.g. Veniet omnis caro vt adoret corã facie mea dicit dominus. Matth.4.b.& Luc.4.b Dominum Deum tuum (ait dominus Satanæ) adorabis, I

Apoc.14.b. Adorate eum qui fecit cœlum & terram mare & fontes aquarum.19.b.22.b. Vide ne feceris (ait angelus Iohanni adorare volenti) conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. Deum adora.

II ¶*Cordialiter*. Eſaiæ 29.d. Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autẽ eius longe eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupẽdo. Cæcitas, Matth.15.b, Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſaias dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me, Iohan.4.c. Domine video quia propheta es tu, Patres noſtri in monte iſto adorauerunt, & vos dicitis quia Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora quando neque in mõte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrem. Sed venit hora & nunc eſt quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quęrit qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare.

III ¶*Humiliter*, Iob.1.d. Tunc (auditis de morte filiorum nunciis) ſurrexit Iob & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit, Pſal.71.b. Coram illo procident Aetiopes, Reges tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei. 91.a. Venite adoremus & procidamus & ploremus coram domino, Matthæi.2.b. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius: Et procidentes adorauerunt eum. Lucæ.18.e. Et Publicanus à longe ſtãns nolebat nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.

IIII ¶*Integraliter non ſicut Samaritani qui Deum ſimul & idola colebant*, 4. Regum.17.f. Et cum dominum colerent, diis quoque ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudinem Gentium, de quibus fuerant tranſlati Samariam, Thob.1.a. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos quos Hieroboam fecerat rex Iſrael: hic ſolus fugiebat conſortia omnium & pergebat

pergebat ad Hieruſalem ad templum domini & ibi adorabat dominum Deum Iſrael.

¶*Salubriter*. Eccleſ.35.c, Qui adorat Deum in oblectatione ſuſcipietur, & deprecatio illius vſque ad nubes propinquabit, Eſaiæ.43.b. Ego ſum, ego ſum dominus, & non eſt abſque me Saluator. V

A*Dulator credentem decipit*, Sic Siba Dauid ad falſam & iniuſtam induxit contra dominum ſuum dandam ſententiam, 2.Reg.16.a. Cúmque Dauid tranſiſſet. Sic falſi prophetæ Achab proſperum belli dixerunt euentum, in quo tamen interiit. 3.Reg.22.a. Dixítque Ioſaphat ad regem, e. Sic Herodes applauſum acceptans populi ab angelo percuſſus interiit, Actuum.12.d. Conſtituto autem die. Prouer.27.c. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte cõſurgens maledicenti ſimilis erit. Quomodo probatur in conflatorio aurum, & in fornace argẽtum, ſic probatur homo ore laudantis, Eccleſiaſtici.7.a. Melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulationibus decipi. Eccleſiaſtici.27.c. Annuens oculo fabricat iniqua: & nemo eum abiiciet. In conſpectu oculorum tuorum condulcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Nouiſſime autem peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Eſa.3.c. Popule meus qui beatum te dicunt, ipſi decipiunt te: & viam greſſuum tuorum diſſipant. I

¶*Abſentem rodit*. Sic Abſalon quo placeret populo, patri detraxit. 2.Reg.15.a. Reſpondebátque ei Abſalon. Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed non eſt qui te audiat conſtitutus à rege. II

¶*Odibilem ſe reddit*, Prouer.24.d. Nec lactes quenquam labiis tuis. Galat.1.b. An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem Chriſti ſeruus nõ eſſem. 1.Theſ.2.a. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis. III

¶*Perditionem ſibi acquirit*. Vnde adoleſcens de morte Saulis placere ſtudens mortem incurrit. 2.Reg.1.a. In die autem tertia, Sic & occiſores Miphiboſeph. 2.Regum.4.d. Viuit dominus qui eruit animam meam de omni anguſtia, Prouerb.28.d. Qui corripit hominem gratiam poſtea in- IIII

uenlet apud eum, magis quàm ille qui linguæ blandímento decipit. Ezech.13.c. Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus,& faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas.d.Et cum caperent animas populi mei,viuificabant animas eorum:& violabãt me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis,vt interficerent animas quæ non moriuntur:& viuificarent animas quæ non viuunt,mentientes populo credenti mendaciis. Propter hoc dicit dominus deus:Ecce ego ad puluillos veſtros quibus vos capitis animas volantes, & diripiam eos de brachiis veſtris,& dimittã animas quas vòs capitis,animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia veſtra,& liberabo populum meum de manu veſtra, neque erunt vltra in manibus veſtris ad prædandum: & ſcietis quia ego dominus. Pro eo quod mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter, quem ego non contriſtaui,& confortaſtis manus impij vt non conuerteretur à via ſua mala & viueret, propterea vana non videbitis & diuinationes non diuinabitis amplius,& eruam populum meum de manu veſtra,& ſcietis quia ego dominus.

I *ADulterium turpiter committitur in affectu.* Hiere.7.b.Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacij quæ non proderunt vobis, furari, occidere,adulterari,iurare mendaciter,libare Baalim,& ire poſt deos alienos quos ignoratis. Et veniſtis & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum,& dixiſtis,liberati ſumus eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas. Oſee.2.b. Vadam poſt amatores meos qui dant mihi panes,& aquas meas,& lanã meam, & linum meum, oleum meum,& potũ meum, 7.a. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Matth.5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis.Ego autẽ dico vobis. Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.13.b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ,hæc ſunt quæ coinquinant hominem.

II ¶*In actu*, Gen.39.b. Erat autem Ioſeph pulchra facie,& decorus aſpectu. Poſt multos itaque dies iniecit domina

ſua oculos in Ioſeph. Accidit autem quadã die vt intraret Ioſeph domũ,& operis quippiã abſque arbitris faceret: & illa apprehẽſa lacinia veſtimenti eius diceret. Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras, Iob.24.c. Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus,& operiet vultum ſuum. Perfodiunt in tenebris domus, ſicut in die condixerant ſibi. Prouerb.6.d. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta ſua non ardeant, aut ambulare ſuper prunas, vt non plantæ eius comburantur. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui non erit mundus cum tetigerit eam. 30.c. Tria ſunt difficilia mihi,& quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſupra petram, viam naui in medio mari, & viam viri in adoleſcentia. Talis eſt via mulieris adulteræ, quę comedit & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum. Eccleſiaſtici.23.c. Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam & dicens: Quis me videt? tenebræ circundant me, & nemo circunſpicit me, quem vereor, delictorum meorum non memorabitur altiſſimus. Et non intellexit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit à ſe timorem dei, huiuſmodi hominis timor,& oculi hominum timentes illum, & non cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circunſpicientes omnes vias hominum & profundum abyſſi & hominum corda, intuentes in abſconditas partes. Roma. 7.a. Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera ſi fuerit cũ alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius: liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. 2.Pet.2.c. Oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti.

¶ *Adulterium firmiter prohibetur*, Exo.20.c. Nõ mœchaberis, Leuit.18.c. Cũ vxore proximi tui nõ coibis, nec ſeminis cõmixtione maculaberis. Deu.5.b. Neq; mœchaberis. III

¶ *Grauiter punitur, quia deum offendit.* Vnde ob vxorem Abraham ſublatam plagauit dominus domum Pharaonis. IIII
Gene.12.d. Flagellauit autem dominus Pharaonem plagis

maximis & domum eius propter Sarai vxorem Abraham. Simili modo & Abimelech, Geneſis.20.a. Venit autem deus ad Abimelech per ſomnium nocte & ait illi: En mo rieris propter mulierem quem tuliſti. Habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam. Et ait: Domine num gentem ignorantem & iuſtam interficies? Nónne ipſe dixit mihi ſoror mea eſt, & ipſa ait: Frater meus eſt? In ſimplicitate cordis mei & munditia manuum mearū feci hoc. Dixítque ad eum deus. Et ego ſcio quod ſimplici córde feceris, & ideo cuſtodiui te ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam. Orante autem Abraham ſanauit deus Abimelech & vxorem ancillásque eius & pepererunt, Leuitici.20.b. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius & adulterium perpetrauit cum coniuge proximi ſui, morte moriatur & mœchus & adultera. Deute.22.d. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, adulter & adultera, & auferes malum de terra. 27.d. Maledictus qui dormit cum vxore proximi ſui, Iob.31.a. Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij. Hoc enim nefas eſt & iniquitas maxima. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & eradicans omnia genimina. Hiere.3.c. Saturaui eos & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in fœminas & emiſſarij ſunt, vnuſquiſque ad vxorē proximi ſui hinniebat. Nūquid ſuper his viſitabo nō dicit dominus, & in gēte tali nō vlciſcetur anima mea? Maluit Suſanna mortem quàm adulterij crimē incurrere. Dan.3.c. Sed melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus hominū, quàm peccare in conſpectu domini. Iohan.8.a. Adducunt autē ſcribę & phariſæi mulierē in adulterio deprehēſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt: Magiſter hęc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. 1.Cor.6.b. Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulterij, regnum dei poſſidebunt. Hebr.13.a. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.

V ¶ *Proximum lædit.* Eccleſiaſtici.41.d. Ne reſpicias mulie-

rem alieni viri, & ne ſcruteris ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius. Dauid ob adulterium cælandum occidi procurauit Vriam. 2 Reg.11. Factum eſt autem vertente anno. Item Herodes Iohannem. Matth.14.a. Herodes autem tenuit Iohannem, & alligauit eum & poſuit in carcerem, propter Herodiadem vxorem fratris ſui. Marc.6.c. Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Iohannem.

¶ *Prolem inficit.* Prouerb.18.d. Qui autem tenet adulteram ſtultiſſimus eſt. Sapien.3.d. Filij autem adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum cõputabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum. Et ſi celerius defuncti fuerint non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquę diræ ſunt conſummationes. 4.a. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & ſpuria vitulamina nõ dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Et ſi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter poſita à vento commouebuntur: & à nimietate ventorum eradicabuntur. b, Confringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. Eccleſiaſtici.23.d. Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege altiſſimi incredibilis fuit, & ſecundo virum ſuum dereliquit, tertio in adulterio fornicata, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi. Hæc in eccleſiam adducetur, & in filios eius reſpicietur. Non tradant filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. VI

¶ *Famam polluit.* Prouer.6.d. Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit. Furatur enim vt eſurientem impleat animam. Deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet & liberabit ſe. Qui autem adulter eſt propter cordis inopiam perdet animam ſuam. Turpitudinem & ignominiam cõgregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. Quia zelus & furor viri nõ parcet in die vindictę, nec acquieſcet precibus cuiuſquam, VII

nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.d. Eccl.23.d Derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.

VIII ¶ *Per legem quomodo inquiritur.* Num.5.b. Vir cuius vxor errauerit.

I ADuentus *domini in carnem, Multipliciter promiſſus.* Gene. 49.b. Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eius donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Deut.18.c. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi dominus deus tuus ipſum audies, dicentem: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueretúrque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtam. Danie.9 f. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & vngatur ſanctus ſanctorum. Abacuc.2.a. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem. Et contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Et reſpondit & dixit mihi dominus. Scribe viſum & explana eum ſuper tabulas vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finē & non mentietur. Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet & non tardabit. Aggei 2.b. Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum & terram, & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, pluſquā primæ dicit dominus exercituum. Zacha.2.c. Lauda & lætare filia Sion, quia eccę ego venio & habitabo in medio tui, ait dominus: Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum. Malach.3.a. Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quem vos quæritis, & angelus teſtamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit dominus exercituum.

¶ *Ardenter deſideratus.* Exod.4.d. Obſecro domine mitte quem miſſurus es. Eſaiæ.45.b. Rorate cœli deſuper & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet Saluatorē. 62.a. Propter Sion non tacebo, & propter Hieruſalē non quieſcā, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur. 64.a. Vtinā dirumperes cœlos & deſcenderes. A facie tua montes defluerēt ſicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur. II

¶ *Salubriter conſummatus quo ad introitum*, Eſaiæ.7.c. Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. 11.a, Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini, non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum arguet. Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Et percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorū ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius & fides cinctorium renum eius. Iohan.1.b. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. 18.g. Exiui à patre & veni in mundum. III

¶ *Proceſſum*, Hiere.14.b. Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus & fortis: qui non poteſt ſaluare? Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos. Baruch.3.d. Poſt hæc in terris viſus eſt. Zachariæ.9.b. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam & ſuper pullum filium aſinæ. Matthæi.21.a. Et cum appropinquaſſent Hieroſolymis. Luc.23.g. Hypocritæ faciem cœli & terræ noſtris probare, hoc autē tempus, quomodo non probatis? IIII

¶ *Fructum in auferendo malum.* Sopho.32. Lauda filia Sion, Iubila Iſrael. Lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalem. Abſtulit dominus iudicium tuum auertit inimicos V

tuos. Rex Iſrael, dominus in medio tui, non timebis malum vltra,d. In die illa dicetur Hieruſalem. Noli timere Sion,non diſſoluantur manus tuæ. Dominus deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit. Titum.2.c. Apparuit enim gratia dei & Saluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatem,& ſecularia deſideria,ſobrie & iuſte,& pie viuamus in hoc ſeculo,expectantes beatam ſpem,& aduentum gloriæ magni dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate,& mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum. 3.b. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri dei: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis,& renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde,per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Fidelis ſermo eſt. Act.3.d. Vobis primum deus ſuſcitans filium ſuum miſit eum benedicentem vobis,vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua.1.Iohan.2.b. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. 4.b. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit deus in mundum: vt viuamus per eum.

VI ¶ *Conferendo bonum.* Eſaiæ.62.d. Dicite filiæ Sion,Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus ſanctus:redempti à domino. Hiere.23.a. Ecce dies veniunt dicit dominus,& ſuſcitabo Dauid germen iuſtum,& regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda,& Iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum:dominus iuſtus noſter. Lucæ.9.g. Filius hominis non venit animas perdere,ſed ſaluare. 19.b. Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. Iohã.3.b. Sic enim deus dilexit mũdum,vt filium ſuum vnigenitum daret,vt omnis qui credit in illum nõ pereat,ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum,

ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. 12.g. Non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum.

AMicitiæ diuitiæ ortus. Sapien.7.b. Infinitus theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ dei propter diſciplinę dona commendati. Iohan.13.b. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Actuum.10.e. In veritate comperi. Acceptio perſonarum. 1.Iacob.2.d. Credidit Abraham deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus dei appellatus eſt. I

¶Fructus. Exod.13.b. Loquebatur autem dominus ad Moſen facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum. Pſalm.138. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Lucæ.14.c. Amice aſcende ſuperius. Iohan.15.b. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. II

¶Amicitia humana uera, eſſe debet firma. Prouerb.12,d. Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt. 17.c. Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtiis comprobatur. 27.b. Amicum tuum & amicum patris tui ne dimiſeris. Eccleſiaſtici.6.a. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facile credas ei. 12.b. Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius, in triſtitia & malitia illius amicus agnitus eſt. 22.d. Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, vt in bonis illius læteris. In tẽpore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres ſis. Econtrariò diſcipuli dominum reliquerunt. Matthęi.26.f. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt, Marci.14.f. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſyndone ſuper nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta ſyndone nudus profugit ab eis. Iohan.16.g. Ecce venit hora & iam venit vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis. III

¶Grata, Prouerbiorum.18. Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit quàm frater. Eccleſiaſtici.20.c. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. Qui enim edunt panẽ illius falſæ linguæ ſunt. Quoties & quan- IIII

ti irridebunt eum? Neque enim quod habendum erat dire
ĉto ſenſu diſtribuit, ſimiliter & quod non erat habendum.

V ¶*Honeſta*, ideo per prophetam Ioſaphat de amicitia ad Achab increpatus fuit.2.Pa.19.a.Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris. Et idcirco iram quidem domini merebaris: ſed bona opera inuenta ſunt in te, eò quòd abſtuleris lucos de terra Iuda:& præparaueris cor tuum vt requireres dominum deum patrum tuorum.Sic & Pilato Herodes in mortem domini iunĉtus eſt amicitia. Luc.23.b..Et faĉti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die:nam antea inimici erant adinuicem. Ideo Eccleſiaſtici.6.a. Noli fieri pro amico inimicus proximo tuo.b. Qui timet deum æquè habebit amicitiam bonam, quoniam ſecundum illum erit amicus illius.

VI ¶*Integra in corde*.Prou.27.b. Cauſam tuam traĉta cum amico tuo,& ſecretum extraneo ne reueles ne forte inſultet tibi cum audierit,& exprobare non ceſſet. Eccleſiaſtici 27.c.Dilige proximum & coniungere fide cum illo.37.a. Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo,& non immemor ſis illius in operibus tuis.

VII ¶*In ore*,Prou.19.b.Qui cælat dileĉtum quærit amicitias, qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos. 25.a. Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito,ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum 27.c. Ferrum ferro exacuitur:& homo exacuit faciem amici.Eccleſiaſtici.6.a.Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos,& lingua eucharis in bono homine abundabit.22.c. Mittens lapidem in volatilia deiicit illa, ſic & qui conuiciatur amico diſſoluit amicitiam.d. Amicum ſalutare non confundaris. 27.b. Qui denudat arcana amici fidem perdit:& non inueniet amicum ad animum ſuum.c.Denudare autem amici myſteria,deſperatio eſt animæ infœlicis.41.d. Caue ab amicis de ſermone improperij.42.a.Non duplices ſermonem auditus de reuelatione ſermonis abſconditi, & eris vere ſine confuſione,& inuenies gratiam in conſpeĉtu omnium hominum.

VIII ¶*In opere*, Iob.6.c. Qui tollit ab amico miſericordiam, timorem domini dereliquit.Prou.3.d.Ne dicas amico tuo

vade,

vade,& reuertere & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Eccli.29.b. Perde pecuniam propter fratrem & amicũ, & ne abſcondas illam ſub lapide in perditionem.

¶ *Amicitiæ uere conſeruatio.* Prouer.3.d. Ne moliaris amico tuo malum, cũ ille in te habeat fiduciam. 11.b. Qui deſpicit amicum ſuum indigens corde eſt, vir autem prudens tacebit. Eccleſiaſti. 6.b. Amicus ſi permanſerit fixus erit tibi quaſi coęqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget. 7.b. Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque in amicum ſimiliter facias. Noli præuaricari in amicũ pecuniam differentem, neque fratrem chariſſimum auro ſpreueris. 9.b. Ne derelinquas amicũ antiquum, nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum amicus nouus, vetereſcat & cum ſuauitate bibes illud. 20.d. Eſt qui præ cõfuſione promittit amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. 22.c. Ad amicum & ſi produxeris gladium non deſperes: eſt enim regreſſus ad amicum. Si aperuerit os triſte ne timeas. Eſt enim concordatio, excepto cõuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione: & plaga doloſa. In his omnibus effugiet amicus. IX

¶ *Fructificatio.* Prouer. 18.c. Frater qui adiuuatur à fratre quare ciuitas firma: & iudicia quaſi vectes vrbium. 25.b. Gratia & amicitia liberant quas tibi ſerua ne exprobabilis fias. 27.b. Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima dulcoratur. Melior eſt vicinus iuxta quàm frater procul. Ecclẽs. 4.b. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul quàm vnum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem. Eccli. 6.b. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamẽtum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt dominum inuenient illum. 22.d. Amicum ſalutare non confundaris. A facie illius nõ me abſcondam: & ſi mala mihi euenerint per illum ſuſtinebo. Omnis qui audiet cauebit ſe ab eo. 25.b. Beatus qui inuenit amicum verum. X

XI ¶ *Amicitia ficta lucrum proprium attendit.* Prouer.14.c. Amici diuitum multi.19.a. Diuitiæ addunt amicos plurimos. Multi colunt perſonam potentis: & amici ſunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. 20.a. Multi homines miſericordes vocantur, virum fidelem quis inueniet? Eccleſiaſti.6.a. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. b. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis. 37.a. Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduerſarius. Sodalis amico condolet cauſa ventris, & contra hoſtem accipiet ſcutum.

XII ¶ *Malum proximo intendit.* Sic Dalida mortem Sampſoni. Iudicum. 16. d. Quomodo dicis quod amas me cum animus tuus non ſit mecum? Per tres. Prouerbiorum. 11.b. Simulator ore decipit amicum ſuum. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, amici celat commiſſum. 26.c. Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas & lanceas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fecerit deprehenſus dicit, ludens feci. 27.c. Qui bene dicit. Adulatio.1. 26.a. Homo qui blandis fictíſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ſuis. Eccleſiaſtici. 12. c. Annuens oculo fabricat mala, & nemo eum abiiciet. In conſpectu oculorum tuorum condulcabit os ſuum: & ſuper ſermones tuos admirabitur. Nouiſſime autem peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa audiui & non coæquaui ei: & dominus odiet illum. Matthæi. 26.c. Qui autem tradidit eum, dedit eis ſignum dicens: Quemcunque oſculatus fuero ipſe eſt, dixítque illi Ieſus: Amice ad quid veniſti?

XIII ¶ *Bonum falſo prætendit.* Sic in mortem Dauid occaſionem quærens Saul filiam ipſi dedit. 1. Regum.18.c. Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul. Prouerbiorũ. 16. d. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. Eccleſiaſtici. 37.a. Omnis amicus dicet, & ego amicitiam copulaui: & eſt amicus ſolo nomine amicus. Nónne triſtitia ineſt vſque ad mortem? Sodalis autem &

tem & amicus ad inimicitiam conuertentur. O præſumptio nequiſſima, vnde creata es cooperire aridam: malitia & doloſitate illius.

¶ *Odium incendit.* Prouerbiorum. 18.a. Occaſiones quærit qui vult recedere ab amico omni tempore erit exprobrabilis. Eccleſiaſti. 6.a. Et eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam, & eſt amicus qui odium & rixam & conuitia denudabit. 33.a. Equus emiſſarius ſic & amicus ſubſannator ſub omni ſubſidente hinnit. XIIII

¶ *Opprobrioſum ſe reddit.* Prouer. 20.c. Ei qui reuelat myſteria & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua ne cômiſcearis. Eccleſiaſti. 6.b. Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende. 19.b. Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum, & ſi eſt tibi delictum noli denudare. Audiet enim te & cuſtodiet, & quaſi defendens peccatum odiet te, & ſic aderit tibi ſemper. Hiere. 9.b. Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplãtabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrẽ ſuum deridebit, & veritatem non loquetur. XV

ANgeli boni deo adſunt. Iob. 25. a. Nunquid eſt numerus militum eius. 38. a. Vbi eras (ait dominus Iob) quando ponebam fundamenta terræ: Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij dei. Danie. 7.c. Millia millium miniſtrabant ei: & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. Matthæi. 18.b. Dico enim vobis quia angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. I

¶ *Homini ſeruiunt.* Pſal. 103.a. Qui facis angelos tuos ſpiritus. Hebr. 1.d. Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis? II

¶ *Arguunt peccantes.* Si angelus filios Iſrael. Iudic. 1.a. Aſcendit Angelus domini. III

¶ *Confortant deficientes.* Vnde angelus ancillę Sarę in deſerto fontem oſtendit. Gene. 21.b. Quæ cum abiſſet errabat in ſollitudine. Sic Heliæ aquam & panem. Reg. 19.a. Miſitque Ieſabel nuncium ad Heliam, Daniel prandium IIII

per Abacuc in lacũ leonum in Babylone è Iudęa apportauit, Danie.14. f. Erataum Abacuc propheta in Iudæa, Lucæ.22.c. Apparuit autem illi angelus in cœlo confortans eum.

V ¶ Dirigitur gradiens, Exodi.23.c. Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te & cuſtodiat in via & introducat in locum quem præparaui tibi. Obſerua eũ & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittere cum peccaueris, & eſt nomen meum cum illo. Quod ſi audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis & affligam affligentes te. Angelus prohibuit Balaã à peccato maledictionis populi Iſrael. Num. 22.d. Surrexit Balaan mane. Tob.5.d. Reſpondens autem Tobias ait, Bene ambuletis, & ſit deus in itinere veſtro, & angelus eius comitetur vobiſcum. 10.d. Angelus domini (ait Raguel) ſanctus ſit in itinere veſtro perducátque vos incolumes. Iudit.13.c. Viuit autem ipſe dominus quoniam cuſtodiuit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permiſit me dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione, & reuocauit me vobis gaudentem victoria ſua. Pſal.90.b. Quoniam angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

VI ¶ *Erudiuit ignorantes.* Sic Eſdram Vriel.4. Eſdr.4.a. Et reſpondit, Sic Danielem. Dan.9.f. Cúmque adhuc loquerer. Sic Ioſeph inſtruxit. Matth.1.c. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam, quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum ipſe ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum. 2.d. Defuncto autem Herode. Sic Cornelium quomodo ad fidem pertingeret. Actu.10.a. Vir autem quidam erat in Cæſarea.

VII ¶ *Flagellant præuaricantes.* Vnde populum peſtilentia percuſſit ob peccatum Dauid ſeptuaginta millia virorum. 2.Reg.24.c. Immiſitque dominus peſtilentiam. 4.Reg. 19.g. Factũ eſt igitur in nocte illa venit angelus domini, & per-

& percuſſit de caſtris Aſſyriorum. 185. millia. Heliodorum templum ſpoliare volentem grauiter cæciderunt. 2. Mach.3.c. Heliodorus autem. Sic Herodem deo gloriam non dantem. Actu.12.d. Confeſtim autem percuſſit eum angelus eò quòd non dediſſet honorē deo & conſumptus à vermibus expirauit.

¶*Gratificantes orantes*. Iob.33.c. Si fuerit pro eo angelus VIII loquens vnum de millibus vt annunciet hominis æquitatem, miſerebitur eius & dicet: Libera eum vt non deſcendat in corruptionē. Inueni in quo ei propiciet. Tob.12.c. Quando orabas cum lachrymis & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino. Apoc.8.a. Et alius angelus venit & ſtetit ante altare. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum.

¶*Honorant decedentes*. Lucæ.16.c. Factum eſt autē vt moreretur mēdicus: & portaretur ab angelis in ſinū Abrahę. IX

¶*Iuuant certantes*. Vnde angelus cum nube ſe inter caſtra X Aegyptiorum & Iſrael poſuit. Exod.14.e. Tollénſque ſe angelus domini. Sic Ioſue angelum in agro euaginatū tenentem gladium vidit, Ioſue.5. d. Cúmque eſſet Ioſue in agro. Sic precibus Helizęi puer ſuus montē plenum equorum & curruum igneorū in circuitu vidit Helizęi.4.Reg. 6.d. Cúmque oraſſet Helizęus. Danie.6.c. Deus meus quē colo miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum & non nocuerunt mihi: quia coram eo iuſtitia mea inuēta eſt. Sic Machabæo apparuit præcedens equus in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans.2.Matth.11.b. Vt autem Machabæus. Liberauit Apoſtolos è carcere. Actu.5.d Exurgens autē princeps ſacerdotum. Sic & Petrum, Actu.12.a. Eodem autem tempore.

A*ngeli mali ob peccatum oriuntur*. Iob.4.d. Ecce qui ſeruiūt XI ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatē. Eſaię.14.c. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris. Luc.10.c. Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. 2.Petri.2.a. Si enim deus angelis peccantibus nō pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in

tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari. Iud. 1.b. Angelos vero qui nõ ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni dei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Apo.12.b. Et factum eſt prælium magnum in cœlo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorũ amplius in cœlo. Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbem: & proiectus eſt in terram, & angeli eius cum illo miſſi ſunt.

XII ¶ *Malum hominibus moliuntur aggrediendo fraudulenter.* Vnde Euam natura & ſexu infirmiorẽ callide & ſolam, & ſimplici aggreſſus eſt quæſtione. Geneſis. 3.a. Sed & ſerpens. Ideo dicit apoſtolus. 2. Cor. 2.c. Vt non circumueniamur à Satana: non enim ignoramus cogitationes eius. 11.c. Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis.

XIII ¶ *Generaliter omnes quantumcunque ſanctos.* Iohã. 14.d. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Matth. 4.a. Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu vt tentaretur à diabolo. Lucę. 4.b. Et cõſummata omni tentatione diabolus receſſit ab illo vſque ad tempus. Iohan. 13. a. Et cœna facta cum diabolus iam miſiſſet in cor: vt traderet eum Iudas Simonis Scateriotis. 1. Petri. 5.b. Sobrij eſtote: &, Abſtinentia. 3. Regum. 16.c. Spiritus autem domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à domino.

XIIII ¶ *Horribiliter.* Sic Iob nedum in ſubſtantia prole, & corpore, ſed quàm maxime in anima per blaſphemiam lædere ſtuduit. Iob. 1.b. Sed extende paululum manum tuam & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi. 2.b. Pellem pro pelle & cuncta quæ habet dabat homo pro anima ſua. Alioquin mitte manum tuam & tange os & carnem eius, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. 41.d. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret. Omne ſublime videt: & ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię. Eccleſiaſti. 39.d. Sunt ſpiritus qui ad vindictã creati ſunt, &

[in furore

in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua. In tempore conſummationis effundent virtutem & furorem eius qui fecit illos confundent. Vnde reddit hominem cæcum & mutum. Matth.12.b. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus.

¶ *A Deo reprimuntur ne quantum uolunt poſſint.* Iob.1.c. Ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt: tantum in eum ne extendas manum tuam.2.b. Ecce in manu tua eſt, verumtamen animam illius ſerua. Vnde nec in porcos quidem niſi permiſſi intrare potuerunt. Matth.8. d. Si eiicis nos hinc mitte nos in gregem porcorum. Luc.22.c. Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. XV

¶ *Ab homine reſeluuntur, per gratiæ aſſiſtentiam.* Rom.16.c. Deus autem pacis conteret Satanam ſub pedibus veſtris velociter. Ephe.4.f. Nolite locum dare diabolo.6.b. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Iaco.4. b. Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo & fugiet à vobis.1. Pet.5. b. Cui reſiſtite fortes in fide.1. Iohan.c. Scribo vobis adoleſcentes quoniam viciſtis malignum. XVI

¶ *Per Deum expelluntur.* Matthæi.8.b. Veſpere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat ſpiritus verbo. 9. d. Egreſſus autem illis ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, & eiecto dæmonio locutus eſt mutus: & miratæ ſunt turbæ. 12. b. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus & curauit eum, ita vt loqueretur & videret. 17. c. Et cum veniſſet ad turbam. Marc.1.c. Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo. d. Veſpere autem facto cum occidiſſet ſol.3.b. Et ſpiritus immundi cum illum videbant procidebant ei. c. Et ſcribę qui ab Hieroſolymis deſcenderant dicebant, Quoniã Beelzebub habet: & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia. 5.a. Et venerant transfretum maris. 9. b. Et veniens ad diſcipulos ſuos. Lucæ. 4. e. Et in ſynagoga erat homo. f. Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt. g. Exibant autem dæmonia à XVII

multis clamantia & dicentia: quia tu es filius dei. 8. d. Et cum de naui egreſſus eſſet. 9. e. Et ecce vir de turba exclamauit. 11. b. Et erat eiiciens dæmonium.

XVIII ¶ *Per homines* Matth. 10. a. Et conuocatis duodecim diſcipulis dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos. Luc. 10. c. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam in nomine tuo dæmonia ſubiiciuntur nobis. 11. c. Si autem ego in Beelzebub eiicio dęmonia: filij veſtri in quo eiiciunt? Act. 19. c. Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos nomen domini Ieſu: Reſpondens autem ſpiritus nequam dixit eis: Ieſum noui, & Paulum ſcio: Vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in eos in quo erat dęmonium peſſimum & dominatus amborum, inualuit contra eos: ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa.

I *Antichriſtus mirabilem habebit ingreſſum*, Ezechiel. 38. b. In nouiſſimo annorum venies ad terram quæ reuerſa eſt à gladio, & congregata eſt à populis multis ad montes Iſrael qui fuerunt deſerti iugiter. c. In die illa aſcendent cogitationes ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationem peſſimã. f. Hæc dicit dominus deus. Tu ergo ille es de quo locutus ſum in diebus antiquis in manu ſeruorum meorum prophetarum Iſrael: qui prophetauerunt in diebus illorum temporum: vt adducerem te ſuper eos. Et erit in die aduẽtus Gog ſuper terram Iſrael, ait dominus deus: aſcẽdet indignatio mea in furore meo in zelo meo. Daniel. 12. c. Va de Daniel: quia clauſi ſunt ſignatíque ſermones vſque ad præfinitum tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi. Et impie agent impij, neque intelligent omnes impij. d. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem. Matt. 24. b. Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta ſtantem in loco ſancto qui legit intelligat Apoc. 12. c. Et cum cõſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas de carcere ſuo exibit, & ſeducet Gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum

rum numerus eſt vt arena maris. Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuerunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectam.

¶ *Horribilem progreſſum.* Daniel.7.f. Porrò cornua decem ipſius regni decem reges erunt, & alius poſt eos conſurget, & ipſe potentior erit prioribus & tres reges humiliabit.g. Et ſermones contra excelſum loquetur, & ſanctos altiſſimi conteret. Et putabit quod poſſit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vſque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Matth.24.a. Videte ne quis vos ſeducat: Multi enim venient in nomine meo, dicētes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Ioan.5.g. Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. 2. Theſſa.2.a. Rogamus autem vos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti & noſtræ congregationis in ipſum vt non cito moueamini à veſtro ſenſu neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo. Quoniam niſi venerit diſſenſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit deus. Num retinetis quod cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis, tātum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus.c. Cuius eſt aduentus ſecūdum operationem Satanæ, in omni virtute & ſignis & prodigiis mēdacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendaciis, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed cōſenſerunt iniquitati. Iohan.2.c. Hic eſt Antichriſtus qui negat patrem & filium. Apoc.13.c. Et vide aliam beſtiam aſcendentem de terra, & fecit ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum. Et ſeduxit habitantes in terra pro- II

pter ſigna quæ data ſunt illi facere.

III ¶*Miſerabilem egreſſum*. Eſaiæ.11.a. Et percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Ezech.38.g. Et iudicabo eum peſte, & ſanguine & imbre vehementi, & lapidibus immenſis. Ignem & ſulphur & pluuiam ſuper eum, & ſuper exercitum eius,& ſuper populos multos, qui ſunt cum eo. Et magnificabor & ſanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, & ſcient quia ego ſum Dominus. 39.a. Ecce ego ſuper te Gog principem capitis Moſoch & Tubal, & circundam te, & educam te, & aſcendere te faciam ex lateribus aquilonis, & adducam te ſuper montes Iſrael. Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. Super montes Iſrael cades tu & omnia agmina tua, & populi tui qui tecum ſunt.b. Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in inſulis confidenter. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum ſepulchrum Iſrael, vallem viatorum ad orientem maris, quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes.2.Theſſalonicenſes.2.c. Quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Apocalypſi.19.d. Et apprehenſa eſt beſtia,& cum ea pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſa, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterẽ beſtiæ, & qui adorauerunt imaginẽ eius. Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis & ſulphuris, & cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum,qui procedit de ore ipſius.20.c. Et deſcendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia, & pſeudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum.

I A*poſtoli à Deo uocantur*. Matthæi.4.c. Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piſcatores, & ait illis: Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum: at illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eũ.d. Et procedens inde. Marc.1.b. Et præteriens ſecus mare. Et progreſſus inde

pusillum,

puſillum, vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrem eius in naui cũ Zebedæo patre eorum reficientes retia ſua, & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus & patre ſecuti ſunt eum. Iohan.1.c. Altera die iterum ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantem dixit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem & ſecuti ſunt Ieſum.

¶ *A mundo ſegregantur.* Eſa.8.d. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus in ſignum & portentũ in Iſrael, à domino exercituum qui habitat in mõte Sion. Marc.3.b Et aſcendens in montem, vocauit ad ſe quos voluit ipſe, & venerunt ad eum: Et fecit vt eſſent duodecim cum illo, & vt mitteret illos prædicare. Luc.6.b. Et cum dies factus eſſet vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & apoſtolos nominauit. Iohan.6.g. Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt.15.c. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vt eatis & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat. Rom.1.a. Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius. II

¶ *Euangelico officio deputantur.* Matt.10.a. Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum vt eiicerent eos, & curarẽt omnem languorem & omnem infirmitatem. Hos duodecim miſit Ieſus præcipiens eis, & dicens: Euntes autem prædicare dicentes: quia appropinquabit regnum cœlorum, Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite: gratis accepiſtis, gratis date. Marc.6.a. Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos. Luc.9.a. Conuocatis autem Ieſus duodecim apoſtolis. Iohan.20.c. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. 2.Cor.5. Pro Chriſto legatione fungimur tanquam deo ex hortante per nos: obſecramus pro Chriſto recõciliamini deo.10.c. Nam ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra quam dedit nobis dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram: non erubeſcam.13.c. Ideo enim hæc abſens ſcribo, vt non durius agam, ſecũdum poteſtatem quam dominus dedit mihi in ędificationem & non in deſtructionem. III

I *Apoſtata peruerſe cogitat.* Prouer.6.b. Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat.

II ¶ *Dure punitur.* Prou.6.b. Huic exemplo veniet perditio ſua, & ſubitò contereretur, nec habebit vltra medicinam.

I *Arbor ex fructu probatur.* Matthæi.7.c. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.12.c. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructũ eius malum. Siquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Luc.6.g. Non eſt enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor, de fructu ſuo cognoſcitur. Neque enim de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.

II ¶ *Bona commendatur.* Pſalmo.1.a. Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet. 51.b. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei. 91.c. Iuſtus vt palma florebit ſicut cedrus libani multiplicabitur. f. Plantati in domo Domini in atriis domus Dei noſtri. Hieremiæ.17.b. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignũ quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Ezec.47.c. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius, vtraque parte omne lignum pomiferum, Non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius. Oſee.14.d. Ephraim quid mihi vltra idola, ego exaudiam, & dirigam eum ego vt abierem virentem: ex me fructus tuus inuentus eſt. Matthæi.7.c. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit.

III ¶ *Mala reprobatur.* Sapien.4.a. Multigena autem, Adulterium. Eccleſiaſtici.6.a. Non te extollas in cogitatione animæ tuę, velut taurus, ne elidatur virtus tua per ſtultitiã: & folia tua comedat, & fructus tuos perdat & relinquaris

velut lignum aridum in eremo. Ezechiel.17.g. Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliaui lignũ ſublime, & exaltaui lignum humile, & ſiccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum: Ego dominus locutus ſum & feci. Matt.3.c. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt: Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. 7.c. Mala autem arbor malos fructus facit: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. 21.b. Mane autem reuertens in ciuitatem eſuriit. Et videns fici arborem vnam ſecus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea niſi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt continuò ficulnea. Lucæ.13.a. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua & venit quærens fructum in ea, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in hac ficulnea, & non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens ait illi: Domine dimitte illam & hoc anno: vſque dum fodiam circa illam & mittam ſtercora. Et ſiquidem fecerit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eum.

ARma *ſpiritualia congrua*, Iob.29.c. Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimẽto, & diademate iudicio meo. Sap.5.d. Et accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum, Induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem. Eſa.59.d. Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius. Indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli. Romanorum.6.c. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos deo, tanquã ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ deo. 13.d. Abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus. Ephe.6.c. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ: & calceati pedes in præparationem euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia I

tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſu-mite: & gladium ſpiritus quod eſt verbum dei. 1. Theſ. 5. b Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus: induti loricam fi-dei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis: quoniam non po ſuit nos deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per do-minum noſtrum Ieſum Chriſtum. 2. Timo. 2. a. Nemo mi litans deo implicat ſe negociis ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit.

II ¶ *Vtilia*, 2. Corin. 6. b. Per arma iuſtitiæ à dextris & ſini-ſtris. 10. b. Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduer-ſus ſcientiam dei, & in captiuitatem redigẽtes omnem in-tellectum in obſequium Chriſti. Epheſ. 6. b. De cætero fratres cõfortamini in domino, & in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſi-dias diaboli, quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſta-tes, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum cõtra ſpi-ritualia nequitię in cœleſtibus. c. Propterea accipite arma-turam dei vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. 2. Timo. 2. b. Nam & qui certat in agone, non coronabitur niſi legitime certauerit. 4. b. Bonum cer tamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reli-quo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quem reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi, ſed & aliis qui diligunt aduentum eius.

## Aſcenſio Chriſti.

I Aſcenſio Chriſti *multipliciter præfiguratur, utpote in arcæ reductione.* 2. Regum. 6. b. Et habitauit arca domi-ni in domo Obed Edom Gethei. In Heliæ aſſumptione. 4. Regum. 2. a. Factum eſt autem cum leuare vellet domi-nus Heliam.

II ¶ *Honorabiliter conſummatur.* Pſal. 18. a. A ſummo cœlo e-greſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. 46. b. Aſcendit deus in iubilo, & dñs in voce tubæ. 67. g. Pſal-lite deo qui aſcendit ſuper cœlũ cœli ad orientẽ. Eſa. 63. a.

Quis

Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego qui loquor iuſtitiã,& propugnator ſum ad ſaluandum. Mar.16.d. Et dominus quidem Ieſus poſtquã locutus eſt eis,aſſumptus eſt in cœlũ,& ſedet à dextris dei Lucę.24.g. Eduxit autem eos foras in Bethaniam,& eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis receſſit ab eis & ferebatur in cœlum. Ioh.3.b. Et nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo.20.d. Aſcẽdo ad patrẽ meum & patrem veſtrũ,Deum meum & Deum veſtrũ. Epheſ.1.d. Suſcitans illum à mortuis & conſtituens ad dexterã ſuam in cœleſtibus ſuper omnem principatum & poteſtatem, & virtutem & dominationem & omne nomẽ quod nominatur,non ſolum in hoc ſeculo,ſed etiam in futuro. Act.1.a. Et cum hæc dixiſſet videntibus illis eleuatus eſt,& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cúmque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis qui & dixerũt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum ? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum , ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.

¶ *Virtualiter operatur*, Mich.2.d. Aſcendet enim pandens iter ante eos: Diuident & tranſibũt portam & egredientur per eam. Et tranſibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorũ. Iohan.7.f. In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus & clamabat, dicens: Si quis ſitit veniat ad me & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu,quẽ accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat ſpiritus datus,quia Ieſus nõdũ erat glorificatus. Ephe.4.b Vnicuique autẽ noſtrum data eſt gratia ſecundũ menſurã donationis Chriſti propter quod dicit. Aſcendens in altũ captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autẽ aſcẽdit quid eſt,niſi quia deſcẽdit primum in inferiores partes de terræ. Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt ad impleret omnia. Heb.9.f. Non enim manufacta ſancta Ieſus introiit exẽ- III

plaria verorum, ſed in ipſum cœlum vt appareat nūc vultui dei pro nobis.1.Pet.3.d.Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in deum, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, qui eſt in dextera Dei, deglutiens mortem vt vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cœlum ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutibus.

I ASTROLOGIA *quædam humana*, Gene.1.b.Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna,& tempora,& dies,& annos:& luceant in firmamento cœli & illuminent terram. 8.d.Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis,frigus & æſtus, hyems & æſtas, nox & dies non requieſcent. Deut.4.c.Ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ dominus deus tuus creauit in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cœlo ſunt. Pſalm.135.a.Qui fecit luminaria magna.Solem in poteſtatem diei,lunam in poteſtatem noctis.Eccleſiaſtici 33.a.Quare dies diem ſuperat,& iterum lux lucem,& annus annum à ſole? A domini ſcientia ſeparati ſunt facto ſole & præceptum cuſtodiente:per dei ſapientiam diuiduntur.43.a,b,c.per totum. Eſaiæ.30.f.Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum:in die qua alligauerit dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagę eius ſanauerit.Luc.12.g.Dicebat autem ad turbas. Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis nimbus venit,& ita fit:& cum auſtrum flantem dicitis quia æſtus erit,& fit.

II ¶ *Quædam uana*, Eſaiæ.44.d. Ego ſum dominus faciens omnia,extendens cœlos ſolus,ſtabiliens terram,& nullus mecum,irrita faciens ſigna diuinorum,& arioloſ in furorem conuertens. Conuertens ſapientes retrorſum,& ſcientiam eorum ſtultam faciens. 47.d. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum.Stent & ſaluent te augures cœli,qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes vt ex eis annunciarent ventura tibi.Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis comburit eos. Non liberabunt animam ſuam de manu

de manu flammæ. Hiere.10.a. Iuxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gẽtes: quia leges populorum vanæ ſunt.

AVaritia firmiter prohibetur. Lucæ.12.b. Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex his quæ poſſidet. Epheſ.5. a. Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos. Hebr.3.a. Sint mores ſine auaritia contenti præſentibus. Ipſe enim dixit: Non te deſeram, neque derelinquam. I

¶ *Turpiter exercetur: quia deum irritat.* Eſaiæ.57.d. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum & percuſſi eum. Abſcondi à te faciem meam & indignatus ſum. Et abiit vagus in via cordis ſui. Luc.16.d. Audiebant hæc omnia phariſæi qui erãt auari, & deridebant eum. 1.Timo.16.c. Radix enim omnium malorũ eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem ô homo dei hæc fuge. II

¶ *Affectum inflammat.* Pſalmo.118.e. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Prouerb.27.c. Infernus & perditio nunquam implentur: ſimiliter oculi hominum inſatiabiles. Ecclẽs.5.b. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum nõ capiet ex eis. Eccleſiaſtici.14.b. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non ſatiabitur donec conſumat areſaciens animam ſuam. Oculus malus ad mala, non ſatiabitur pane indigens, & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Eſaiæ.56.d. Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum. Hiere.6.c. A minore quippe vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & à propheta vſque ad ſacerdotem, cuncti faciunt dolum. 8.d. Quia à minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur. Epheſ.4.e. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam. 2. Petri.2.c. Cor exercitatum in auaritia habentes. III

¶ *Proximum ſupplantat.* Sic Ieſabel ad habendam vineam Naboth, ipſum per falſos teſtes occidi fecit.3.Reg.21.a. IIII

C

Poſt verba autem hęc tempore illo. Prouerb.1.a. Sic ſemitæ omnis auari, animas poſſidentiũ rapiunt. Sic Iudas dominum triginta argenteis vendidit. Matth.26.b. Tunc abiit vnus de duodecim. Iacob. 4.a. Vnde bella & lites in vobis? Nónne ex concupiſcentiis veſtris quæ militant in membris veſtris? Concupiſcitis & nõ habetis, occiditis & zelatis & non poteſtis adipiſci. Litigatis & belligeratis & non habetis propter quod non poſtulatis. Poſtulatis & non accepitis eo quod malè petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

V ¶*Ipſum auarum infamat.* Prouer. 15.b. Melius eſt parum cũ timore domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.d. Conturbat domũ ſuam qui ſectatur auaritiam. Eccle.10.b. Auaro autem nihil eſt ſceleſtius: Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam: hic enim animam ſuam venalem habet quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. 31.a. Qui aurũ diligit nõ iuſtificabitur. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium, væ illis qui ſectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo.

VI ¶*Grauiter punitur.* Amos. 9.a. Vidi dominum ſtantem ſuper altare, & dixit: Percute cardinem & cõmoueantur ſuperliminaria. Auaritia enim in capite omnium, & nouiſſimum eorum in gladio interficiam. Abacuc.2.c. Væ qui cõgregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali: Cogitaſti confuſionem domui tuæ concidiſti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt reſpõdebit. Iudas ſeipſum laqueo interfecit. Matth.27.a. Et proiectis argenteis in templo, receſſit & abiens laqueo ſe ſuſpendit. 1.Cor.6.b. Neque auari regnum dei poſſidebunt. Eph.5.b. Hoc enim ſcitote intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei.

I A*Vditus ſpiritualis.* Iob.12.b. Nónne auris verba diiudicat? 34.a. Auris enim verba probat. Pſal. 84.b. Audiã quid loquatur in me deus, quoniã loquetur pacem in plebem

bem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos. Ezec.3.g. Qui audit audiat. Matth.13.a. Qui habet aures audiendi audiat.b. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt neque intelligunt, vt adimpleatur in eis prophetia Eſaiæ dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Incraſſatum eſt cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, nequando videant oculis, & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur & ſanem eos. Veſtri autem beati oculi quia vident, & aures veſtræ quia audiunt. Marci.4.b. Qui habet aures, Vobis datum eſt.c. Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis.

¶ *Auditus corporalis ordinandus.* Eccli.32.b. Audi tacens & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. II

¶ *Malus declinandus.* Eua ſerpentem audiẽs in peccati incidit conſenſum & actum. Gen.3.a. Sed & ſerpẽs. Ecclẽs. 7.c. Sed & cunctis ſermonibus, qui dicuntur, ne accõmodes cor tuũ, ne forte audias ſeruũ maledicentem tibi. Scit enim conſcientia tua, quia tu crebro maledixiſti aliis. Eccle.28.d. Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & feras auribus tuis. 1. Cor. 15.d. Corrumpũt mores bonos colloquia mala. Act.17.e. Athenienſes autem omnes & aduenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere aut audire aliquid noui. III

AVerſio à deo peruerſitate humana peragitur. Deutero.32. c. Dereliquit deum factorem ſuum, & receſſit à deo ſalutari ſuo. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es domini creatoris tui. Sapientię.1.a. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à deo. Eſaiæ.1.a. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. 59.c. Multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis. Quia ſcelera noſtra nobiſcum & iniquitates noſtras cognouimus, peccare & mentiri contra dominum. Et auerſi ſumus ne iremus poſt tergum dei noſtri vt loqueremur calumniam & tranſgreſſionem: concepimus & loquuti ſumus de corde verba mendacij, & conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longe ſtetit. I

Quia corruit in plateis veritas & æquitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuionem: & qui receſſit à malo, prædæ patuit. 63.d. Quare errare nos feciſti de viis tuis domine, induraſti cor noſtrum ne timeremus te. Hieremię.2.a. Quid inuenerũt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatem & vani facti ſunt. Et non dixerunt, vbi eſt dominus? c. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas quæ continere non valent aquas. e. Et dixiſti deſperaui, nequaquam faciam. Adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo. f. Quid vultis mecum iudicio cõtendere? Omnes dereliquiſtis me dicit dominus. 15.b. Quis enim miſerebitur tui Hieruſalem? aut quis contriſtabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquiſti me, dicit dominus, retrorſum abiſti, laboraui rogans. Danie.3.c. Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te, deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus nec obſeruauimus, nec fecimus ſicut præceperas nobis vt bene nobis eſſet. Lucæ. 15.c. Homo quidam habebat duos filios, & dixit adoleſcentior patri ſuo: Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus adoleſcẽtior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè. Apoc.2.a. Sed habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem primam reliquiſti.

II ¶ *Aequitate diuina punitur.* Hinc dixerunt Rubenitæ. Ioſ. 22. f. Abſit à nobis hoc ſcelus vt recedamus à domino, & eius veſtigia relinquamus. 24.e. Si dimiſeritis dominum, & ſeruieritis diis alienis, conuertet ſe & affliget vos, atque ſubuertet poſtquam vobis præſtiterit bona. Iudic.10.c. Afflictúsque eſt Iſrael nimis, & clamantes ad dominum, dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus te dominum deum noſtrum. 2. Paralip.15.a. Si quæſieritis dominum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Hiere.2.d. Scito & vide quia malum & amarum eſt, reliquiſſe te dominum deum tuum, & non eſſe timorem eius

apud

apud te,dicit dominus deus exercituum. A ſeculo confregiſti iugum meum,rupiſti vincula mea,& dixiſti: Non ſeruiam. f. Verterunt ad me tergum & non faciem & in tempore afflictionis ſuæ dicent: Surge & libera nos. Vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi? Surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ. 17.b. Domine qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra ſcribentur, quoniam dereliquerũt venam aquarum viuentium dominum. Oſee. 7.d. Væ eis quoniam receſſerunt à me. 9.c. Sed & væ eis cum receſſero ab eis.

## B

Baptizatio Chriſti à Iohannne. I
Matt.3.d. Tunc venit Ieſus à Galilęa in Iordanẽ ad Iohãnem vt baptizaretur ab eo. Iohãnes autẽ prohibebat eum dicẽs: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpõdens autẽ Ieſus, dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnẽ iuſtitiam. Tunc dimiſit eum. Marci.1.b. Et factum eſt. Lucæ.3.d. Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cœlũ, & deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. & vox dę cœlo facta eſt: Tu es filius meus dilectus, in te cõplacui mihi
¶ *Baptiſmus Iohannis ad Chriſtum inducebat.* Matthæi.3.b. II
Tunc exibat ad eum Hieroſolyma, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo cõfitentes peccata ſua. c. Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamẽta portare. Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto, & igni. Marci.1.a. Et egrediebatur. b. Ego baptizaui. Lucæ.3.a. Et venit in omnem regionem. c. Ego quidem. 20.a. Reſpondens autem Ieſus: Baptiſmus Iohannis de cœlo erat, an ex hominibus? Iohan.1.d. Ego baptizo in aqua. Poſt me venit vir qui. Actuũ.1.a. quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto non poſt multos hos dies. 19.a. Dixit autem Paulus: Iohannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum, di-

cens, in eum qui venturus eſſet poſt ipſum, vt crederent, hoc eſt, in Ieſum.

III ¶ *Baptiſmus quomodo præfiguratur per tranſitum maris rubri.* Exo.14.c. Cumque extendiſſet Moſes manum ſuam. Eze. 47.a. Et conuertit me ad portã domus, & ecce aquę egrediebatur ſubter limen domus ad orientem.b. Et ſanabuntur & viuent omnia ad quæ venerit torrens. 1.Cor.10.a. Nolo enim vos ignorare fratres quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt in nube, & in mari. 1.Petri.3. Quod & vos nunc. Aſſenſio.3.

IIII ¶ *Quid operatur.* Ezec.36.e. Et effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: & ab idolis veſtris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideũ de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri. Et faciã vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operamini. Zacha.13.a. In illa die erit fons patens domui Dauid, & habitatoribus Hieruſalem in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ. Marci.16.d. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Iohannis.1.e. Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Epheſ.5.e. Sicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo. Titum.3.b. Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti. Actuum.22.d. Exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipſius.

V ¶ *Qualiter rite datur.* Matthæi vltimo.d. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Marci.26.d. Euntes in mundum. Iohannis.3. Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. Epheſio.4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma.

ma. Actuum.11.b.Cum autem cœpiſſem loqui,cecidit ſpiritusſanctus ſuper eos,ſicut & in nos in initio. Recordatus ſum autem verbi domini ſicut dicebat: Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpirituſancto.

¶ *Quid nobis per ipſum ſpiritualiter figuratur.* Romanorum VI
6.a. An ignoratis fratres quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. 1. Corinthiorum.13.b. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus. Galatas. 3. d. Quicunque enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Coloſſenſes. 3. b. Conſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis.

B*Eatitudo eminentia inæſtimabilis, & hoc ex præſentia omnis* I
*boni.* Pſalmo.16.b. Satiabor cum apparuerit gloria tua. 26.d.Credo videre bona Domini in terra viuentium.13. f.Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine,quam abſcondiſti timentibus te. 3.a,b. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. 83. a. Beati qui habitant in domo tua Domine,in ſecula ſeculorum laudabunt te. Eccle.43.d. Et quis ſatiabitur videns gloriam eius. Eſaiæ.25.c. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ.33. c. Regem in decore ſuo videbunt. d. Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ,Oculi tui videbunt Hieruſalem,habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit.33. d. Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti à Domino, conuertentur & venient in Sion cum laude & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.51. b. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.d.Et nũc qui redempti ſunt à domino,

reuertentur & venient in Sion laudantes & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Gaudium & lætitiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego, egoipſe conſolabor vos. 66.d. Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, & luna tua nō minuetur: quia dominus tuus erit tibi in lucem ſempiternam, & cōplebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuum hæreditabunt terram. Non occidet vltra ſol tuus. 64.b. A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt. Oculus non vidit deus abſque te quæ præparaſti expectantibus te. Occurriſti lætanti & facienti iuſtitiam. Luc.14.c. Beatus qui mâducabit panem in regno dei. 22.c. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Iohan.1.e. Iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. 17.a. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 1. Corinth.2.b. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit: quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuum. Iohan.3.a. Chariſſimi nunc filij dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

II ¶ *Ex abſentia omnis mali*. Pſal.114.b. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis: pedes meos à lapſu. Placebo domino in regione viuorum. Eſa.25.c. Et præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati, ſuper omnes populos, & telam quam orditus eſt ſuper omnes nationes. Præcipitabit mortem in ſempiternum. Et auferet dominus deus lachrymam ab omni facie. 49.c. Non eſurient neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol, quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. 60.d. Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis: & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. 65.c. Propter

pter hoc,hæc dicit dominus. Ecce ſerui mei comedent,& vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabuntur,&vos confundemini. Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis,&contritione ſpiritus vlulabitis. Ecce enim ego creo cœlos nouos & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor,ſed gaudebitis & exultabitis vſque in ſempiternum in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Hieruſalem exultationem & populum eius gaudium, & exultabo in Hieruſalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea vltra vox fletus &clamoris. Apoc. 7.d. Non eſurient neque ſitient amplius. 21.b. Et abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum,neque cadet ſuper illos ſol neque æſtus,quoniam agnus qui in medio throni eſt reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

❡*Differentia variabilis.* Non enim omniũ æqualis gloria. III
Matth.13.f. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. 1.Corinth.15.f. Sed alia claritas ſolis, alia claritas lunæ,& alia claritas ſtellarum. Stella enim differt à ſtella in claritate,ſic & reſurrectio mortuorum. Phil.3.d. Saluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ,ſecundum operationem virtutis ſuę:qua etiam poſſit ſubiicere ſibi omnia. Ioan.14.a. In domo patris mei manſiones multæ ſunt.

❡*Obedientia comparabilis.* Nam obediendo deo acquiritur. IIII
Eſaię.33.c. Qui ambulat in iuſtitiis,& loquitur veritatem, qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere. Qui obturat aures ſuas ne audiant ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videant malum. Iſte in excelſis habitabit. d. Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas. 60.d. Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuum hæreditabunt terram. 64.b. Occurriſti lætanti,& facienti iuſtitiam. Matth.19.b. Marc.10.b. Luc.18.b Magiſter quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dicit ei: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matthæi.25.b. Euge ſerue bone & fidelis,quia ſuper pau-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ea fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Iohan.3.d. Qui credit in filium habet vitam æternam.17.d.Pater quos dediſti mihi volo vt vbi ſum ego & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam quam dediſti mihi. Romanorum.2.b.Gloria autem & honor, & pax omni operati bonum. Apocalypſi.21. g. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum aut abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.

I *BEllum prudenter ordinatur, quo ad intentionē, ut ſit cauſa iuſta.* Nume.15.d.Hoſtes vos ſentient Madianitæ: quia & ipſi hoſtiliter egeruntq́ contra vos. 1. Reg.17. f. Dixit autem Dauid ad Philiſteum: Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo : ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, cui exprobraſti hodie, & dabit te Dominus in manu mea. Eccleſiaſtici.4.d. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua : & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Ezec.25.b.Pro eo quòd plauſiſti manu & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu ſuper Iſrael. Idcirco ego extendam manum meam ſuper te, & tradam te in direptionem gētium.c. Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem vt ſe vindicaret de filiis Iuda, peccauítque delinquens & vindictam expetiuit de eis, extendam manum meam ſuper Idumæam.

II ¶ *Quod ad proſecutionem, ut in deum fiducia.* Exo.17.c.Moſes autem & Aaron & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cúmque leuaret Moſes manus vincebat Iſrael. Nume.10.a. Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes qui dimicant aduerſum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio veſtri coram domino deo veſtro, vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum.14.g.Nolite aſcendere non enim eſt dominus vobiſcum, ne corruatis coram inimicis veſtris. Deut.20.a.Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas exercitus multitudinem non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum eſt. Filij Ruben, Gad & dimidiæ tribus Manaſſe habentes fiduciam in Domino vicerunt inimicos.1.Para.5.c. Filij Ruben & Gad dixit

xit Ioſaphat populo ſuo.2. Para.20.c. Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis:credite prophetis eius & cunćta euenient proſpera. Sic & Ezechias.32. b. Et conuocauit vniuerſos in platea portæ ciuitatis, & locutus eſt ad cor eorum dicens: Viriliter agite & confortamini, nolite timere nec paueatis regem Aſſyriorum, & vniuerſam multitudinem quæ eſt cum eo. Multo enim plures nobiſcum ſunt quàm cum illo. Cum illo enim eſt brachium carneum:nobiſcum Dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt noſter,pugnâtque pro nobis. Iudith. 4.d. Memores eſtote Moſi ſerui Domini, qui Amalech confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua non ferro pugnando : ſed precibus ſanctis orando deiecit. Pſal.17.a. Laudans inuocabo Dominum,& ab.e. Qui docet manus meas ad prælium. 32.d. Non ſaluatur rex per multam virtutem. Fallax equus ad ſalutem. 59.c. In Deo faciemus virtutem,& ipſe ad. Prou. 21.d. Equus paratur ad diem belli : Dominus autem ſalutem tribuet. Vnde Iudas ait,1. Mach.3.b. Facile eſt concludi multos in manu paucorum , & non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis & in paucis : quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt.

¶ *Vt fiat cum conſilio & ſapientia.* Deut. 20. c. Si quando accesſeris ad expugnandum ciuitatem, offeres ei primum pacem. d. Quando obſederis ciuitatem multo tempore & munitionibus circundederis, vt expugnes eam,non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt,nec ſecuribus debes per circumitum vaſtare regionem,quoniam lignum eſt & non homo, nec potes bellantium contra te augere numerum. Prouerbiorum. 20. Gubernaculis tractanda ſunt bella. 21. c. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens , deſtruxítque robur fiduciæ eius.24 . a. Vir ſapiens, & fortis eſt, & vir doctus robuſtus , & validus : quia cum diſpoſitione initur bellum. Eccleſiaſtes. 9. d. Hanc quoque ſub ſole vidi ſapientiam, & probaui maximam . Ciuitas parua & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus & vallauit eam, extruxítque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inuentúſque eſt in ea vir pauper & ſapiẽs,& liberauit III

vrbem per ſapientiam ſuam. Et dicebam ego meliorem ſapientiam fortitudine. Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica. Sapien. 6. Melior eſt ſapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis. Eccleſiaſtici. 28. b. Certamen feſtinatum incẽdit ignem, & lis feſtinans effundit ſanguinem.

IIII ¶ *Vtiliter uitatur.* Deut. 2. a. Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum Eſau. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis & bibetis. 23. b. Quãdo egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. Eccleſiaſt. 8. a. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. 28. b. Abſtine te à lite, & minues peccata. Matth. 5. d. Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo.

V ¶ *Frequenter oritur ex diuina offenſione.* Sic dominus tranſgreſſoribus legis hoſtilem minatur perſecutionem. Leuitici. 26. b. Quod ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea. c. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris & ſubiiciemini his, qui oderunt vos. Hieremiæ. 47. d. O mucro domini vſquequo non quieſces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare & ſile. Quomodo quieſcet cum Dominus præceperit ei. 48. a. Fugite, ſaluate animas veſtras, & eritis quaſi mirificæ in deſerto. Pro eo quod habuiſti fiduciam in munitionibus tuis & in theſauris tuis, tu quoque capieris. b. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter. f. Quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt. g. Ceſſabit Moab eſſe populus quoniam contra Dominum gloriatus eſt. 49. a. Quid gloriaris in vallibus? b. Ecce ego inducam ſuper te terrorem ait Dominus. c. Arrogantia tua decepit te. d. Cum exaltaueris quaſi aquila nidum tuum. inde detraham te, dicit Dominus. Ezech. 29. d. Fili hominis Nabuchodonoſor ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum. Ecce merces non eſt reddita ei neque exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi. Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra AEgypti, & accipiet multitudinem eius, & depredabitur manubias eius, & diripiet ſpolia

eius,

eius,& erit merces exercitui eius, & operi quo ſeruiuit aduerſus eam.

¶*Humana affectione*. Iacobi.4.a. Vnde bella, Auaritia.4. VI

B*enedictio dei in iuſtos ſingulariter*. Gen.12.a. Egredere de I
terra tua & de cognatione tua,& de domo patris tui: & veni in terrã quàm monſtrauero tibi,faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eríſque benedictus. 22.c. Per memetipſum iurauit dicit dominus, quia feciſti hanc rem & non pepercisti filio tuo vnigenito,benedicam tibi. 26.a. Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obedierit Abraham voci meæ: & cuſtodierit præcepta mea, & cæremonias legéſque ſeruauerit.e. Benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meum Abrahã. Pſal.3.c. Quoniam tu benedices iuſto. 23.b. Innocens manibus & mundo corde qui nõ accepit in vanum animam ſuam. Hic accipiet benedictionem à domino. Prouerb.10.b. Benedictio domini ſuper caput iuſti. Eccl.32. Qui vigilauerint ad illum inuenient benedictionem. Iuſtos in finali benedicet iudicio. Matth.25.c. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei,poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Galat.3.b. Igitur qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli Abraham.

¶*In ſingulos utiliter*, Gene.1.d. Et creauit deus hominem II
ad imaginem ſuam,ad imaginem dei creauit illum,maſculum & fœminam creauit eos. Benedixitque illis: Creſcite & multiplicamini,& replete terram & ſubiicite eam,& dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quę mouentur ſuper terram. 9.a. Benedixitq; deus Noe,& filij eius & dixit ad eos: Creſcite & multiplicamini, & replete terram,terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ. 17.c. Dixit quoque deus ad Abraham, Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram,& cui benedicturus ſum. Et benedicam ei,& ex illa dabo tibi filium. Super Hiſmael quoque exaudiui te, ecce benedicam ei,& augebo & multiplicabo eum valde. Propter Iacob benedixit dominus Laban. Gen.30.d. Tu noſti quomodo ſeruierím tibi, & quãta in manibus meis fuerit poſ-

ſeſſio tua,modicũ habuiſti antequã venirem ad te,& nunc diues effectus es:benedixítq; tibi deus ad introitũ meum. Sic domui Obededon Gethei ob præſentiã arcæ domini. 2.Reg.9.c.Nunciatúmq; eſt regi.Iob.1.Operibus manuũ eius benedixiſti,& poſſeſſio eius creuit in terra.42.c.Dñs autẽ benedixit nouiſſimis Iob magis quàm principio eius. Prou.3.d.Habitacula iuſtorum benedicentur. Eccle.11.c. Benedictio dei in mercedẽ iuſti feſtinat. 39.c.Benedictio illius quaſi fluuius inundabit. Epheſ.1.a. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto.

III ❡*Benedicere debet homo deum cordaliter.* Pſal.102.a. Benedic anima mea domino,& omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Benedic anima mea domino & noli obliuiſci. Eccle.59.d. Et nunc in omni corde,& ore collaudate,& benedicite nomen domini.

IIII ❡*Humiliter.* Thob.12.d.Benedicite deum cœli,& coram omnibus viuentibus confitemini ei,quia fecit nobiſcũ miſericordiã ſuã. Iob.1.d.Dominus dedit,dominus abſtulit: ſicut domino placuit ita factũ eſt,ſit nomen domini benedictum. Eze.3.c.Benedicta gloria dñi de loco ſancto ſuo.

V ❡*Perſeueranter.* Thob.4.d.Omni tẽpore benedic deum Pſal.33.a.Benedicã dominũ in omni tẽpore ſemper. Eccl. 32.c.Et hora ſurgendi non te frices.Pręcurre autem prior in domum tuam & illic lude, & age conceptiones tuas,& non in delitiis &verbo ſuperbo.Super his omnibus benedicito dominum qui fecit te,& inebriantem te in omnibus bonis ſuis.43.d.Benedicentes dominũ exaltate illũ quantum poteſtis,maior eſt enim omni laude. Exaltantes illum replemini virtute. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio?

VI ❡*Benedicere debet homo homini ordinabiliter.* Gene.14.c. At verò Melchiſedech rex Salim proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos dei altiſſimi) benedixit ei, & ait, d.Benedictus Abraham deo excelſo qui creauit cœlum & terram, & benedictus deus excelſus. 48.c. Benedixítque Iacob filiis Ioſeph, & ait: Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac, benedicat pueris

ris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomen meum: nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, creſcant in multitudinem ſuper terram. Numeri. 6.d. Sic benedicetis filiis Iſrael. Benedicat tibi dominus & cuſtodiat te. Oſtẽdat dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat dominus vultum ſuum ad te & det tibi pacem. Inuocabũtque nomẽ meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicã eis. Pſal. 71.d. Et benedicentur in ipſo omnes. Eſa. 66.c. In quo qui benedictus eſt ſuper terram, benedicetur in deo amen, Hebræorum. 7.b. Sine vlla autem contradictione quod minus eſt à maiore benedicitur.

¶*Vtiliter non enim paruæ eſt uirtutis benedictio bonorum.* VII Vnde patres veteris teſtamenti ſtudioſe & filiis ſuis benedicere, & patrum benedictiones procurare ſtuduerunt. Geneſis. 27.d. Benedicens ergo illi ait: Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini, & ſeruiant tibi populi & adorent te tribus. Qui maledixerit tibi maledictus erit, & qui benedixit tibi benedictionibus repleatur. e. Vix Iſaac ſermonem impleuerat. f. Nunquid non ſeruaſti, ait, & mihi benedictionem? Reſpondit Iſaac, Dominum tuum illũ cõſtitui, benedixítque ei & erit benedictus. Numer. 23.c. Ad benedicendum adductus ſum benedictionem prohibere nõ valeo. 24.b. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus. Eccle. 3.b. Benedictio patris firmat domos filiorum.

¶*Virtualiter, quia ob opera uirtuoſa.* Sic Melchiſedech Abrahæ benedixit reuertenti de cæde Chodorlamor, & regum qui cum eo erant. Geneſis. 14.c. Quod cum audiſſet Abraham. Sic Iahel interficiens Siſaram. Iudic. 4.d. Tulit itaque Iahel vxor Aber clauum tabernaculi aſſumens pariter & malleum, & ingreſſa abſcondito poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſſumque malleo defixit in cerebrum. 5.d. Benedicta inter mulieres Iahel. Sic & Abigail dulcedine eloquij placans Dauidis iram. 1. Regum. 25.f. Et ait Dauid: Benedictus dominus deus Iſrael, qui miſit te hodie in occurſum meum, benedictum eloquium tuũ, & benedicta tu quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinẽ, & vlciſcerer me manu mea. Sic Iudith ca VIII

ſtiſſima ob maximam (in amputando caput principis exercitus Nabuchodonoſor) conſtantiam, Iudith.13.c. Vniuerſi autem adorantes dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Porrò Ozias princeps populi Iſrael, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à domino deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. 15.d. Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi tui, quia feciſti viriliter & confortatũ eſt cor tuũ, eò quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris: ideo manus domini confortauit te, & ideo eris benedicta inæternum. Sic virgo Maria ob fidei munditiam. Lucæ.1.f. Et factum eſt vt audiuit ſalutationẽ Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. e. Et beata quæ credidiſti, quoniã perficientur ea quę dicta ſunt tibi à domino.

IX ¶ *Benedicere debet creaturæ decenter.* Exo.39.g. Quę poſtquam Moſes cuncta vidit completa, benedixit eis. 1. Timothęi.4.a. Quia omnis creatura dei bona eſt, ſanctificatur enim per verbum dei, & orationem.

I B*Laſphemia horribiliter committitur*, Eſaiæ.52.b. Vt iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Matth.27.e. Prętereuntes autem blaſphemabant eum mouẽtes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum dei. Rom.2.d. Nomen enim dei per vos blaſphematur inter gentes. 1. Cor. 12.a. Ideo notum vobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu. Apoca.13.b. Et aperuit os ſuũ in blaſphemias ad deum blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant.

II ¶ *Grauiter punitur.* Leuitici.24.c. Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt manus ſuper caput eius: & lapidet eum omnis populus. Qui blaſphemauerit nomen domini, morte moriatur. 2. Regum.12.d. Veruntamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen domini, propter verbum hoc filius, qui natus eſt tibi morte morietur. 4. Regum.19.d. Cui exprobraſti & quẽ blaſphemaſti?

phemaſti? Contra quem exaltaſti vocem tuam, & eleuaſti in excelſum oculos tuos? Contra ſanctum Iſrael.g. Factũ eſt igitur in nocte illa, venit angelus domini & percuſſit de caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia.

¶ *Salubriter omittitur*. 2.Reg.2.e. Si peccauerit vir in virũ placari ei poteſt deus. Si autem in deum peccauerit quis orabit pro eo? Zach.3.a. Et oſtendit mihi dominus Ieſum ſacerdotem magnum ſtãtem corã angelo domini: & Satan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei. Et dixit dominus: Increpet dominus in te Satan. Matt.12.c. Ideo dico vobis omne peccatũ, & blaſphemia remittetur hominibus ſpiritus autẽ blaſphemiæ non remittetur: Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritũ ſanctum, non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neque in futuro. Mar.3.d. Amen dico vobis quoniã omnia. Luc.12.b. Et omnis qui dicit verbum in filiũ hominis. Col.3.b. Nunc autem deponite & vos omnia, irã, indignationem, malitiã, blaſphemiam, turpem ſermonem. Iudæ.1.c. Cum Michael archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit imperet tibi deus. III

B*onitas eſſentialis in diuinis*. Matth.19.b. Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus deus. Mar.10.c. Nemo bonus niſi vnus deus. I

¶ *Naturalis in creaturis*. Geneſis.1.d. Viditque deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. 1.Timo.4.a. Quia omnis creatura dei bona eſt. II

¶ *Moralis in uirtutibus*. Matth.25.b. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. III

## C

CAlix paſſionis imitãdus. Eſa.51.f Eleuare releuare, cõſurge Hieruſalẽ, quæ bibiſti de manu domini calicem irę eius, vſque ad fundũ calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad feces. Matt.20.c. Poteſtis bibere calicem quem ego bibuturus

ſum? Calicem quidem meum bibetis.26.d. Pater mi ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Iohã.18.b. Calicẽ quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum?

II ¶*Punitionis declinandus*, Iſaiæ.31.g. Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt. Hier.15.d. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis Gentibus ad quas ego mittam te, & bibent & turbabuntur & inſanient à facie gladij quem ego mittam inter eos. 49.c. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? Non eris innocens, ſed bibens bibes. 15.a. Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnem terram. De vino eius biberũt omnes Gentes, & ideo commotæ ſunt. Ezechiel.23.e. In via ſororis tuę ambulaſti, & dabo calicem eius in manu tua. Calicem ſororis tuæ bibes profundũ & latum. Eris in deriſum & in ſubſannationem, quæ es capaciſsima, ebrietate & dolore repleberis, calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ. Et epotabis & bibes illum vſque ad feces & fragmenta eius deuorabis. Apocaly.14.b. Si quis adorauerit beſtiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua aut in manu ſua, hic bibet de vino iræ Dei quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure. 16.d. Et Babylon venit in memoriã ante Deum: dare illi calicem vini indignationis iræ illius. 18.b. In poculo quo miſcuit vobis miſcere illi duplum.

I ¶*Caput Chriſti*. 1.Cor.11.a. Caput vero Chriſti Deus.

II ¶*Caput eccleſiæ*. Epheſ.1.d. Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius, 5.e. Chriſtus caput eſt eccleſiæ. Colo.1.c. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ.

III ¶*Caput uiri*. 1.Cor.11.a. Volo autem vos ſcire quoniam omnis viri caput Chriſtus eſt.

IIII ¶*Caput mulieris*. 1. Cor.11.a. Caput autem mulieris vir. Ephe.5.e. Quoniam vir caput eſt mulieris.

I CHaritas *eminenter commendatur*. 1.Corin.13.a. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum vt æs ſonans aut cymbalum tinniens:

Et ſi habuero omnem fidem ita vt montes transferem: charitatem autem non habuero nihil ſum, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam.b. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.c. Charitas nunquam excidit. d. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior autem horum eſt charitas. 16.c. Omnia veſtra in charitate fiant. Coloſſen.3.c. Super omnia autem hæc charitatem continuam habete, quod eſt vinculum perfectionis. 1. Petri. 4.b. Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Iohannis. 4.c. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo.

¶ *Decenter ordinatur*. Romanorum.5.a. Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. 1. Corinthiorum.15.b. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Epheſiorũ.3.c. In charitate radicati, & fundati. Philippen.1.b. Et hoc oro vt charitas veſtra magis, ac magis abundet in omni ſcientia: in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſynceres, & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudem dei. 1. Timoth.1.b. Finis autem præcepti eſt charitas: de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. Iohannis.2.a. Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. 4.d. Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem. 5.a. Hæc eſt enim charitas dei, vt mandata eius cuſtodiamus. 2. Iohannis.b. Et hæc eſt charitas vt ambulemus ſecundum mandata eius. 11

C*aro pro neceſſitate curanda*. Roma.8.c. Ego fratres debitores ſumus, non carni vt ſecundũ carnem viuamus. 13.d. Et carnis curã ne feceritis in deſideriis. 2. Cor.10.a I

In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus. Ephe. 5. f. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam.

II ¶ *A uoluptate refrenanda, quia bonum impedit.* Roma. 8. a. Qui enim in carne ſunt deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus dei habitabat in vobis. 1. Cor. 3. a. Cum enim ſit inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Gal. 5. d. Caro enim concupiſcit aduer ſus ſpiritũ, ſpiritus aũt aduerſus carnem. Hęc enim ſibi inuicẽ aduerſantur, vt nõ quęcunq; vultis illa faciatis. 1. Pet. 2. c. Chariſſimi obſecro vos tanquã aduenas. Abſtinẽtia. 3.

III ¶ *Spiritum interimit.* Gene. 8. a. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Rom. 8. a. Nihil ergo damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Qui enim ſecũdum carnem ſunt quæ carnis ſunt ſapiunt. c. Si enim ſecundũ carnem vixeritis moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Gala. 5. c. Dico autem in Chriſto, ſpiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis. d. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicida, ebrietates comeſſationes: & his ſimilia, quæ prædico vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non conſequentur. 6. b. Nolite errare deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem.

I *CAſtitas perfecte à deo datur.* Sapien. 8. d. Et vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi deus det: & hoc ipſum erat ſumma ſapientia ſcire cuius hoc eſſet donum. Zach. 9. d. Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum & vinum germinans virgines? Matth. 19. b. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

II ¶ *Recte ordinatur.* In corde. Lucæ. 12. e. Sint lumbi veſtri præcincti. 1. Cor. 7. f. Et mulier innupta & virgo cogitat

quæ domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Ephe. 6.c. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate. 1. Pe. 1.c. Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfecte ſperate in eam quę offertur vobis gratiam.

¶ *Viſu.* Dina volens videre mulieres regionis à Sichem viſa violata eſt. Gene. 34. a. Egreſſa eſt autem Dina. Vxor domini Ioſeph in concupiſcentiam ex aſpectu pulchritudinis Ioſeph exarſit. Gene. 39. b. Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu. Poſt multos autem dies iniecit domina ſua oculos in Ioſeph. Dauid videns Bethſabeæ ſe lauantem, in adulterium incidit. 2. Reg. 11. a. Factũ eſt autem vertente anno. Iob. 31. a. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Eccle. 9. a. Virginem ne conſpicias ne forte ſcandalizeris in decore illius. b. Auerte faciem à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. 25. d. Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & ne concupiſcas mulierum à ſpecie. III

¶ *Verbo.* Epheſ. 5. a. Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Actu. Matth. 25. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus. 1. Theſſaloni. 4. a. Hæc eſt enim voluntas dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. 1. Timoth. 5. d. Teipſum caſtum cuſtodi. IIII

¶ *Summe premiatur.* Iud. 15. d. Tu gloria Hieruſalem. Benedictio. Sapiẽ. 3. c. Quoniam fœlix eſt ſterilis & incoinquinata quæ neſciuit thorum in delicto, habebat fructum in reſpectione animarum ſanctarũ. 4. a. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Eccle. 26. c. Omnis autem põderatio non eſt digna continentis animæ. Eſa. 56. b. Et non dicat eunuchus: Ego lignum aridum. V

¶ *Quia hæc dicit dominus eunuchis:* Qui cuſtodierint ſabbatha mea & elegerint quæ ego volui & tenuerint fœdus meum, & dabo eis in domo mea & in muris meis locum,

& nomen melius à filijs & filiabus. Nomen ſempiternum dabo eis quod non peribit. Matth.19.b.Sunt enim eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnũ cœlorũ.1.Cor. 7.b. Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut & ego.f. Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico. g. Igitur qui matrimonio iungit virginem ſuam,benefacit:& qui non iungit, melius facit.Apoc.14. b.Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt,hi ſequuntur agnum quocunque ierit.

I CEditas *mentalis peccato cauſatur.* Deut. 29.a. Non dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes & aures quæ poſſent audire vſque in præſentem diem. Sap.2.d. Excæcauit enim illos malitia eorum. Iſa.10.c. Audite audientes & nolite intelligere, & videte viſionem & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis ſuis & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat & conuertatur & ſanem eum.29.d. Obſtupeſcite& admiramini,fluctuate & vacillate,inebriamini & non à vino, mouemini & non in ebrietate:quoniã miſcuit vobis dominus ſpiritum ſoporis. Claudet oculos veſtros: prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones operiet.d.Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati quem cum dederint ſcienti:literas dicent,lege iſtum,& reſpondebit non poſſum,ſignatus eſt enim.Ego quòd propinquat populus iſte ore ſuo:& labijs ſuis glorificat me:cor autem eius longe eſt à me,& timuerunt me mandato hominũ & doctrinis:ideo ecce ego addam, vt admirationem faciã populo huic miraculo grandi & ſtupendo. Peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. Ezech. 7.g. Et quærent viſionem à propheta, & lex peribit à ſacerdote,& conſilium à ſenioribus. 12. a. Fili hominis in medio domus exaſperantis tu habitas qui oculos habent ad videndum & non vident,& aures ad audiendum & non audiunt. Soph. 1. d. Et ambulabunt vt cæci quòd domino peccauerunt.Iohan.3.b.Hoc eſt autem iudicium,quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, &c. Erant enim eorum mala opera, 6. g. In

iudicium

iudicium in hunc mundi ego veni, vt qui non vident videant,& qui vident cæci fiant. 12.f. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias: Excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorum vt non videant oculis, & non intelligant corde. Roma.1.c. Quia cum cognouiſſent deum non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.11.b. Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus, electio autem conſecuta eſt, cæteri vero excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, oculos vt non videant,& aures vt non audiant vſque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem & in ſcandalum, Obſcurentur oculi eorum ne videant.

¶ *Peccatis implicatur.* Sapien.5.a. Errauimus à via veritatis,& iuſtitiæ lumen non luxit nobis: & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis,& ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Eccli.11.b. Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt, qui autem exultant in malis conſeneſcunt in malo. Eſa.59.b. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: ſplendorem,& in tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus. Impegimus meridie quaſi in tenebris in caliginoſis quaſi mortui. Sophon.5.a. Neſciuit autem iniquus confuſionem. Matth.15.b. Sinite illos cæci ſunt,& duces cæcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Marc.3.a. Et circunſpiciens eos in ira: contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum. Luc.19.g. Et vt appropinquauit videns ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens: Si cognouiſſes & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Iohan.9.g. Et audierunt quidem phariſæorum, qui cum ipſo erant & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci ſumus? dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis non haberetis peccatum: nunc vero dicitis quia videmus, peccatum ergo veſtrum manet. II

Ephe. 4.e. Hoc igitur dico & teſtificor in domino, vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à via dei per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum : qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam.

III ¶ *Gratia illuminatur.* Eſa. 42.b. Et dedi te in fœdus populi in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum. c. Et educam cęcos in viam quam neſciunt, & in ſemitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. 43.b. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: ſurdum & aures ei ſunt. 50. d. Quis ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei, ſperet in nomine Domini & inuitatur ſuper Deum ſuum. 58.c. Si abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris extendere digitum, & loqui quod non prodeſt. Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. 60.a. Surge illuminare Hieruſalem quia venit lumen tuum. Pſal. 17. d. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine. 18. b. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. 26. a. Dominus illuminatio mea & ſalus mea. 33. a. Accedite ad eum & illuminamini. Iohan. 1. a. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 8. b. Ego ſum lux mundi : qui ſequitur in me nõ ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

IIII ¶ *Multum uituperatur.* Eſa. 42. c. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. d. Quis cæcus niſi ſeruus meus, & ſurdus niſi ad quem nuncios meos miſi? Quis cæcus niſi qui venundatus eſt, & quis cæcus niſi ſeruus Domini? Qui vides multa, nónne audies? Qui apertas habes aures nónne audies? Hieremiæ. 5. e. Audi popule ſtulte qui non habes cor. qui habentes oculos non videtis, & aures & non auditis. Marc. 8. b. Adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis.

¶ *Cæcitas naturalis pœnoſa*. Thobiæ.5.b. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris ſedeo,& lumen cœli non video?

¶ *Ipſius eluminatio miraculoſa,per angelum*. Tob.2.b. Contigit autem vt quadam die fatigatus à ſepultura, veniens domum iactaſſet ſe iuxta parietem & obdormiſſet, & ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fierétque cæcus. 6. b. Et fel valet ad vnguendos oculos,in quibus fuerit albugo & ſanabuntur.11. c. Tunc ſumens Thobias de felle piſcis, liniuit oculos patris ſui. Et ſuſtinuit quaſi dimidiam fere horam, & cœpit albugo ex oculis eius quaſi membrana oui egredi. Quam apprehendens Thobias traxit ab eius oculis,ſtatímque viſum recepit. VI

¶ *Per Chriſtum*. Matth.9.d. Et tranſeunte inde Ieſu ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes & dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid. Tunc tetigit oculos eorum,dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis. 20. Et egredientibus illis ab Hiericho. Mar.8.c. Et veniunt Bethſaidam, & adducunt ei cæcum. Iohan. 8.a. Et præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. VII

CIbus *ſpiritualis uirtuoſus*. Deut.8.a. Matth.4.a. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore domini. Iohan. 4. d. Ego alium cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me,vt perficiam opus eius. 6. c. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam,quem filius hominis dabit vobis. d. Hoc eſt opus dei vt credatis in eum quem miſit ille. I

¶ *Fructuoſus*. Pſal.16.d. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Luc.24.c. Beatus qui manducabit panem in regno dei. 22.c. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Apoc.2.b. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo dei mei. e. Vincenti dabo manna abſconditum. 3. d. Ecce ſto ad oſtium & pulſo: Si quis audierit vocem meam,& aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum & cœnabo cum illo & ipſe mecum. II

¶ *Cibus corporalis uirtuoſe moderatur in qualitate*. Gene.1.d. III

Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.9. a. Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt: & omne quod mouetur & viuit,erit vobis in cibum. Pſal.103.b.Et panis cor hominis confirmet.Prouer.27.a.Anima ſaturata calcabit fauum:anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet Eccle. 29.d. Initium vitæ hominis. Abſtinentia.30.d.Splendidum cor bonum in epulis: epulæ enim illius diligenter fiunt.31.d.Splendidum in panibus benedicent labia multorum. 39. d. Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua ignis & ferrum: ſal & lac & panis ſimilagineus, & mel & botrus vuæ & oleum,& veſtimentum.

IIII ¶*In quantitate*. Prouer.23.a.Quando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante faciem tuam. Ne deſideres cibos illius in quo eſt panis mēdacij. Eccle.14.b. Oculus malus ad mala, non ſatiabitur pane indigens & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam.31.b. Super menſam magnam ſediſti, non aperias ſuper illam faucem tuam prior. Non dicas: ſi multa ſunt quæ ſuper illam ſunt. Ne extendas manum tuam prior, ne inuidia contaminatus erubeſcas. c. Vtere quaſi frugi his quæ tibi apponuntur: vt non cum multum manducas odio habearis. Ceſſa prior cauſa diſciplinæ, & noli nimius eſſe ne forte offendas. Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis ne extendas manum tuam,nec prior poſcas bibere. Et ſi coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio & vome & refrigerabit te,& non adduces corpori tuo infirmitatem.

V ¶*In honeſtate ut cum gratiarum ſumatur actione*. Sic fecit Saluator,Iohan.6.b.Accepit ergo Ieſus panes & cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus. c. Vbi manducauerant panem gratias agentes.1.Cor.10.g. Siue ergo māducatis,ſiue bibitis,vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.1. Timo.4. Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur:ſanctificatur enim per verbum dei & orationem.

VI ¶*Voluptuoſe uitiatur in qualitate*. Iob. 6. a. Animæ enim eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur. Eccle. 36.c.

Omnem

Omnem eſcā manducabit vēter, & eſt cibus cibo melius. Fauces contingunt cibum fere.Luc.16. e. Homo quidam erat diues qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplēdide. Mortuus eſt autem diues & ſepultus eſt in inferno.1.Corin.6.c. Eſca ventri & venter eſcis:Deus autem & hunc & hanc deſtruet.Iud.1.d. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes ſine timore ſemetipſos paſcētes.

¶*In quantitate*. Thob.2.a.Poſt hæc cum eſſet dies feſtus VII domini,& factum eſſet prandium bonum in domo Tobię dixit filio ſuo. Vade & adhuc aliquos de tribu noſtra timētes deum(non hiſtriones,&c.)vt epulentur nobiſcum. Iob.31.b.Si comedi buccellam meam ſolus,& non comedit pupillus ex ea.Prou.21.c.Qui diligit epulas in egeſtate erit:qui amat vinum & pinguia non ditabitur. Eccle.9.d. Viri iuſti ſint tibi conuiuæ.37.d.Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram.Propter crapulam multi obierūt. Luc. 14.c. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos,neque diuites:ne forte & ipſi te reinuitent,& fiat tibi retributio.Sed cum facis conuiuiū,voca pauperes,debiles, claudos,& cæcos,& beatus eris:quia non habēt retribuere tibi.Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

C*ibi delectus ob præceptum & ſcandalum habendus*. Mat.15. I b. Audite & intelligite non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Roma.14.c. Scio & confido in Domino Ieſu quia nihil commune per ipſum:niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundū charitatem ambulas.Noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt.Non eſt enim regnum dei eſca & potus,ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpirituſancto. d. Omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat.1.Cor.6.e. Omnia mihi licent,ſed non omnia expediūt:omnia mihi licent,ſed non omnia ędificāt.f.Omne quod in macello venit māducate, nihil interrogātes

propter cõſcientiam. Si quis vos vocat infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. g. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?1. Corinth. 8. e. Eſca autem nos non commendat deo. Neque enim &c. Vide totum ibidem. Col. 2. c. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbathorum quæ ſunt vmbra futurorum. 1. Timo. 4. a. Spiritus autem manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attẽdentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi: loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: & his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura. Sup. 5. Tit. 1. d. Omnia munda mundis, coinquinatis autẽ & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia. Heb. 13. b. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor. non eſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Act. 10. 11. b. Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. 15. e. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hęc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab imolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos bene agetis.

IX ¶ *Cibauit Chriſtus turbas.* Matth. 14. b. Et exiens vidit turbam multam. 15. Et cum tranſiſſet inde Ieſus venit ſecus mare Galilęæ. Marc. 6. d. Et conuenientes apoſtoli ad Ieſum. 8. a. In diebus illis iterum cum turba multa. Luc. 9. b. Et reuerſi apoſtoli narrauerunt illi. Iohan. 6. a. Poſt hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ.

I *CIrcunciſio Ioannis.* Lucæ. 1. f. Et factum eſt in die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui. Circunciſio Chriſti. Lucæ. 2. c. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circunciderctur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus.

*Circunciſio*

¶ *Circunciſio carnalis à deo mandata.* Gene.17.b. Hoc eſt pa-ctum meum quod obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te. Circuncidetur ex vobis omne maſculinum, & circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncide-tur in vobis. Leuitici.12.a. Et die octauo circuncidetur infans. Iohan.7.c. Propterea Moſes dedit vobis circun-ciſionem: non quia ex Moſe eſt, ſed ex patribus. Romano-rum.15.b. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter veritatem dei ad cõfirmandas pro-miſſiones patrum. II

¶ *Per Chriſtum terminata.* 1.Corin.7.d. Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorũ dei. Galat.5.a. Ecce ego Paulus dico vobis quoniam ſi circun-cidamini Chriſtus nihil vobis proderit. b. Nã in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque pręputium: ſed fides quæ charitatem operatur. 6.d. In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium ſed no-ua creatura. III

¶ *circunciſio ſpiritualis rigoroſe exigitur.* Leuit.26.f. Am-bulabo igitur & ego cõtra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircunciſa mens eorũ. Hiere. 4.a. Circuncidimini domino, & auferte pręputia cordium veſtrorum viri Iuda & Hieruſalem, ne forte egrediatur vt ignis, indignatio mea, & ſuccendatur & non ſit qui extin-guat. 6.c. Cui loquar & quem conteſtabor vt audiat? Ecce incircunciſæ aures eorũ, & audire non poſſunt. Eſa.44.c. Omnis alienigena incircunciſus corde, & incircunciſus carne non ingredietur ſanctuarium meum. Actuum.7.f. Dura ceruice & incircunciſi cordibus, & auribus vos ſem-per ſpirituiſancto reſiſtis. IIII

¶ *Virtuoſe perficitur.* Deut.20.d. Circuncidite igitur. Ac-ceptio perſonarum.1.30.b. Circũcidet dominus deus tuus cor tuum, & ſeminis tui, vt diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua vt poſſis viuere. Hierem.9.g. Quia omnes gentes habent præputium, om-nis autem domus Iſrael incircunciſi ſunt corde. Rom.2.d Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat: nónne præ- V

putium illius in circuncisionem reputabitur? Non enim qui in manifeſto Iudęus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt circuncisio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circuncisio cordis in ſpiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt. Philip.3.a. Nos enim ſumus circuncisio, qui ſpiritu ſeruimus deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & nō in carne fiduciam habentes. Coloſ.2.b. In quo & circuncisi eſtis circuncisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis: ſed in circuncisione Ieſu Chriſti conſepulti ei in baptiſmo.

I *Ciuitas ſuperna mire decoratur.* Hebræorum.11.a. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem (Abrahā) cuius artifex & conditor deus.12.f. Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuentis Hieruſalem cœleſtem. 13.c. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Apoca.21.d. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. f. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioſo. Et templum non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotēs templum illius eſt, & agnus.g. Et ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea: nam claritas dei illuminat eam.

II ¶ *Ciuitas terrena pietate gubernatur.* Leuitici.19.g. Si habitauerit aduena in terra veſtra & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei, ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eum quaſi voſmetipſos. Prouerb.11.b. In bonis iuſtorum exultabit ciuitas. Vbi non eſt gubernator populus corruet. Eccle.10.a. Qualis rector ciuitatis tales & inhabitantes eam. Ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium. Eſaiæ.26.a. Vrbs fortitudinis noſtræ Sion ſaluator ponetur in ea murus & antemurale. Aperire portas & ingredietur gens iuſta cuſtodiens ciuitatem.

III ¶ *Impietate deuaſtatur.* Pſalmo.54. Præcipita domine diuide linguas eorum. Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas, & dolus. Et non defecit de plateis eius vſura & dolus.126.a. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit. Prouerbiorum.11.b. Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum ſubuertetur. 29.b. Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem:

tem : ſapientes vero auertunt furorem. Eccleſiaſt.26.a. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea meruit. Deleturam ciuitatis,& collectionem populi,& calumniam mendacem ſuper mortem omnia grauia. Dolor cordis & luctus mulier zelotypa. 28.b. Suſurro & bilinguis maledictus:multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit,& diſperdidit illos de gente in gentem,ciuitates muratas diuitum deſtruxit,& domos magnatorum effodit. Eſa.17.c. Et eris deſerta,quia oblita es domini dei ſaluatoris tui:& fortis adiutoris tui non es recordata. Abacuc.2.c. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus,& præparat vrbem in iniquitate.

C*Lauis cœli*. Matthæi.16.c. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis : & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. I

¶ *Mortis*, Eſaię.22.f. Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerũ eius:& aperiet, & non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat. Apoc.1.d. Ego ſum viuens in ſecula ſeculorũ:& habeo claues mortis & inferni.3.d. Hęc dicit ſanctus & verus, qui habet clauem Dauid:qui aperit,& nemo claudit,claudit & nemo aperit. II

C*Ogitatio bona à deo inſpiratur*. Prouerbiorum.16.a. Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. 2.Corin.3.b. Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad deum, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis : ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Philip.2.b. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere,pro bona voluntate. I

¶ *Ad deũ ordinatur*. Geneſis.24.g. Egreſſus fuerat (Iſaac) ad meditandum in agro inclinata iam die. Prouerb.12.a. Cogitationes iuſtorum iudicia. 15.d. Mens iuſti meditabitur obedientiam. Philip.4.b. De cætero fratres quæcũque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia,quæcunque bonæ famæ:ſi qua virtus,ſi qua laus diſciplinæ,hæc cogitate. II

¶ *A deo remuneratur*. Eccl.6.d. Cogitatũ tuũ habe in pręceptis dei,& ĩ mãdatis illius maxime aſſiduus eſto,& ipſe da III

bit tibi cor,& concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. 22.c. Cogitatus ſenſati in omni tempore, vel metu non deprauabitur.

IIII ¶*Cogitatio mala mire peruertitur.* Prou.12. Qui confidit in in cogitationibus ſuis, impiè agit.c.Dolus in corde cogitantiũ mala.16.d.Qui attonitis oculis cogitat praua: mordens labia ſua perficiet malum.24.a.Qui cogitat mala facere ſtultus vocabitur. Cogitatio ſtulti peccatum eſt. Eccleſiaſtici.16.c. Qui minoratur corde cogitat inania,& vir imprudens,& errans cogitat ſtulta. Eſaię.59.b.Cogitationes eorum,cogitationes inutiles. Matthæi.15.b. De corde enim exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falſa teſtimonia,& blaſphemiæ:hæc ſunt quæ coinquinant hominem.

V ¶*Dire punitur.* Gene.6.b. Videns autem deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra:& cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra,& præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo, inquit, hominem quem creaui,à facie terræ. Prouerb.15.d. Abominatio domini cogitationes malæ. Sapien.1.c. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Hier.4.b.Omnia hęc mala venient propter malitiam cogitationum veſtrarum. 18.b. Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationẽ.Reuertatur vnuſquiſque à via ſua mala,& dirigite vias veſtras, & ſtudia veſtra. Qui dixerunt: Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus.

VI ¶*Fructifere repellitur.* Sapien.1.a. Peruerſe enim cogitationes ſeparant à deo. Eccleſiaſtici.6.a.Non te extollas. Arbor.3.27.a.Sicut in percuſſura cribri remanebit puluis:ſic aporia hominis in cogitatu illius. Hieremiæ.4.d. Laua à malitia cor tuum Hieruſalẽ vt ſalua fias.Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Matth.9.a.Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?

I C*Ognoſcit deus omnes generaliter.* 1.Regum.26.c. Homo enim videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. Iob.31.a. Nónne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus

greſſus meos dinumerat. Prouer.15.a. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos.b. Infernus & perditio coram domino:quanto magis corda filiorum hominum?16.a. Omnes viæ hominum patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt dominus.

¶ *Bonos ſingulariter.* Exod.2.d. Et reſpexit dominus filios Iſrael, & cognouit eos. Pſal.1.b. Quoniam nouit dominus viam iuſtorum. Hiere.1.b. Priuſquam te formarem in vtero noui te. Matthæi.7.d. Multi dicẽt mihi in illa die, Domine domine. Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. 25.a. Amen dico vobis neſcio vos. 1. Cor.14.g. Si quis autem ignorat ignorabitur. 2. Timo.2.c. Sed firmum fundamentum dei ſtat habens ſignaculum hoc. Cognouit dominus qui ſunt eius. II

*Cognitio dei firmiter exigitur.* Pſal.9.c. Cognoſcetur dominus iudicia faciens. Conuertantur peccatores in infernum omnes gentes, quæ obliuiſcuntur deum. 13.a. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. 45.b. Vacate & videte quoniam ego ſum deus. 52.a. Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt. Sapien.13.a. Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia dei. Eſa.1.a. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Hiere.4.f. Quia ſtultus populus meus me non cognouit: Filij inſipientes ſunt, & vecordes. 9.a. Cõfortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt dicit dominus.b. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt ſcire me dicit dominus.g. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me: quia ego ſum dominus qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra. Oſee.4.a. Non eſt enim veritas. Mendacium.6.6.c. Quia miſericordiam volui & non ſacrificium: & ſcientiam dei plus quàm holocauſta. I

Roma.1.c. Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem,& iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem dei in iniuſtitia detinent: quia quod notum eſt dei manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit.

II ¶ *Multipliciter acquiritur, ſcilicet,* Diuina illuſtratione. Iob 21.b. Qui dixerunt deo recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus. Pſalmo. 4.b. Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Eſaiæ.52.b. Propter hoc ſciet populus meus nomē meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Matthæi.11.d. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Et nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. 16.c. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in cœlis eſt (me ſcilicet eſſe Chriſtum filium dei viui.) Lucæ.10.d. Et nemo ſcit quis ſit filius niſi pater. Iohannis.1.b. Deum nemo vidit vnquā, vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. 6.e. Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum. Non, quia patrem vidit quiſquam, niſi is, qui à deo eſt, hic vidit patrem. 8.c. Neque me ſcitis, neque patrem meum ſcitis: ſi me ſciretis forſitan & patrem meum ſciretis. 17.b. Et cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me miſiſti. 1. Iohānis.5.d Et ſcimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus deus, & vita æterna.

III ¶ *Creaturarum conſideratione.* Iob.12.b. Nimirum interroga iumenta & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & reſpondebit tibi: & narrabunt piſces maris. Quis ignorat quod omnia hæc manus domini fecerit? Pſal.18.a. Cœli enarrant gloriam dei. Sapien. 13.a. Vani autem ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia dei, & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex. Quorum etſi ſpecie delectari deos putauerunt, ſciant quanto his dominator eorum

ſpecioſior

ſpecior eſt. Speciei enim generator hæc omnia conſtituit. Aut ſi virtutem & opera eorum mirati ſunt: intelligant ab illis quoniam qui fecit hæc, fortior eſt illis. b. A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Eccleſiaſtici. 17. a. Creauit illis ſcientiam ſpiritus: & ſenſu impleuit cor illorum. 43. d. Multa abſcondita ſunt maiora his, pauca vidimus operum eius. Iohannis. 1. b. In mundo erat & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum nõ cognouit. 5. f. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia pater miſit me. Rom. 1. c. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciuntur. 1. Cor. 13. c. Ex parte enim cognoſcimus. d. Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

¶ *Scripturarum declaratione.* Iohannis. 5. f. Scrutamini ſcripturas: quia vos putatis in illis vitam æternam habere. Et illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. g. Si enim crederetis Moſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit. IIII

¶ *Salubriter perquiritur.* Sapien. 13. a. Noſſe enim te conſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis. Eſaiæ. 11. e. Nõ nocebũt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia domini. Oſee 6. a. Viuificabit nos poſt duos dies: & in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius: ſciemus ſequemúrque vt cognoſcamus dominum. Iohan. 17. a. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum deum verũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Philip. 3. b. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiã Ieſu Chriſti domini mei. Coloſ. 1. b. Ideo nos ex qua die audiuimus non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius: in omni ſapientia & intellectu ſpirituali, vt ambuletis digne deo per omnia placentes. 1. Iohã. 2. a. Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius ſeruamus. Qui dicit ſe noſſe deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. 4. b. Et omnis qui diligit, ex deo V I

natus eſt, & cognoſcit deum. Qui non diligit non nouit deum: quia deus charitas eſt.

VI ¶ *Cognouit homo differenter.* 1.Reg.16.c. Homo videt ea quæ patent. Prouer.20.a. Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri, ſed homo ſapiens exhauriet illud. Eccleſiaſtici.13.d. Veſtigium cordis boni, & faciem bonam difficile inuenies & cũ labore. 1. Cor.2.c. Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt?

VII ¶ *Cognoſcitur homo frequenter ex uiſu.* Gene.4.a. Iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Prou.17.d. In facie prudẽtis lucet ſapientia. Eccleſiaſtes.8.a. Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus faciem illius commutabit. Eccleſiaſtici.13.d. Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bono, ſiue in malo.19.d. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.

VIII ¶ *Affatu.* Prou.27.c. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium: ſic corda hominum manifeſta ſunt prudẽtibus. Eccleſiaſtici.27.a. Sicut ruſticatio de ligno oſtẽdit fructum illius: ſic verbum ex cogitatu cordis hominis.

IX ¶ *Geſtu.* Pro.20.b. Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer ſi mũda & recta ſint opera eius. Eccli.19.d. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.

I C*Onſilia rite congreganda.* Actuum.15.a. Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos ſtatuerunt vt aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex aliis ad apoſtolos & presbyteros in Hieruſalem ſuper hac quæſtione.b. Conueneruntque apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc.

II ¶ *Debite audienda & obſeruanda.* Matth.18.c. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Iohan.14.b. Ego rogabo patrem & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis.16.c. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ſpiritus ille veritatis docebit vos omnem veritatem. Actuum.15.e. Apoſtoli & ſeniores fratres, his qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus ſalutem. Quoniam audiuimus quod quidã ex nobis exeuntes turbauerũt vos verbis

bis euertentes animas veſtras quibus nõ mandauimus:placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos. Viſum eſt enim ſpiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quã hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos bene agetis, Valete.

C*Oncupiſcentia mala, peccatum operatur.* Gene.8.d. Senſus & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Roma.7.d. Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Nã velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonũ hoc facio, ſed quod nolo malum hoc ago. Si autẽ quod nolo illud facio iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Cõdelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Iaco.1.b. Nemo cum tentatur dicat, quoniam à deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt. Ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſque vero tentatur à cõcupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum. Peccatum vero cum conſummatũ fuerit generat mortem. I

¶*Fructifere refrenatur.* Gene.4.a. Nõnne ſi bene egeris recipies? Sin autem male ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Tob.3.c. Tu ſcis domine quia nunquam concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia. Sap.4. Inconſtantia concupiſcentię tranſuertit ſenſum ſine malitia. Ecclẽs.11.d. Amoue malitiam à carne mea. Adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt. Eccleſiaſtici.5.a. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiã cordis tui.18.d. Poſt cõcupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ cõcupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. 23.a. Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendãt me. 37.d. Fili in vita tua tenta animam tuã, & ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem. Roma.8.a. II

Nil ergo damnationis. Cor. 2. d. Animalis autē homo nō percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. 2. Pet. 1. a. Fugientes ẽius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ correptionem.

III ¶ *Concupiſcentia rei alienæ prohibetur.* Exod. 20. c. Non cō cupiſces domum proximi tui. Nec deſiderabis vxorē eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Deute. 5. b. Non concupiſces. Eccleſiaſtici. 9. c. Non zeles gloriam, & opes peccatoris.

I C*Onfeſſionis tempus.* Eccleſiaſtici. 17. d. Ante mortem confitere. A mortuo quaſi nihil perit confeſſio. Confiteberis viuens. Quàm magna miſericordia domini, & propitiatio illius conuertentibus ad ſe.

II ¶ *Fructus.* Leuiti. 26. f. Quod & ſi de his aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis in terra inimicorū ſuorum, donec confiteantur iniquitates ſuas, & malorum ſuorum recordentur. Dauid ſe peccaſſe recognoſcens veniam meruit. 2. Reg. 12. d. Et dixit Dauid ad Nathā: Peccaui domino. 24. c. Ego qui peccaui, & ego inique egi. Pro. 28. b. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequitur. Eccleſiaſtici. 4. e. Pro anima tua ne confundaris dicere verū, & non ſubiicias te omni homini pro peccato. d. Non confundaris confiteri peccata tua. Iaco. 5. d. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini. 1. Iohā. 1. d. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus mendacem facimus eū, & verbū eius non eſt in nobis.

III ¶ *Modus, ut ſit ſuiipſius accuſatiua.* Non ſicut Adam, qui requiſitus à domino culpam in mulierem coniecit. Gene. 3. c. Mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno & comedi. Ioſue. 7. c. Fili mi, da gloriam domino deo Iſrael & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcōdas. Iob. 10. a. Dimittam aduerſum me eloquium meum. Pſal. 140. a. Pone domine cuſtodiam ori meo. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Prouer. 18. c. Iuſtus prior eſt accuſator ſui. Hiere. 2. g. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam. Et

dixiſti. Abſque peccato & innocens ego ſum,& propterea
auertatur furor tuus. Ecce ego iudicio contendam tecum,
eo quod dixeris non peccaui. Quàm vilis facta es nimis
iterans vias tuas. Sic latro Ieſum excuſans ſe autem ac ſo-
cium accuſans,miſericordiam & gloriam inuenit.Luc.23.
f Amen dico tibi,hodie mecum eis in paradiſo.

¶ *Veniæ ſperatiua*. Ideo Cain gratiam non inuenit.Gene. IIII
4.b. Maior eſt iniquitas mea,quàm vt veniam merear.
Nec Iudas.Matth.27.a.Tunc videns Iudas qui eum tra-
didit quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus retulit. 30.
argenteos principibus ſacerdotū & ſenioribus,dicēs: Pec-
caui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: Quid ad
nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo receſſit:
& abiens laqueo ſe ſuſpendit. Mar.1.a. Et egrediebatur ad
eum omnis Iudææ regio, & Hieroſolymitæ vniuerſi &
baptizabantur ab illo in Iordanis flumine: confitentes
peccata ſua. Act.19.d. Multíque credentium veniebant cō-
fitentes & annunciantes actus ſuos.

¶ *Propoſiti firmatiua*. *Hinc nihil profuit Pharaoni.* Exod.10.c. V
Quamobrem feſtinus Pharao vocauit Moſen, & Aaron,
dicens: Peccaui in Dominum Deum veſtrum. Nec Sau-
li.1. Regum.15.f. Dixítque Saul ad Samuelem. Peccaui.
Sed filiis Iſrael,Iudit.10.c. Afflictúſque eſt Iſrael nimis,
& clamantes ad Dominum, dixerunt: Peccauimus tibi,
quia dereliquimus Dominum. d. Dixerúntque filij Iſrael
ad Dominum. Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi
placet,tantum nunc libera nos. Iohan.8.a. Vade iam am-
plius noli peccare.

C*onfirmationis modus*. Matthæi.19.b. Tunc oblati ſunt ei I
paruuli,vt manus eis imponeret & oraret. Marc.10.b.
Et offerebant illi paruulos vt tangeret illos, & comple-
xans eos,& imponens manus ſuper illos,benedicebat eos.
1.Timotheum.5.d. Manus cito nemini impoſueris. Act.
6.b. Hos ſtatuerunt ante conſpectum apoſtolorum,& o-
rantes impoſuerunt eis manus. 13.a. Miniſtrantibus au-
tem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis ſpiritus-
ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad
quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orantes im-

ponentéſque eis manus dimiſerunt illos.

II ¶*Fructus.* Deut.34.c.Ioſue vero filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ,quia Moſes poſuit ſuper eum manus ſuas. 1. Timo.1.b. Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiam dei quę eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Act. 8.c. Tunc imponebant manus ſuper illos,& accipiebant ſpiritum ſanctum.19.a. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus venit ſpiritusſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis & prophetabant.

I C*Onfuſio ſalutaris.*Eccli.4.c.Eſt enim confuſio adducens peccatum,& eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Eſaiæ.29.g. Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubeſcet,ſed cum viderit filios ſuos opera manuum mearum in medio ſui ſanctificantes nomen meum, & ſanctificabunt ſanctum Iacob, & deum Iſrael prædicabunt,& ſcient errantes ſpiritu intellectum,& muſſitatores diſcent legem. Hiere.6.d.8.e. Confuſi ſunt quia abominationem fecerunt. Quin potius confuſione non ſunt cõfuſi:erubeſcere neſcierunt.Ezech.36.f. Et recordabimini viarum veſtrarum peſſimarum ſtudiorúmque non bonorum, & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ, & ſcelera veſtra. g. Confundemini & erubeſcite ſuper viis veſtris domus Iſrael.

II ¶*Pœnalis.* Eccleſiaſtici.41. d. Erubeſcite à patre & à matre de fornicatione,& à præſidente, & à potente de mendacio. A principe & iudice de delicto, à ſynagoga,à plebe de iniquitate, à ſocio & amico de iniuſtitia, & de loco in quo habitas de furto. Hieremiæ. 2.e. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur:ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi & reges eorum.3.g. Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam domino deo noſtro peccauimus.12.Confundemini à fructibus veſtris propter iram furoris domini.17.b.Domine omnes qui te derelinquunt confundentur.c. Confundantur omnes qui me perſequuntur,& non confundar ego.

I C*Onſcientiæ bonæ modalitas*.2.Cor.1.c.Nam gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 1. Iohan.3.d. Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, ſed opere

& veritate. In hoc cognoſcimus, quoniam ex veritate ſumus, & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra. Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt deus corde noſtro, & nouit omnia.

¶ *Vtilitas*. Prou.15.b. Secura mens quaſi iuge conuiuium. II
1. Iohan.3.d. Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus accipiemus ab eo.

¶ *Conſcientiæ malæ peruerſitas*. Sapien. 17. c. Frequenter III
enim præoccupant peſſima redarguente conſcientia. Cum enim ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnata, ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia.

C*Onſilium diuinum incomprehenſibile*. Sapiẽ.9.c. Quis enim I
hominum poterit ſcire conſilium dei? Aut quis poterit cogitare quid velit deus? Prouer.25.d. Sicut qui mel multum comedit non eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Eſaię.40.d. Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit & oſtendit illi? Cum quo iniit conſilium & inſtruxit eum? Hieremiæ.23. d. Quis enim affuit in conſilio Domini. 32. d. Fortiſſime magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu. Roma.11.d. Quis cognouit ſenſum Domini? Aut quis conſiliarius eius fuit. 1. Corinth.2.c. Ita & quæ dei ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus Dei. d. Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum?

¶ *Inſuperabile*. Prou.21.d. Non eſt ſapientia, non eſt pru- II
dentia, non eſt conſilium contra dominum. Eſaiæ.46.d. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Act. 5. g. Et nunc itaque dico vobis, abſtinete ab hominibus iſtis, & ſinite illos. Quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium aut opus hoc, diſſoluetur. Sin ex deo eſt, non poteſtis diſſoluere, ne quando & deo repugnare reperiamini.

¶ *Irreprehenſibile*. Pſal.32.c. Conſilium autem Domini in- III
æternum manet. 65. Terribilis in conſiliis ſuper filios hominũ. Prou.1.b. Quum venerit repentina calamitas, & interitus veſter vt tempeſtas ingruerit, quum venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia. Tunc inuocabũt me & non

exaudiam,mane conſurgent & non inuenient me,eo quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ. Luc. 7.e.Phariſæi autem & legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſos.

IIII ¶ *Conſilium bonum bonus attendit.* Cum quo habeat. Thob. 4.d. Conſilium ſemper à ſapiente perquire. Prouer.20.a. Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri. 25. b. Cauſam tuam tracta cum amico tuo. Eccleſiaci. 6.a. Multi pacifici ſint tibi,& conſiliarius vnus de mille 8.d Cum fatuis conſilium non habeas, non enim poterunt diligere niſi quæ eis placent. Coram extraneo non facies conſilium, neſcis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifeſtes, ne forte inferat tibi gratiam falſam & conuicietur tibi.9.d.Cum ſapientibus & prudentibus tracta.11.d.Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui. Bona enim & mala conuertens inſidiatur,& in electis imponet maculum. 19. b. Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum. 37. b. Noli conſiliari cum ſocero tuo,& à zelantibus te abſconde conſilium. Omnis conſiliarius prodit conſilium, ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo. A conſiliario ſerua animam tuam. Prius ſcito quæ ſit illius neceſſitas, & quid ipſe in animo ſuo cogitabit,ne forte mittat ſudem in terram, & dicat tibi bona eſt via tua, & ſtet econtrariò videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate. Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque cognoueris obſeruantem timorem dei,cuius anima eſt ſecundum animam tuam.c. Et cor boni conſilij ſtatue tecum. Anima viri ſancti enunciat aliquando vera quàm. 7. circunſpectores ſedentes in excelſo. Et in his omnibus deprecare altiſſimum,vt dirigat in veritate viam tuam.

V ¶ *De quo.* Thobiæ.4.d. Omni tempore conſilia tua in ipſo permaneant. Pſalmo.118.c.Et conſilium meum iuſtificationes tuæ.

¶ *Quomodo.*

¶ *Quomodo.* Prou.8.b. Meum eſt conſilium, & æquitas. 13. VI
b. Qui agunt omnia cum conſilio reguntur ſapientia. c. Aſtutus omnia agit cum conſilio. Eccleſiaſtici. 32. d. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. 37. c. Ante omnia verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile.

¶ *Conſilium bonum utilitatem prætendit.* Pſal. 88. b. Deus qui VII
glorificatur in conſilio ſanctorum. 110. a. Confitebor tibi Domine in toto corde meo in conſilio iuſtorum. Prouer. 11. b. Salus autem vbi multa conſilia. 12. c. Qui pacis ineunt conſilia ſequetur eos gaudium. 15. c. Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium, vbi vero ſunt plures conſiliarij confirmantur. 20. c. Cogitationes conſiliis roborantur. 24. a. Erit ſalus vbi multa conſilia ſunt. 27. b. Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima duleoratur. Eccleſiaſtici. 22. b. Sicut loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non diſſoluetur, ſic & cor confirmatum in cogitatione conſilij. 40. d. Aurum & argentum conſtituet pedẽ, & ſuper vtrunque conſilium beneplacitum.

¶ *Stultus vilipendit.* Sic Roboan ſeniorum. 3. Regum. 12. VIII
c. Reſpondítque rex populo dura delicto conſilio ſeniorum. Sic Pilatus vxoris ſuæ. Matth. 27. b. Sedente autem illo pro tribunali.

¶ *Conſilium malum doloſe machinatur.* Sic Balaan dedit Ba- IX
lach conſilium quomodo filios Iſrael induceret ad luxuriam & idololatriam. Numeri. 24. c. Veruntamen pergens ad populum meum. Pſalmo. 21. d. Conſilium malignantium obſedit me. 30. d. Accipere animam meam conciliati ſunt. 82. a. Super populum tuum malignauerunt conſilium. Prouerbiorum. 12. a. Conſilia impiorum fraudulenta. Ezec. 11. a. Fili hominis hi ſunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimum. Principes Darij regis ſub prætextu honoris eius in montem Danielis machinabantur. Dani. 6. a. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes. Sic Iudæi contra Chriſtum plurima habuere conſilia. Matthæi. 12. b. Exeuntes autem phariſæi conſilium faciebãt, quomodo eum perderent. 22. b. Tunc

abeuntes phariſæi conſilium inierunt. 26. a. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum. 27. a. Mane autem facto conſilium inierunt. Marc. 3. a. Exeuntes autem. 14. f. Summi vero ſacerdotes.

X ¶ *Fructuoſe declinatur*. Iob. 21. b. Veruntamen quia non ſunt in manu eorum bona, conſilium eorum longe fac à me. Pſal. 1. a. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. 25. a. Non ſedi cum conſilio vanitatis.

XI ¶ *Virtuoſe diſſipatur*. Sic Dominus conſilium fratrum Ioſeph. Gene. 50. d. Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus illud vertit in bonum. Iob. 5. c. Qui diſſipat cogitationes malignorum ne poſſint implere manus eorum quæ cœperant. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia ſua, & conſilium prauorum diſſipat. 12. c. Adducit conſiliarios in ſtultum finem. Pſal. 32. b. Dominus diſſipat conſilia gentium. Eſaiæ. 8. b. Confortamini & vincemini: accingite vos & vincemini, inite cōſilium & diſſipabitur. 19. b. Stulti principes Taneos ſapientes conſiliarij Pharaonis, dederunt inſipiens conſilium. e. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt AEgyptum in omni opere ſuo ſicut errat ebrius.

XII ¶ *Rigoroſe plagatur*. Sic Achitophel videns conſilium ſuum poſthaberi ſeipſum laqueo ſuſpendit. 2. Regum. 16. d. Conſilium autem Achitophel quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis conſuleret Deum. 17. f. Porro Achitophel videns quod non fuiſſet factum conſilium ſuum, diſpoſita domo ſua ſuſpendio interiit. Prouer. 1. d. Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuíſque conſiliis ſaturabuntur. Eccleſiaſtici. 10. b. Qui fodit foueam incidet in eam. Eccleſiaſtici. 27. d. Qui in altum mittit lapidem ſuper caput eius cadet, & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera. Et qui foueam fodit incidet in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo offendet in eo, & qui laqueum alij ponit peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium ſuper eum deuoluetur, & non agnoſcet vnde adueniet illi. Laqueo peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum, dolor autem conſumet eos antequam moriantur. Eſaiæ. 29. c. Væ qui profundi eſtis

corde, vt à domino abſcondatis conſilium quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos. 30.a. Væ filij deſertores, dicit dominus, vt faceretis conſilium & non ex me. Hieremiæ.18.d. Tu autem domine ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur. Machinantes in montem Danielis iniuſtè, morti iuſtè traditi ſunt. Danie.6.f. Iubente autem rege. 14.g. Porro illo illos.

*Conſolatio diuina gratioſa in neceſſitatibus ſubueniendo.* Sic filiis Iſrael in deſerto prouidit de cibo. Exodi.16.a. Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, Aquam de petra. 17.b. Et ait dominus ad Moſen. Antecede populum. Veſtimenta. Deut. 8.a. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna. Veſtimentum tuum quo operiebaris nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus. En quadrageſimus annus eſt, vt recogites in corde tuo, quia ſicut erudit homo filium ſuum, ſic dominus deus tuus erudiuit te, vt cuſtodias mandata domini dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum. Sic dominus pauit turbas in deſerto. Matth. 14.b. Veſpere autem facto. 15.d. Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum. I

¶ *In perſecutionibus conſolando, & liberando.* Iob.5.b. Mœrentes erigit ſoſpitate. Thobiæ.3.d. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quia vita eius ſi in probatione fuerit coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit liberabitur, & ſi in correptione fuerit ad miſericordiam tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum, exultationem infundis. Iudith 8.c. Expectemus humiles conſolationem eius. Pſal.93.d. Secundum multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Eſaiæ.40.a. Conſolamini conſolamini popule meus. 51.d. Ego egoipſe cõſolabor vos. Hieremiæ.31.c. Et conuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo. Naum.1.b. Bonus dominus & confortans in die tribulationis. 1. Corinthiorum.10.c. Fidelis autem deus eſt II

qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. 2.Corinthiorum.1.a. Benedictus deus,& pater domini noſtri Ieſu Chriſti pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra. b. Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis,ita & per Chriſtum abundat cõſolatio noſtra,ſicut ſocij paſſionum eſtis ſic eritis & conſolationis. 4.b. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur. 7.b. Foris pugnæ intus timores. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt & nos.

III ❡*Conſolatio humana uirtuoſa.* Iob.16.a.Conſolatores oneroſi omnes eſtis. Cõſolarer & ego vos ſermonibus. 2.Cor. 1.a. Vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt.1.Theſſ.5.c.Conſolamini puſillanimes.

IIII ❡*Mundana pernitioſa.* Ecclẽs.2.a. Dixi ergo in corde meo. Vadam & affluã delitiis,& fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque eſſet vanitas. Luc.6.d.Veruntamen væ vobis diuitibus,qui habetis hic conſolationem veſtram. 16.f. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua.

I *Conſuetudo bona*. Iob.14.d.Lapides excauant aquæ.Prouerbiorum.22.a. Prouerbium eſt adoleſcens iuxta viam ſuam,etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. 1.Corin.11.c. Si quis autem videtur contentioſus eſſe nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia dei. g. Cætera autem cum venero diſponam.

II ❡*Mala.* Leuit.18.a. Ego ſum dominus deus veſter iuxta conſuetudinem terræ Aegypti in qua habitaſtis non facietis. Eſaiæ.65.d.Quoniam puer centum annorum morietur. Hieremiæ.13.d. Si mutare poteſt Aetiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas:& vos poteritis benefacere,cum didiceritis malum. Apoc.22.c. Qui nocet,noceat adhuc.

I *Contentio maligne operatur.* Prouerb.29.b. Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem. Eccleſiaſtici.8.a. Non litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem illius ligna. 21.a. Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtantiam.22.c.Pungens

gens

gens oculum educit lachrymas & qui pungit cor profert ſenſum.1.Corin.3.a.Cum enim ſit inter vos zelus & contentio,nónne carnales eſtis & ſecundum hominem ambulatis. 2.Timo.2.c.Noli contendere verbis,ad nihil enim vtile eſt,niſi ad ſubuerſionem audientium.

¶ *Condigne deuitatur*. Geneſis.13.b. Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos, ait Abraam Loth,fratres enim ſumus. Iob.6.d. Reſpondete obſecro abſque contentione. Prouerbiorum.3.d. Non contendas aduerſus hominem fruſtra, cum ipſe nihil tibi male fecerit. 20.a. Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus.24.c.Ne contendas cum peſſimis. Eccle. 8.a Non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te conſtituat litem. Multos enim perdidit aurum, & vſque ad cor regũ extendit & conuertit.11.a. De ea re quę te non moleſtat ne certeris.28.b. Abſtine te à lite,& minues peccata. Philippen.2.a. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. 2.Timoth.2.d. Seruum autem domini non oportet litigare. II

*Contumeliæ peruerſitas*. Leuitici.19.c.Non facies calumniam proximo tuo. Prouerbiorum.22.b. Eiice deriſorem & exibit cum eo iurgium, ceſſabúntque cauſæ & contumeliæ. Ecclés.7.b.Calumnia conturbat ſapientem. Eccleſiaſtici.19.d. Eſt correptio mendax in ira contumelioſi.22.d. Ante ignem camini vapor,& fumus ignis exaltatur:ſic & ante ſanguinem maledicta contumeliæ & minæ.23.c. Homo aſſuetis in verbis improperij in omnibus diebus ſuis non erudietur. I

¶ *Periculoſitas*.Prouer.10.c.Qui profert contumeliam inſipiens eſt.25.a.Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum. Eccleſiaſtici. 8.c. Ne contra faciem ſtes contumelioſi,ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. 22.c. Mittens lapidem in volatilia deiiciet illa,ſic & qui conuinciatur amico diſſoluit amicitiam. II

*Conuerſionis ortus per inſpirationem*. Pſal.79.b. Deus virtutum cõuerte nos. Eſa.44.d. Reuertere ad me:quoniã redemi te. Hiere.31.d. Conuerte me & conuertar. Poſtquã I

enim conuertiſti me egi pœnitentiam. Thre. 5.d. Conuerte nos domine ad te,& conuertemur. Zachariæ.1.a. Conuertimini ad me ait dominus exercituum, & conuertar ad vos. Conuertimini de viis veſtris malis. 10.c. Et conuertam eos quia miſerebor eos,& erunt ſicut fuerunt quando non proieceram eos. Malach.3.b. Reuertimini ad me,& reuertar ad vos. Iohan.6.d. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. e. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum. Omnis qui audiuit à patre,& didicit venit ad me. 14.a. Ego ſum via, veritas & vita, nemo venit ad patrem niſi per me. Epheſ.2.d. Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem. Iacobi.4. Appropinquate deo,& appropinquabit vobis.

II ¶ *Per tribulationem.* Pſal.67.d. Cum occideret eos quærebant eum. 82.c. Imple facies eorum ignominia,& quærent te domine. Eſaiæ.26.c. Domine in anguſtia requiſierunt te in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Hierem.3.a. Vulgo dicitur. Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te. Leua oculos tuos in directum,& vide vbi nunc proſtrata ſis. 31.b. In fletu venient,& in miſericordia reducam vos. Oſee.6.a. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me. Venite & reuertamur ad dominũ,quia ipſe cœpit & ſanabit nos,percutiet & curabit nos. 14.a. Conuertere Iſrael ad dominũ deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcum verba,& conuertimini ad dominũ,& dicite ei: Omnem aufer iniquitatem. Lucæ.15.c. Et poſtquam omnia conſummaſſet,facta eſt fames valida in illa regione & ipſe cœpit egere. d. In ſe autem reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo: Surgam & ibo ad patrem meum.

III ¶ *Modus requirit ut ſit cordialis.* 1. Regum.7.a. Si in toto corde veſtro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, & præparate corda veſtra domino & ſeruite ei ſoli. Eſaiæ.10.c. In veritate reliquiæ conuertentur.

uertentur. 31.d. Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. Hieremiæ.24.c. Reuertentur ad me in toto corde ſuo. Threno.3.e. Quid murmurauit homo viuens pro peccatis ſuis. Scrutemur vias noſtras & quæramus, & reuertamur ad dominum. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum. Ioel.2. Nunc ergo dicit dominus conuertimini ad me in toto corde veſtro.

¶ *Virtualis*. 4. Reg.17.b. Reuertimini à viis veſtris peſſimis. Pſal.118. Conuertantur mihi timentes te. Eccleſiaſtici.17.c. Conuertere ad dominum & relinque peccata tua. Reuertere ab dominũ, & auertere ab iniuſtitia tua, & nimis odito execrationem, & cognoſce iuſtitias & iudicia dei. Hieremiæ.4.a. Si reuerteris ad me Iſrael ait dominus, ad me conuertere. Si abſtuleris offendicula tua à facie mea non commoueberis. Ezec.14.b. Conuertimini & recedite ab idolis veſtris, & ab vniuerſis contaminationibus veſtris auertite facies veſtras. Oſee.12.b. Et tu ad dominum deum tuum conuerteris, miſericordiam & iudiciũ cuſtodi, & ſpera in deo tuo ſemper. Ioel.2.c. Et conuertimini ad dominum deum veſtrum: quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. IIII

¶ *Fructus in euaſione mali*. Thob.13.b. Cõuertimini itaque peccatores, & facite iuſtitiam coram domino, credentes quod faciat vobiſcum miſericordiam ſuam. Ecclĩ.17.d. Quàm magna miſericordia domini & propitiatio illius conuertentibus ad ſe. Eſaiæ.35.b. Derelinquat impius viã ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum & miſerebitur eius, & ad deum noſtrum quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Hieremię.15.d. Si conuerteris conuertante, & ante faciem meam ſtabis, & ſi ſeparaueris precioſum à vili quaſi os meum eris. 26.a. Noli ſubtrahere verbum ſi forte audiant, & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala, & pœniteat me mali quod cogitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum. Ezech. 18.g. Conuertimini & agite pœnitentiam ob omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus V

præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum. Et quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis. 33.c. Viuo ego dicit dominus. Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini à viis veſtris peſſimis. Et quare moriemini domus Iſrael? iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacunque die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.

VI ¶ *Conſecutione boni.* Iob.22.d. Si reuerſus fueris ad omnipotentem ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. Eritque omnipotens contra hoſtes tuos. Tunc ſuper omnipotentem delitiis afflues & eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum & exaudiet te. Decernes rem & veniet tibi. Eſaiæ.30.d. Si reuertamini, & quieſcatis ſalui eritis. 45.d. Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ. 55.b. Inclinate aurem veſtram & venite ad me, audite & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum miſericordias Dauid fideles. Hier.3.g. Cōuertimini filij reuertentes & ſanabo auerſiones veſtras. Ecce nos veniamus ad te.

VII ¶ *Tempus.* Iob.10.d. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui. Dimitte ergo me vt plangam palulum dolorem meum, antequam vadam & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam, mortis caligine. Ecclēs.8.a. Ne feſtines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo. 12.a. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ. Eccle. 5.c. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius. Hebręorū.4.d. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

I Cor *bonum ordinatur bene erga deum.* Deut.29.a. Non dedit vobis dominus cor intelligens. Iob.27.a. Iuſtificationem meam quam cœperam tenere non deſeram. Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Pſalm.

7.c.

7.c. Iuſtum adiutorium meum à domino, qui ſaluos facit. 16.a. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte. 46.b. Paratum cor meum deus. 72.a. Quàm bonus Iſrael deus. 107.a. Paratum cor meum deus paratum. Prouerbiorum. 21.a. Sicut diuiſiones aquarum: ſic cor regis in manu domini, quocũque voluerit inclinabit illud. Appendit autem corda dominus. 23.c. Præbe fili mi cor tuum mihi. Ecclẽs. 1.d. Ne acceſſeris ad illum duplici corde. 2.d. Qui timent dominum præparabunt corda ſua. 3.d. Sapiens cor, & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis. Eſaiæ. 38.a. Obſecro domine memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde profecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Hieremiæ. 30.d. Quis enim iſte eſt qui applicet cor ſuum vt appropinquet mihi. 32.g. Et dabo eis cor vnum, & viam vnam vt timeant me vniuerſis diebus & bene ſit eis, & filiis eorum poſt eos. Ezech. 11. Et dabo vobis cor vnum & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum vt in præceptis meis ambulent & iudicia mea cuſtodiant, faciantque ea, & ſint mihi in populum, & ſim eis in deum. 36.f. Et auferam cor lapideum de carne veſtra. Et dabo vobis cor carneum & ſpiritum meũ ponam in medio veſtri. Et faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini. 2. Theſſalo. 3.a. Dominus autem diriget corda veſtra in charitate dei & patientia Chriſti.

❡*Erga ſeipſum.* Prouer. 4.d. Omni cuſtodia ſerua cor tuũ, quia ex ipſo vita procedit. 16.b. Cor hominis diſponit viã ſuam. 17.a. Sicut igne probatur argentum & aurum camino, ita corda probat dominus. Ecclẽs. 10.a. Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Hierem. 4.d. Laua à malitia cor tuum. II

❡*Erga proximum.* Eccleſiaſtes. 1.d. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris in labiis tuis. Attende in illis ne forte cadas & adducas animæ tuæ inhonorationem: & reuelet deus abſconſa tua, & in medio ſynagogę elidat te, quoniã acceſſiſti malignè ad dominũ, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia. 3.d. Cor ſapiẽ- III

tis intelligetur in ſapientia.26. Diuitis autem & pauperis cor bonum in omni tempore vultus illorum hylaris. Lucæ.6.g.Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum.

IIII ¶ *Cor malum deordinatur prauæ erga deum.* Deutero.29.c. Ne forte ſit inter vos vir aut mulier familia,aut tribus cuius cor auerſum eſt hodie à domino deo veſtro, vt vadat, & ſeruiat diis illarum gentium. Eccleſiaſtes.9.a. Hoc eſt peſſimum inter omnia,quæ ſub ſole ſunt:quia eadem cunctis eueniunt, vnde & corda filiorum implentur malitia, & contemptu in vita ſua,& poſt hæc ad inferos deducentur.Eccle.2.c.Væ diſſolutis corde qui non credunt deo, & ideo non protegentur ab eo.3.d.Cor nequam grauabitur in doloribus. Hieremiæ.17.b. Prauum eſt cor hominis & inſerutabile. Quis cognoſcet illud? Ego dominus ſerutans cor,& probans renes.

V ¶ *Ergo ſeipſum.* Prouerb.26.d. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile,ſic labia tumentia cum peſſimo corde.Oſee.7.c.Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.Iaco.1.b.Vir duplex animo incōſtans eſt in omnibus viis ſuis.

VI ¶ *Erga proximum.* Prouerbiorum.25.c. Acetum in nitro qui cantat carmina cordi peſſimo.27.d.Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit ſcientiam. Eccle.2.c. Væ duplici corde, & labiis ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. 36.d. Cor prauum dabit triſtitiam, & homo peritus reſiſtet illi.Lucæ.6.g.Malus homo de malo theſauro profert malum.

VII ¶ *Flagellatur dure.* Prouerbiorum.11.c. Abominabile domino cor prauum.17.c.Qui peruerſi cordis eſt non inueniet bonum.28.b. Qui mentis eſt duræ corruet in malū. Eccle.3.d. Cor durum habebit male in nouiſſimo. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus,& prauum cor in illis ſcandalizabitur. Ezech.11.d. Quorum autem cor poſt offendicula, & abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſuo ponam,dicit dominus.Oſee.10.a.Diuiſum eſt cor eorum nunc interibunt.

*Correctio*

Correctio bona requirit bonam intentionem. Leuiti.19.d. Nõ oderis fratrum tuum in corde tuo,ſed publicè argue eũ, ne habeas ſuper illo peccatum. Eccle.19.b Corripe amicum ne forte non intellexerit,& dicit non feci,aut ſi fecerit ne iterum addat facere. c. Corripe proximum ne fortè non dixerit, & ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum ſæpe enim fit commiſſio. 1.Corinthio 4.c. Non vt confundam vos hæc ſcribo,ſed vt filios meos chariſſimos moneo.1.Timoth.5. Peccantes coram omnibus argue,vt & cæteri timorem habeant.

¶ *Debitam proſecutionem.* Sic Abigail virum ſuum Nabal in conuiuio non arguit,ſed poſt.1.Reg.25.f.Venit autem Abigail ad Nabal.Et ecce erat ei conuiuiũ in domo eius. Eccleſiaſtes.7.a.Melior eſt ira riſu,quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquẽtis.Sapien.2.a.Probata autem virtus corripit inſipientes.Eccleſiaſtici.8.c. Non incendas carbones peccatorũ arguens eos,& ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. 11.a. Priuſquam interroges ne vituperes quenquam:& cum interrogaueris corripe iuſtè.19.c. Corripe proximum antequam commineris.20.a.Quam bonum eſt arguere, quàm iraſci. 31.d. In conuiuio vini non arguas proximum.Matth.18.b.Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eũ inter te & ipſum ſolum.Si te audierit,lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit,adhibe tecum adhuc vnum vel duos,vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si autem eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Galat.6.a. Fratres & ſi præoccuppatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderant teipſum ne & tu tenteris. 1.Theſſalo.5.c.Rogamus autem vos fratres corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos. 1.Timoth. 5.a.Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuencula vt ſorores in omni caſtitate. 2.Timot.2.d.Seruum autem domini non oportet litigare,ſed mãſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt

veritati,ne quando deus det illis pœnitentiam ad cogno-
ſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis à quo
captiui tenentur ad ipſius voluntatem. 4.a. Argue, obſe-
cra in omni patientia & doctrina.

¶ *Gratiam ſuſceptionem quo ad correctum.* Pſal.140.a. Corri-
piet me iuſtus in miſericordia & increpabit me. Prou.1.c.
Conuertimini ad correptionem meam.17.b. Plus proficit
correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud ſtul-
tum. 21.d. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum,
qui autem rectus eſt corrigit viam ſuam.25.b. In auris au-
rea & margarita fulgens qui arguit ſapienté. Eccleſiaſtici,
10.d. Et vir prudens & diſciplinatus nõ murmurabit cor-
reptus.20.a. Quàm bonum eſt correptũ manifeſtare pœ-
nitentiam, ſic enim effugies voluntarium peccatum.

IIII ¶ *Acquirit magnam remunerationem corrigenti.* Leui.5.a. Si
peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtíſque fue
rit quod ipſe vidit, aut conſcius, niſi indicauerit portabit
iniquitatem ſuam. Prou.9.b. Argue ſapienté & diliget te.
24.c. Qui dicunt impio iuſtus es maledicẽt eis populi, &
deteſtabuntur eos tribus. Qui arguunt enim laudabuntur,
& ſuper eos veniet benedictio. 28.d. Qui corripit homi-
nem, gratiam poſtea inueniet apud eum, magis quàm ille
qui linguæ blandimento decipit.

V ¶ *Correctio.* Prouer.13.c. Egeſtas & ignominia ei qui de-
ſerit diſciplinam, qui autem acquieſcit arguenti glorifica-
bitur. 15.a. Qui cuſtodit increpationes aſtutior fiet. d.
Auris quæ audit increpationes vitæ in medio ſapientum
commorabitur. Qui abiicit diſciplinam deſpicit animam
ſuam, qui autẽ acquieſcit increpationibus poſſeſſor eſt cor-
dis.27.a. Melior eſt manifeſta correptio, quam amor abſ-
conditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudu-
lenta oſcula odientis. 29.c. Virga atque correctio tribuit
ſapientiam. Ecclés.7.a. Melius eſt à ſapiente corripi, quã
ſtultorum adulatione decipi. Quia ſicut ſonitus ſpinarum
ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Matthæi.18.b. Si te au
dierit lucratus eris fratrem tuum. Iaco.5.d. Fratres mei ſi
quis errauerit ex vobis à veritate, & conuerterit, quis eum
ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab

errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.

¶ *Correctio mala ex parte corripientis*. Iob.6.d. Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum. Prouer.14.a. In ore ſtulti virga ſuperbiæ. Ecclēs.19. d. Eſt correptio mendax in ira contumelioſi Matth.7.a. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo, frater ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabes eſt in oculo tuo. Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo: & perſpicies feſtucam eiicere de oculo fratris tui. Iohan. 8. a. Qui ſine peccatò eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat. VI

¶ *Ex parte contemnentis*. Prou.9.b. Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit, & qui arguit impium ſibi maculam generat. Noli arguere deriſorem ne oderit te.10. c. Via vitæ cuſtodienti diſciplinam, qui autem increpationes relinquit errat.12. a. Qui diligit diſciplinam diligit ſcientiam, qui autem odit increpationes inſipiens eſt.13. a. Filius ſapiens doctrina patris, qui autem illuſor eſt non audit cum arguitur.15.b. Qui increpationes odit morietur. Non amat peſtilens eum qui ſe corripit. 27. d. Si confuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas, feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.29. a. Viro qui corripientem dura ceruice contemnit repentinus ei ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur. Eccleſiaſtes.1.d. Peruerſi difficile corriguntur.7.b. Conſidera opera dei quòd nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit. Ecclēs.19.b. Qui odit correptionem minuetur vita.21.b. Qui odit correptionem veſtigium eſt peccatoris. 21.d. Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inueniet comparationem. Amos.5.c. Odio habuerunt corripientem in porta. Lucæ.3.d. Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſuper omnia & incluſit Iohannem in carcerem. Iohannis. 7.a. Non poteſt mundus odiſſe vos. Me autem VII

odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala ſunt. Gala. 4. d. Ergo inimicus, vobis factus ſum verum dicens vobis.

I *Corpus myſticum quomodo ordinatur ad Chriſtum.* Roma. 12. b. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto ſinguli autem alter alterius membra. 14. b. Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur: Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. 1. Corinthiorum 12. b. Sicut enim corpus vnum eſt & membra multa habet, omnia autem corporis cum ſint multa vnum tamen corpus ſunt, ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus. Epheſ. 1. d. Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius.

II ¶ *Ad ſeipſum.* Corinth. 12. c. Nam & corpus non eſt vnum membrum, ſed multa. Si dixerit pes quoniam non ſum manus, non ſum de corpore, num ideo non eſt de corpore? Non poteſt autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. d. Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem honorem tribuendo, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſollicita ſint membra. Et ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia: primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Epheſiorum. 4. a. Vnum corpus, & vnus ſpiritus. c. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti.

CReaturæ à deo potenter creantur. Gene.1.a. In principio creauit deus cœlum & terram.2.a. Iſtæ ſunt generationes cœli. Pſalmo.32. b. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Quoniam ipſe dixit & facta ſunt. 73.c. Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu feciſti omnes terminos terræ.101.d. Initio tu domine terram fundaſti.103.c. Quàm magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti. Heb.1.a. Per quem fecit & ſecula.11.a. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo dei. I

¶Sapienter gubernantur. Pſalmo.118. Ordinatione tua perſeuerat dies. Sapientiæ.11.d. Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, nec enim odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti. Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatum non eſſet conſeruaretur. Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.12. c. Cum ergo ſis iuſtus iuſtè omnia diſponis.11. Vtiliter ordinantur. Gene. 1.d. Vidíſque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. 8. d. Cunctis diebus terræ ſementis & meſſiis frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent. Eccleſiaſtes.39.c. Opera Domini vniuerſa bona valde. Bona bonis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis bona & mala. d. Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentum: hæc omnia ſanctis in bona, ſic & impiis, & peccatoribus in mala conuertuntur. Omnia opera Domini bona. Non eſt dicere hoc eſt illo nequius. Omnia enim in tempore ſuo comprobabuntur. 1. Timotheum.4.b. Quia omnis creatura Dei bona eſt. II

CRedulitas. Prou.14.b. Innocens credit omni verbo. Eccleſiaſtici. 19.a. Qui credit cito leuis corde eſt. c. Et non omni verbo credas. I

CRucis præfiguratio: In ſerpēte æneo quem Moſes ex præcepto fecit domini ponens in ſublimi. Nume.21. b. Et tædere cœpit populum itineris. Accidia.1. Eſaiæ.11.c. Et leuabit ſignū in nationes, & congregabit profugos Iſrael. Ezec.9.b. Tranſi per mediam ciuitatem in medio Hieru- I

ſalem, & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Iohan.3.b. Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitã æternam.

II ¶ *Gloriatio*. Sapien.14.b. Benedictum eſt enim lignũ per quod fit iuſtitia. 1. Corinth.1.d. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Galatas. 3. d. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Heb.13.b. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes.

III ¶ *Abominatio*. Deut.21.d. Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eodem die ſepelietur, quia maledictus à Deo eſt qui pẽdet in ligno. 1. Corinth.1.c. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, his autem qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt. Philippenſium.3.d. Imitatores mei eſtote fratres & obſeruate eos qui ita ambulant ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem flens dico, inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. Heb.6. a. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei & oſtentui habentes.

IIII ¶ *Crucis baiulatio quo ad neceſſitatem*. Matthæi.10.d. Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me non eſt me dignus. Lucæ.14.f. Et qui non baiulat crucem ſuam & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 1.Cor.6 d. Non eſtis veſtri: empti enim eſtis precio magno, glorificate & portate deum in corpore veſtro. 2.Cor.4.c. Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Gala.5. d. Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.

V ¶ *Qualitatem*. Matthæi.16.d. Si quis vult poſt me venire,

abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere perdet eam. Lucæ. 9. c. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam quotidie & ſequatur me. Roma. 6. a. Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. 12. a. Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Galatas. 2. d. Chriſto confixus ſum cruci, viuo autem iam non ego. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro me.

¶ *Vtilitatem.* Marc. 8. d. Si quis vult me ſequi deneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere perdet eam, qui autem perdiderit animam ſuam propter me, & euangelium, ſaluam faciet eam. Quid enim proderit homini ſi lucretur mundum totum & detrimentum animę ſuæ faciat? Aut quid homo commutationis dabit pro anima ſua? Romanorum. 8. c. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. VI

## Damnum.

DAmnũ proximo nõ inferendũ I
Leuitici. 19. c. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes. Prouerbiorum. 17. d. Non eſt bonum damnum inferre iuſto. 24. d. Ne dicas: Quomodo fecit mihi faciam ei, & reddam vnicuique ſecundum opus ſuum. Eccleſiaſtici. 9. c. Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciens quoniam vſque ad inferos non placebit impius. 1. Corinthiorum. 6. b. Iam quidem omnino delictum eſt in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum dei non poſſidebunt.

¶ *Ne inferatur impediendum.* Exo. 23. a. Si occurreris boui II

inimici tui, aut aſino erranti, reduc eum. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo. Deut. 22. a. Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo, etiam ſi non eſt propinquus frater tuus nec noſti eum, reduces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de aſino & de veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perierit. Si inueneris eam ne negligas quaſi alienam. Si videris aſinum fratris tui, aut bouem cecidiſſe in via non deſpicies, ſed ſubleuatis cum eo.

III ¶ *Illatum reſarciendum*. Exod. 21. d. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam ceciderítque bos aut aſinus in eam, reddet Dominus ciſternæ precium iumentorum, quod autem mortuum eſt ipſius erit. 22. a. Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam, & dimiſerit iumentum ſuum, vt depaſcatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro ſuo vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris reddet damnum qui ignem ſuccenderit. Leuitici. 24. c. Qui percuſſerit animal reddet vicarium, id eſt, animam pro anima. d. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum: ſicut fecit, ſic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente. Numeri. 5. a. Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, & reddent ipſum caput, quintámque partem deſuper ei in quem peccauerunt. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino & erit ſacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt ſit placabilis hoſtia. Deuteronomi. 27. c. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. Prouerbiorum. 17. a. Qui deſpicit pauperem, exprobat factoris eius: & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.

I DEcimatio uirtuoſa quo ad accipientem. Gene. 14. d. Et dedit ei decimas ex omnibus. 28. d. Vouit etiam votum dicens:

dicens: Si fuerit dominus mecum, erit mihi dominus in deum, cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Leuit.27.d. Omnes decimæ terræ ſiue de pomis arborum,ſiue de frugibus domini ſunt,& illi ſanctificantur. Si quis autem voluerit reddere decimas ſuas addet quintam partem earum. Omnium decimatum bouis, & ouis,& capræ quę ſub virga paſtoris tranſeunt quicquid decimum venerit ſanctificabitur domino. Non eligetur nec bonum nec malum:nec altero commutabitur. Nume.18.c. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaaulo fœderis, vt non accedant vltra filij Iſrael ad tabernaculum fœderis,nec committant peccatum mortiferum,foris filiis Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus, & portantibus peccata populi. d. Nihil aliud poſſidebunt decimarum oblatione contenti,quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui.

¶*Quo ad dantem.* Exodi.22.d. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre.Deutero.14.c.Decimam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis qui naſcuntnr in terra.d. Anno tertio ſeparabis aliam decimam.Eccleſiaſtici.35.b. In omni dato fac hylarem vultum tuum, & ne exultatione ſanctifica decimas tuas. Da altiſſimo ſecundum donatum eius,& in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum,quoniam dominus retribuẽs eſt, & ſepties tantum reddet tibi. Malach.3.c.Inferte omnem decimam in horreum meum,& ſit cibus in domo mea,& probate me ſuper hoc dicit dominus. Si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionẽ vſque ad abundantiam. Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro, dicit dominus exercituum. II

¶*Vitioſa.* Matth.23.c.Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethum & cyminum, & reliquiſtis quę grauiora ſunt legis. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Luc.11.f.Sed væ vobis. III

D*eriſor deum offendit.* Iob.12.a. Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego,inuocabit deũ,& exaudiet eum.Prou.3.d. Abominatio domini eſt omnis illuſor. Ipſe deludet illu-

ſores. Sapien.5.a. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos,qui ſe anguſtiauerunt,& qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſpiratæ ſalutis gementes prę anguſtia ſpiritus, dicentes intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinē improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei,& inter ſanctos ſors illorū eſt. Eccleſiaſtici.7.c. Non irrideas hominē in amaritudine animæ, eſt enim qui humiliat, & exaltat circumſpector deus.

II ¶ *Proximum uilipendit, non enim parcit ſimpliciter uiuenti.* Sic Michol ludentem Dauid ante arcam.2.Reg.6.c. Cúmque intraſſet arca domini in ciuitatem Dauid. Iob.12.a. Deridetur iuſti ſimplicitas. Prouerb.14.a. Ambulans recto itinere & timens deum deſpicitur ab eo qui infami graditur via. 25.d. Fons turbatus pede & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio.

III ¶ *Salubriter inſtruenti.* Sic Ezechias miſit curſores ad reuocandum populum ad deum,quos illi irriſerunt. 1.Par.30.b Igitur curſores pergebant velociter. Sic prophetas domini.2.Paralip.36.c. Mittebat autem dominus deus patrum ſuorum ad illos per manum nunciorum ſuorum de nocte conſurgens,& quotidie commonens, eo quod parceret populo ſuo. At illi ſubſannabant nuncios dei,& paruipendebant ſermones eius, illudebántque prophetis,donec aſcenderet furor domini in populum,& eſſet nulla curatio. Prouerb. 9.b. Qui erudit. Correctio.7.

IIII ¶ *Innocenter patienti.* Sic Cham patrem ſuum Noe ebrietate nudatum.Gene. 9.d. Cœpítque Noe vir agricola exercere terrā. Sic Thobiam vxor ſua. Thob.2.c. Nam ſicut Iob inſultabant reges,ita iſti parentes & cognati eius irridebant vitam eius dicentes: Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas faciebas & ſepulturas? d. Ad hæc vxor eius irata reſpondit. Manifeſte vana facta eſt ſpes tua,atque eleemoſynæ tuæ modo apparuerūt. Item Iob.2.c. Dixi autem illi vxor ſua. Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Sic Iudæi

Iudæi Chriſtum.Matthęi.27.d.Prętereuntes autem blaſphemebant eum.

*Malum ſibi accendit.* Vnde Cham à patre fuit maledictus Geneſis.9.d.Euigilans autem Noe ex vino cum didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor ait: Maledictus per Chanaam ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Sic pueri illudentes Heliſæum. 4.Regum.2.d. Aſcendit autem inde Heliſæus in Bethel. Cúmque aſcenderet per viam, pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. Qui cum reſpexiſſet vidit eos, & maledixit eis in nomine domini. Egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Prouerb.19.d. Parata ſunt deriſoribus iudicia.22.b. Eiice deriſorē. Contumelia.1. Eccleſiaſtici.27.d. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. Eſa.33.a. Et qui ſpernis nónne & ipſe ſperneris? Cū fatigatus deſieris contemnere contemneris. V

D*Eſperatio culpam multiplicat.* Gen.4.b. Dixítque Cain ad dominum: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Prouerb.18.a. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. Hierem.2.e. Et dixiſti, deſperaui. Auerſio.1.18.b. Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatē cordis ſui mali faciemus. Epheſ.4.e. Hoc igitur dico. Cæcitas.2. I

*Pœnam aggrauat.* Ezechiel.33.c. Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſrael: Sic locuti eſtis, iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus. Quomodo ergo viuere poterimus. Matthęi.27.a. Et proiectis argenteis in templo receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. II

D*Etractio zelum prætendit*: Sic domina Ioſeph erga maritum. Geneſis.39.c. Cúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis. Sic Maria & Aaron contra Moſen. Nume.12.a. Locutáque eſt Maria & Aaron contra Moſen propter vxorem eius æthiopiſſam, & dixerunt: Num per ſolum Moſen locutus eſt dominus? Nónne & nobis ſimiliter eſt locutus? Sic Chore & cōpliceſ ſui. Nu.16.a. Ecce autē Chore filius Iſaar, & Dathā atque Abiron ſurrexerūt I

contra Moſen, alij quoque filiorũ Iſrael ducenti quinquaginta viri proceres ſynagogæ, & qui tempore concilij per nomina vocabantur. Cúmque ſtetiſſent aduerſum Moſen & Aaron dixerunt. Sufficiat vobis,quia omnis multitudo ſanctorum eſt,& in ipſis eſt dominus.Cur eleuamini ſuper populum domini? Sic ſenes Suſannæ.Danielis.13.d.Cum deambularemus.

II ¶ B*onum peruertit.* Sic exploratores terræ.Num.13.d.Ditraxerúntque terræ quam inſpexerant apud filios Iſrael, dicentes:Terra quã luſtrauimus deuorat habitatores ſuos. Iob.6.d.Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis.Pſal.37.d Qui retribuebant mihi mala pro bonis,detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. 63.a. Quia exacuerunt vt vt gladium linguas ſuas. 108.a. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi.Sic phariſæi factis Chriſti.Matth.11.b. Venit enim Iohannes neque manducans neque bibens, & dicunt dęmonium habet.Venit filius hominis manducans & bibens,& dicunt:ecce homo vorax,& potator vini,publicanorum,& peccatorum amicus.Iohã.9.c.Non eſt hic homo à deo,quoniam ſabbathum non cuſtodit.d.Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.

III ¶ *Iudicium ſubuertit.* Sic Doech mortem ſacerdotum innoxiam induxit. 1.Regum.22.b. Reſpondens autem Doech Idumæus qui aſſiſtebat. Sic Siba per iniuſtam ſententiam Dauid,medietatem bonorum domini ſui obtinuit. 2.Regum.6.a. Cúmque Dauid tranſiſſet paululum montis verticem,apparuit Siba puer Miphiboſeth.Eccleſiaſtes.10.c. Si mordeat ſerpens in ſilentio nihil minus habet qui occultè detrahit.Ezech.22.b. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem.

IIII ¶ *Salubriter uitatur.* Ne dicatur. Sapien.1.c.Cuſtodite ergo vos à murmuratione,quę nihil prodeſt,& à detractione parcite linguæ. Eccle.10.d. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubili tui non maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuã,& qui habent pennas annunciabunt ſententiam.Iacob.4.c.Nolite detrahere alterutrum fratres mei.Qui detrahit fratri,aut qui iudicat fratrem ſuum detrahit legi & iudicat legem.1.Pet.2.a.

Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum,& ſimulationes,& inuidias,& omnes detractiones: ſicut modo geniti infantes,rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite,vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis quoniā dulcis eſt dominus.

¶ *Vt non audiatur.* Pſal.100.a. Detrahentem ſecreto pro- V
ximo ſuo hunc perſequebar. Prouer.4.d. Remoue à te os prauum,& detrahentia labia ſint procul à te.24.Cum detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio eorum. 25.d. Ventus Aquilo diſſipat pluuias,& facies triſtis linguam detrahẽtem. Eccleſiaſtici.28.d.Sepi a[illegible]uas ſpinis,& linguam nequā noli audire. Sic Alexander detractores aduerſus Ionathā audire noluit. 1. Machabeo.10.c. Et conuenerunt aduerſus eum viri peſtilentes ex Iſrael.

¶ *Grauiter caſtigatur.* Maria detrahens Moſi lepram in- VI
currit. Numer.12.c. Iratúſque contra os. Prouer.13.c. Qui detrahit alicui rei ipſe ſe in futurum obligat. 24.a. Abominatio hominum detractor.

D*Eus uerus certitudinaliter.* Exo.3.d. Ego ſum qui ſum. Sic I
dices filiis Iſrael. Qui eſt, qui miſit me ad vos. Ioſue.2.c. Dominus enim deus veſter ipſe eſt deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum. Eſaiæ.41.b. Ego dominus primus & nouiſſimus ego ſum. 44.a. Ego primus,& ego nouiſſimus, & abſque me non eſt deus. 41.a. Ego dominus, & non eſt amplius: Extra me non eſt deus.b. Ego dominus, & non alter formans lucem,& creans tenebras, faciens pacem,& creans malum. 46.c. Recordamini prioris ſeculi, quoniā ego ſum Deus, & non eſt vltra deus: nec eſt ſimilis mei, annuncians ab exordio nouiſſimum,& ab initio quæ necdum facta ſunt. Oſee.13.b. Ego autem dominus deus tuus ex terra Aegypti, & deum abſque me neſcies, & ſaluator non eſt præter me.

¶ *Vnus eſſentialiter.* Deutero.6.a. Audi Iſrael dominus II
deus noſter vnus eſt. Iohan.10.f. Ego & pater vnum ſumus. 14.b. Nō credis, quia ego in patre & pater in me eſt. 15.d. Spiritum veritatis qui à patre procedit. 1. Cor.8.b. Nam & ſi ſunt qui dicantur dij ſiue in cœlo, ſiue in terra,

ſiquidem ſunt dij multi,& domini multi,nobis tamē vnus deus pater ex quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia,& nos per ipſum.Sed non in omnibus eſt ſcientia. Ephe.4.b.Vnus deus.1.Tim.2.b Vnus enim deus.

III ¶ *Trinus perſonaliter*. Pſalmo.66.b. Benedicat nos deus, deus noſter:benedicat nos deus. Eſaiæ.6.b. Et clamabāt alter ad alterum. Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus exercituum. Iohannis.15.d. Nunc autem & viderunt, & oderunt,& me, & patrem meum. Cum autem venerit paracletus,quem ego mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis qui à patre procedit.

I Diligit *deus uniuerſaliter*. Prouerb.16.a. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Sapientię.11.d. Diligis enim omnia.Creatura.2.

II ¶ *Vtiliter auferendo malum*. Eſaiæ.43.a. Ex quo honorabilis factus es in oculus meus,& glorioſus:ego dilexi te.Noli timere,quia ego tecum ſum.63.b. Veruntamen populus meus eſt filij non negantes. Et factus eſt eis ſaluator in omni tribulatione eorum.In dilectione ſua,& indulgentia ſua, ipſe redemit eos & portauit, & eleuauit eos cunctis diebus ſeculi. Iohannis.3.b. Sic enim deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit deus filium ſuū vt iudicet mundum:ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Roma.5.b. Commendat autem charitatem ſuam deus in nobis,quoniā ſi cum adhuc peccatores eſſemus ſecundū tempus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Epheſ.5.a. Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij chariſſimi,& ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.c.Viri diligite vxores veſtras,ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam.1.Iohan.4.In hoc apparuit charitas dei nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit deus in mundum vt viuamus per ipſum. Apoca.1.b.Qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

¶ *Conferendo*

¶*Conferendo bonum.* Eſaiæ.49.d. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuũ, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te. Hie.31.a. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxit te. Oſee.11.b. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. 1.Tim.2.b. Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1.Iohannis.4.d. In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcũ, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. III

¶*Dilectio quomodo amittitur, & conſeruatur.* Prou.8.b. Ego diligentes me diligo. Hiere.2.g. Quid niteris bonã. Confeſſio.3. Oſee.9.d. Propter malitiam adinuentionum eorũ de domo mea eiiciam eos. Non addam vt diligam eos. Iohannis.14.c. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat. 15.b. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. IIII

D*ilectionis dei ſublimitas.* Matthæi.22.d. Hoc eſt maximum & primum mandatum. V

¶*Vtilitas peccata laxat.* Prouer.10.b. Vniuerſa delicta operit charitas. Luc.7.g. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Roma.8.e. Scimus autem, quoniam diligentibus deum omnia cooperãtur in bonum. 1.Pet.4.b. Quia charitas operit multitudinem peccatorum. VI

¶*Vitam præſtat.* Deutero.30.d. Elige ergo vitam vt & tu viuas, & ſemen tuum, & diligas dominum deum tuum atque obedias voci illius, & illi adhæreas. Ipſe enim eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum. Pſalmo.5.c. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. 144.d. Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe. Eccleſiaſtici.2.d. Qui diligunt eum replebũtur lege ipſius. Iohannis.14.c. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. 16.f. Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis. VII

¶*Modalitas ut diligatur integraliter corde.* Deuterono.6.b. Diliges dominum deum ex toto corde tuo, & ex tota ani- VIII

ma tua,& ex tota fortitudine tua. Pſalmo. 77.d. Et dilexerunt eum in ore ſuo. Cor autem eorum non erat rectum cũ eo. Matth. 22.d. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mente tua. Mar. 12.c. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Lucæ. 10.e. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis,& ex tota mente tua. Cantico. 8.b. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.

IX ¶*Opere*. Deuterono. 10.c. Et nunc Iſrael quid dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas dominum deum tuum, & ambules in viis eius & diligas eum, ac ſeruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiasque mandata domini. Eccleſiaſtici. 2.d. Qui diligunt illum conſeruabunt verbũ illius. 3.a. Qui diligit deum exorabit pro peccatis, & cõtinebit ſe ab illis. Iohannis. 14. b. Si diligitis me mandata mea ſeruate. c. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, is eſt qui diligit me. 1. Iohannis. 2. a. Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas dei perfecta eſt.

X ¶*Perſeueranter*. Eccleſiaſtici. 13.c. Omni vita tua dilige deum. Roman. 7.g. Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti. Tribulatio an anguſtia, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius? Sicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. 1. Iohãnis. 4.d. Nos ergo diligamus deum, quoniam deus prior dilexit nos.

I D*ilectio proximi eſt neceſſaria*. Eccleſiaſtici. 13.c. Omne animal diligit ſibi ſimile: ſic & omnis homo proximum ſibi. 17.b. Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo. 1. Theſſalo. 4.c. De charitate fraternitatis non neceſſe habemus

bemus vobis ſcribere,ipſi enim vos à deo didiciſtis vt di-
ligatis inuicem.1.Iohã.3.c.Nos ſcimus quoniam tranſlati
ſumus de morte ad vitam,quoniam diligimus fratres.Qui
nõ diligit manet in morte.4.b. Chariſſimi diligamus nos
inuicem. Qui non diligit, non nouit deum.c. Chariſſimi
ſi ſic deus dilexit nos,& nos debemus alterutrum dilige-
re.d. Si quis dixerit quoniam diligo deum,& fratrem ſuũ
odit mendax eſt. Qui non diligit fratrem ſuum, quem vi-
det:deum,quem non videt,quomodo poteſt diligere? Et
hoc mandatum habemus à deo, vt qui diligit deum, dili-
gat & fratrem ſuum.

¶ *Fructifera.* Eccleſiaſtici.25.a. In tribus placitum eſt ſpi- II
ritui meo,quæ ſunt probata coram deo & hominibus.Cõ-
cordia fratrum,& amor proximorum:& vir & mulier ſibi
bene conſentientes. Matt.18.c. Iterum dico vobis,quia ſi
duo ex vobis conſenſerint ſuper terram,de omni re quam-
cũque petierint,fiet illis à patre meo.22.d. In duobus his
mãdatis vniuerſa lex pendet,& prophetę.Rom.13.c.Ne-
mini quicquam debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis.Qui enim
diligit proximum, legem impleuit. Plenitudo ergo legis
eſt dilectio.Galatas.5.c.Omnis enim lex in vno ſermone
impletur.Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

¶ *Ordinata ut diligatur uirtuoſe.* Eccleſiaſtici.27.c. Dilige III
proximum,& coniungere fide cum illo.Matth.10.d.Qui
amat patrem aut matrem pluſquam me, nõ eſt me dignus.
Et qui amat filium aut filiam ſuper me, nõ eſt me dignus.
Iohannis.13.d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis
inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In
hoc cognoſcent omnes,quia diſcipuli mei eſtis ſi dilectio-
nem habueritis ad inuicẽ.15.b. Hoc eſt præceptum meũ,
vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Roman.15.a. Vnuſ-
quiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum.Hebræo.
10.c.Et cõſideremus inuicem in prouocationem charita-
tis,& bonorum operum.

¶ *Fructuoſe.* Leuitic.19.d.Diliges amicum tuum ſicut te- IIII
ipſum.Matthæi.22.Diliges proximũ tuum ſicut teipſum.
Roma.12.c.Dilectio ſine ſimulatione. Gaudete cum gau
dentibus.1.Corint.10.f.Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed

quod alterius.16.c. Omnia enim veſtra in charitate fiant. 1.Theſſa.5.d. Semper quod bonum eſt ſectamini in inuicem,& in omnes.1.Petri.d. Animas veſtras caſtificātes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde diligite attentius.

V ¶*Affectuoſe.* Dulciter ſupportando. Thob.4.c. Quod ab alio odieris fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Malach.2.c. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos. Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuum? Roma.13.c. Dilectio proximi malum non operatur. 15.a. Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere. Gala.6.a. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legē Chriſti. Epheſ.4.a. Obſecro itaque vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis: cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate. Philip.2.a. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes: non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum.

VI ¶*Vtiliter ſubueniendo.* Eccli.7.d. Non te pigeat viſitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis.29.c. Vir bonus fidem facit proximo ſuo. Eſa.28.c. Hæc eſt requies mea reficite laſſum. Matth.7.b. Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines: ita & vos facite illis. Hęc eſt enim lex. Lucæ 10.c. Et quis eſt meus proximus. f. Quis trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus: Vade & tu fac ſimiliter. Gal.5.c. Per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. Ephe.5.a. Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſsimi,& ambulate in dilectione.1.Pet. 4.c. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei.1. Iohan. 3.c. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi,& viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo, charitas dei

manet

manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo neque lingua,ſed opere & veritate.

D*ilectio inimicorum exigitur ad peccatorum remiſſionem.* Prouer.16.a. Cum placuerint domino viæ hominis inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Eccleſiaſtici.28. a. Qui vindicari vult à domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat iram, & à domino quærit medelam. In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur. Ipſe dum caro ſit reſeruat iram, & propitiationem petit à deo. Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum & deſine inimicari. Matthæi.6.b. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.18.d. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.1.Iohan.3.c. Qui non diligit manet in morte. I

¶*Regni cœlorum adeptionem.* Matth.5.g. Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nónne & publicani hoc faciunt. Lucæ.6.c. Et ſi diligitis eos qui vos diligunt,quæ vobis eſt gratia? Nam & peccatores diligentes ſe diligunt. Veruntamen diligite inimicos veſtros. Et eritis filij altiſſimi. II

¶*Perficitur corde.* Iob.31.c. Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quod inueniſſet eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animã eius. Prou.17.a. Qui in ruina lætatur alterius non erit impunitus.24.c. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne lætetur cor tuũ,ne forte videat dominus& diſpliceat ei,& auferat ab eo iram ſuã. Eccleſiaſtici.8.b. Noli de mortuo inimico tuo gaudere,ſciens quoniam omnes morimur & in gaudiũ nolumus III

venire.10.a. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ.

IIII ¶Ore. Eſaiæ.33.d. Et pro tranſgreſſoribus rogauit. Matt. 5.g. Orate pro perſequẽtibus, & calumniantibus vos. Luc. 23.e. Ieſus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Roma.12.c. Benedicite perſequentibus vos. Act. 7.g. Poſitis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.

V ¶Opere. Prouer. 25.c. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit da illi aquam bibere. Prunas enim congregabis ſuper caput eius, & Dominus reddet tibi. Matth.5.g. Benefacite his qui oderunt vos. Lucæ.6.c. Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? Nam & peccatores hoc faciunt. Roma.12.d. Sed ſi eſurierit inimicus tuus.

I DIſciplina ferenda humiliter. Iudith.8.c. Illi autem qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt. Iob.1.d. Tunc ſurrexit Iob & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit, & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ſic factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.2.c. Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? 6.b. Et hæc mihi ſit conſolatio vt affligens me dolore non parcat. Prou.11.d. Si iuſtus in terra recipit, quãto magis impius & peccator? Sapien.11.b. Cum enim tentati ſunt, & quidem cum miſericordia diſciplinam accipientes: ſcierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probaſti, illos autem tanquam durus rex interrogãs condemnaſti. Eccleſiaſtici.2.a. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Hiere.2.f. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.5.a. Percuſſiſti eos & non doluerunt, attriuiſti

atriuiſti eos,& rennuerunt accipere diſciplinam.6.g. Defecit ſufflatorium in igne, conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflauit conflator. Malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Argentum reprobum vocate eos. Ezech.24.c. Multo labore ſudatum eſt,& non exiuit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Sophon.3.a. Væ prouocatrix, & redempta ciuitas columba. Non audiuit vocem,& non ſuſcepit diſciplinam. Agg.2.c. Percuſſi vos vento vrente, & aurugine,& grandine, omnia opera manuum veſtrarũ,& non fuit in vobis qui reuerteretur ad me dicit Dominus.

¶*Perſeueranter.* Prou.1.b. Diſciplinam Domini fili mi, ne II
abiicias. Nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus corripit, & quaſi in filio complacet ſibi. Sapien.3.c. Sapientiam enim & diſciplinam qui abiicit infœlix eſt, & vacua ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum. Roma. 5. a. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem: probatio vero ſpem, ſpes autem non cõfundit. Heb.12.b. Fili mi noli negligere diſciplinam domini. In diſciplina perſeuerate. Tanquam filiis vobis offert ſe Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinã eſtis, cuius participes facti ſunt omnes ergo adulteri, non filij eſtis.

¶*Diſciplina patientiam probat.* Thobiæ. 2.c. Hanc autem III
tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Iudith.8.c. Memores eſſe debent quomodo pater noſter Abraham tentatus eſt. Et per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus eſt. Sapientiæ.3.b. In paucis vexati in multis bene diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe. Tanquam aurum in fornace probauit illos,& quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos,& in tempore erit reſpectus illorum. Eccleſiaſtes.27.a. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. Zacha.13.d. Et vram eos ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum. Malach. 3. a. Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans & emundans argentum.

IIII ¶ *Malitiam refrenat.* Pſal.17. e. Et diſciplina tua correxit me in finem. 118 .i. Bonum mihi quia humiliaſti me. Eccleſiaſtes.10.a.Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te:locum tuum ne dimiſeris, quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. Eſaiæ.26.b. Cum feceris iudica tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis. Miſereamur impio & non diſcet iuſtitiam. c. Domine in anguſtia requiſierunt te. 28. c. Et tantummodo vexatio intellectum dabit auditui. Hiere.31. d. Caſtigaſti me Domine & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus. Ezech.6.b. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus, cum diſperſero vos in terris & recordabuntur mei liberati veſtri in gentibus, quia contriui cor eorum. Baruch.3.a. Et nunc Domine omnipotens Deus Iſrael anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te.2.Machabæo.6.c. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere: magni beneficij indicium eſt. Antiochus ad ſui recognitionem plaga deductus fuit diuina.2.Machab.9. b. Super hoc autem ſuperbia repletus. 1. Corinth.12.b. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ: qui me colaphizet.

V ¶ *Culpam purgat.* Iudicum.6.c. Dixítque ei Gedeon. Obſecro mi Domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Thob.3.c. Benedictum eſt nomen tuum Deus patrum noſtrorum qui cum iratus fueris miſericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. 13.a. Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam. Iudith. 7.d. Tu quia pius es miſerere noſtri, & in tuo flagello vindica iniquitates noſtras. 8. d. Et nos ergo non vlciſcamur nos pro his quæ patimur, ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella Domini, quaſi ſerui qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem noſtram. Eccleſia.2.c. Quoniam pius & miſericors eſt Deus, & remittit in die tribulationis peccata. Eſa.1.f. Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et conuertam

manum meam ad te,& excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum. 4 8 .b. Ecce excoxi te,ſed non quaſi argentum elegi te in camino paupertatis. Hieremiæ. 4 6 .g. Et tu noli timere ſerue meus Iacob, ait dominus : quia ego tecum ſum, quia ego conſumam omnes gentes ad quas eieci te. Te vero non conſumam,ſed caſtigabo te in iudicio,nec quaſi innocenti parcam tibi. Tren. 3.d. Quia ſi abiecit miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum. Non enim humiliauit ex corde ſuo. Naum.1.c. Non conſurget duplex tribulatio.d. Afflixi te, & nō affligam te vltra. Mich.7.b. Iram domini portabo quoniam peccaui ei.1.Corinthio.11.g. Dum iudicamur autem à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnetur.

¶ *Gratiam conſeruat.* Eccle.11.d. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. 2.Cor.12.c. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis,vt inhabitet in me virtus Chriſti. Apoc.3.d. Ego quos amo arguo & caſtigo. VI

¶ *Gloriam præparat.* Thobiæ.3. d. Hoc autem pro certo. VII Conſolatio.2. Iob.5.c. Beatus homo qui corripitur à domino, increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat & medetur:percutit & manus eius ſanabunt. 1. Machabęo.2.f. Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuę cuſtodiuit mandatum, & factus eſt dominus AEgypti. Lucæ.24. d. Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. Heb.12.c. Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij ſed mœroris, poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Act.14. d. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Iaco.1.a. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in varias tentationis incideritis,ſcientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet.b. Beatus vir qui ſuffert tentationem:quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ,quam repromiſit deus diligentibus ſe.1.Petri.1.b. In quo exultabitis modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus, vt probatio fidei veſtræ multo pretioſior ſit auro quod per ignem probatur,

inueniatur in laudem & gloriam & honorem, in reuelationem Ieſu Chriſti.

I Diſcipulus Chriſti bene ordinatur in agendis. Iohan. 8. d. Si vos manſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis,& cognoſcetis veritatem,& veritas liberabit vos.13.b. Amen amen dico vobis non eſt ſeruus maior domino ſuo, neque apoſtolus maior eo qui miſit illũ. Si hæc ſcitis beati eritis ſi feceritis ea,neque ſeruus ſuper Dominum. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut Dominus eius. Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt quanto magis domeſticos eius? d. In hoc cognoſcẽt omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Act. 11. d. Ita vt cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani.

II ¶ In malis tollerandis. Matthæi. 10. c. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Lucæ. 6. f. Perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. 14. f. Si quis venit ad me & non odit patrem ſuum,& matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. g. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Iohan. 15. Mementote ſermonis mei quem ego dixi vobis: non eſt ſeruus maior Domino ſuo. Si me perſecuti ſunt & vos perſequentur, ſi ſermonem meum ſeruauerunt & veſtrum ſeruabunt. 17. c. Mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo, vt ſint vnum ſicut & nos.

III ¶ Plene remuneratur. Iohannis. 17. b. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi. Pater ſanctæ ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi. Quos dediſti mihi ego cuſtodiui,& nemo ex eis periit niſi filius perditionis. Sicut tu me miſiſti in mundum, ita ego eos miſi in mundum. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me. d. Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecũ, vt videant claritatem meam quam dediſti mihi.

D*iuitiarum ſpiritualium.* Qualitas. Eſaiæ.33.a.Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia timor domini ipſe eſt theſaurus eius.Matth.16.c.Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo. 1.Timoth.6.d. Diuitibus huius ſeculi, præcipe diuites fieri in bonis operibus. I

¶*Vtilitas.* Lucæ.12. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, vbi nec erugo,nec tinea demolitur,& vbi fures non effodiunt nec furãtur.Vbi enim theſaurus tuus eſt,ibi & cor tuũ erit. 2.Corinthiorum.8.b. Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues,vt illius inopia vos diuites eſſetis.1.Corin.1.a.In omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo, & in omni ſcientia. II

¶*Diuitiarum corporalium uſus bonus in congregando.* Prouer.10.d. Benedictio domini diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio. 13.b. Subſtantia feſtinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu multiplicabitur. 16.d. Melius eſt parum cum iuſtitia,quàm multi fructus cum iniquitate. 23.a.Noli laborare vt diteris,ſed prudentiæ tuæ pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere. 28.d. Qui autem feſtinat ditari non erit innocens. Vir qui feſtinat ditari & aliis inuidet, ignorat quod egeſtas ſuperueniet ei.Eccle.13.d.Bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſcientia. Matth.6.c.Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. III

¶*In conſeruando.* Pſal.61.c. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.Prouerb.13.d.Iuſtus comedit & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſatiabilis. 14.c. Corona ſapientum diuitiæ eorum.Ecclés.5.Hoc itaque viſum eſt, mihi bonum vt comedat quis & bibat,& fruatur lætitia ex labore ſuo:quo laborauit ſub ſole.Et omni homini cui dedit deus diuitias atque ſubſtantiam, poteſtatémque ei tribuit vt comedat ex eis, vt fruatur parte ſua & lætetur de labore ſuo,hoc eſt donum dei. Eccle.18.d.Memento paupertatis in tempore abundantiæ:& neceſſitatem paupertatis in die diuitiarum. A mane in veſperam immutabitur tempus,& hæc omnia citata in oculis dei. 31.b. Beatus di- IIII

ues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Iacob.1.b. Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua. Diues autem in humilitate ſua.

V ¶*In exponendo*. Thob.2.a. Poſt hæc. Cibus.7. Prou.3.b. Honora dominũ de tua ſubſtãtia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua, vino torcularia tua redundabunt. 13.d. Cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris. 30.b. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus furer & periurem nomen dei mei. Ecclés.2.d. Nónne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis. Et hoc de manu dei eſt.3. Omnis enim homo qui comedit & bibit & videt bonum de labore ſuo hoc donum dei eſt. Eccl.14.b. Fili ſi habes benefac tecũ, & deo dignas oblationes offer. 29.b. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abſcondas illam ſub lapide in perditionẽ. Luc.14.c. Cum facis prandium. Cibus.7.16.c. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod verum eſt quis credet vobis?

I A*Buſus in congregando per fraudem eius conditio*. Leuitici, 19.g. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera iuſta & æqua ſint pondera. Deut.19.d. Non aſſumes & transferes terminos proximi tui. 25.d. Non habebis in ſacculo diuerſa põdera maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum, & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore ſuper terram quam dominus dabit tibi. Abominatur enim dominus eum qui facit hæc, & abominatur omnem iniuſtitiam. Prouer.24.a Ne æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Sapien.14.c. Sed æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere. Oſee, 12.b. Chanaan in manu eius ſtatera doloſa. Amos.8.b. Audite hoc qui cõteritis pauperem, & deficere facitis egenos

terræ

terræ dicentes: Quando tranſibit menſis & venundabimus merces, & ſabbathum, & aperiemus frumentum, vt minuamus menſuram & augeamus ſiclum: & ſupponamus ſtateras doloſas, vt poſſideamus in argento egenos: & pauperes pro calceamẽtis, & quiſquilias frumenti vendamus. Iurauit dominus in ſuperbiam Iacob, ſi oblitus fuero vſque in finem opera eorum. c. Nunquid ſuper iſto nõ commouebitur terra?

¶*Punitio in anima.* Deut. 27. Maledictus qui tranſfert terminos proximi ſui. Prouerb. 10. a. Nihil proderunt theſauri impietatis. 11. a. Statera doloſa abominatio eſt apud deum, & pondus æquum voluntas eius. 20. b. Pondus & pondus, mẽſura & menſura vtrũque abominabile eſt apud dominum. d. Abominatio eſt apud deum pondus, & pondus: ſtatera doloſa non eſt bona. 21. a. Qui congregat theſauros lingua mẽdacij vanus & excors eſt, & impinguetur in laqueos mortis. Eccleſiaſtici. 5. a. Noli attẽdere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris eſt mihi ſufficiens tempus. Nihil enim proderit in tempore vindictę & obductionis. c. Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis. VII

¶*In ſubſtantia.* Prouerb. 12. d. Non inueniet fraudulentus lucrum. 20. c. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. 28. b. Qui coaceruat diuitias vſuris, & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Qui decipit iuſtos in via mala in interitu ſuo corruet, & ſimplices poſſidebunt bona eius. Eccli. 14. a. Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè alij congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Hiere. 5. f. Iniquitates noſtræ declinauerunt hæc, & peccata noſtra prohibuerũt bonum à nobis, quia inuẽti ſunt in populo impij, inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. g. Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo. Ideo magnificati ſunt & ditati, incraſſati, impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſime. Mich. 6. c. Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis, & menſura minor. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacelli pondera doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, VIII

& lingua eorum frudulenta in ore eorum. d. Et ego ergo cœpi percutere te. Tu comedes & non ſaturaberis. Tu ſeminabis & non metes. Abacuc.2.b. Væ ei qui multiplicat non ſua. Vſquequo aggrauat cōtra ſe denſum lutum? Nunquid non repente conſurgent qui mordeant te?

IX ¶*Per rapinam*. Eius conditio. Iob.12.a. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum cum ipſe dederit omnia in manus eorum. Eccle.13.c. Venatio leonis onager in eremo, & paſcua diuitū ſunt pauperes. 34.d. Panis egentium vita pauperis eſt, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem quaſi qui occidit proximum ſuum.

X ¶*Punitio in anima*. Prouer.21.b. Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Eſaię.9.a. Quia omnis violenta prædatio cum tumultus, & veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem, & cibus ignis. Hieremiæ.12.c. Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio. Amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem non reddet ei. 1.Corin.6.b. Neque rapaces regnum dei poſſidebunt.

XI ¶*In prole*. Iob.27.c. Hæc eſt pars hominis impij apud deum, & hæreditas violentorum quam ab omnipotente ſuſcipient. Si multiplicati fuerint filij eius in gladio erūt, & nepotes eius nō ſaturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo ſepelientur in interitu, & viduæ illius nō plorabunt.

XII ¶*In ſubſtantia*. Iob.27.c. Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta: Præpabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis argentum innocens diuidet. Pſal.61.c. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere. Prouerb.11.d. Alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. 22.c. Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias ſuas dabit ipſe ditiori & egebit. 23.b. Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt, & iudicabit contra te cauſam illorum. Eccleſiaſtici.40.b. Subſtantiæ iniuſtorum quaſi fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt. Eſaiæ.5.c. Væ qui coniungitis domum ad domū, & agrum agro copulatis vſque ad ter-

ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in terra? In auribus meis ſunt hæc. Niſi domus multę deſertæ fuerint, grandes & pulchræ & abſque habitatore. 33.a. Vę qui prædaris. Nónne & ipſe prædaberis? Amos.5.c. Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem & prædam electã tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis & non habitabitis in eis, vineas plantabitis amantiſſimas, & non bibetis vinum earum. Mich.2.a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris. In luce matutina faciunt illud, quia contra dominum eſt manus eorum. Et concupierunt agros & violenter tulerunt, & rapuerunt domos, & calumniabantur virum & domum eius: & hæreditatem eius. Idcirco hæc dicit dominus. Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malum, vnde non auferetis colla veſtra, & nõ ambulabitis ſuperbi: quoniam tempus peſſimum eſt. c. Deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis, & eos qui tranſibant ſimpliciter conuertiſtis in bellum. Mulieres populi mei eieciſtis de domo delitiarum ſuarum: & à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. 3.a. Et dixi: Audite principes Iacob qui odio habetis bonum & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum. Nunquid non veſtrum eſt ſcire iudiciũ. b. Tunc clamabunt ad dominũ & non exaudiet eos, & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo: ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis. Abácuc.2.b. Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis.

¶*In conſeruando.* Iob.27.d. Diues cũ dormierit nihil ſecum auferet, aperiret oculos ſuos & nihil inueniet. Apprehendet eum quaſi aqua inopia. Pſal.48.d. Ne timueris cum diues factus fuerit homo. Quoniam cum interierit non ſumet omnia. 51.a. Ecce homo qui non poſuit deũ adiutorium ſuum. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum. Prou.11.d. Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium. Qui cõfidit in diuitiis ſuis corruet. Eccleſiaſtes.5.c. Eſt & alia infirmitas peſſima quam vidi ſub ſole, diuitiæ conſer- XIII

natæ in malum domini, pereunt enim in affli&ione peſſima. Generauit filiū qui in ſumma egeſtate erit. Miſerabilis prorſus infirmitas quomodo venit ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei quod laborauit in ventum. d. Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris, & in curis multis. 6.a. Eſt & aliud malum quod vidi ſub ſole, & quidem frequēs apud homines. Vir cui dedit deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem: & nihil deeſt animæ ſuę ex omnibus quę deſiderat, nec tribuit ei poteſtatē deus vt comedat ex eo: ſed extraneus vorabit illud. Eccle. 11. c. Eſt qui locupletatur parce agendo, & hæc eſt pars mercedis illius in eo quod dicit. Inueni requiem mihi & nunc manducabo de bonis meis ſolus, & neſcit quod tempus prætereat illum & mors appropinquet, & relinquet omnia aliis. 14. a. Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui ſibi nequam eſt cui alij bonus erit? & nō iucundabitur in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet nihil eſt illo nequius, & hæc redditio eſt malitiæ illius. Aggęi. 1. b. Et qui merces congregauit miſit eas in ſacculum pertuſum. Lucæ. 12. c. Hominis cuiſdam diuitis vberes fructus ager attulit & cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos? Hoc faciam. Deſtruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ. Anima habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te. Quæ autem paraſti cuius erunt? Sic eſt qui ſimile theſaurizat & non eſt in deum diues. Iaco. 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argētum veſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimoniū vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis irā in nouiſſimis diebus.

XIIII ¶*In expendendo*. Prouerb. 23. a. Ne deſideres de cibis eius in quo eſt panis mēdacij. Eccleſiaſtes. 5. b. Vbi multę ſunt opes multi ſunt qui comedunt eas. Lucæ. 6. d. Veruntamen væ vobis diuitibus qui habetis hic cōſolationem veſtram.

ſtram.16.f. Fili recordare, quia recipiſti bona in vita tua.

¶ *Diuitiarum utilitas*. Prouerbiorum.13.b. Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ. 14.c. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit, amici vero diuitum multi. 18.b. Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundans eum. 19.a. Diuitiæ addunt amicos plurimos. Eccleſiaſtes. 7.b. Vtilior eſt ſapientia cũ diuitiis. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. 10.d. Et pecuniæ obediunt omnia. Eccleſiaſtes.13.d. Diues commotus confirmabitur ab amicis ſuis, humilis autem cum ceciderit expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores, loquutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt eum. Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur, loquutus eſt ſenſate, & non datus eſt ei locus. Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius vſque ad nubes perducent. Pauper loquutus eſt, & dicunt. Quis eſt hic? 27.a. Propter inopiam multi deliquerunt, & qui quærit locupletari auertit oculum ſuum. 31.a. Laborauit diues in cogregatione ſubſtantiæ, & in requie ſua replebitur bonis ſuis. 40.d. Aurum & argentum conſtituet pedem. Facultates & virtutes exaltant cor. Vir reſpiciens in menſam alienam non eſt vita eius in cogitatione victus. Alit enim animam ſuam cibis alienis. XV

¶ *Prauitas, quia bona impediunt*. Eccleſiaſtes.4.b. Conſiderans reperi, & aliam vanitatem ſub ſole. Vnus eſt & non habet ſecundum, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiatur oculus eius diuitiis, nec recogitat, dicens: Cui loboro, & fraudo animam meam bonis? 5.c. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat. Saturitas autem diuitis non ſinit eum dormire. Eccleſiaſtes.30.b. Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia. Hierem.22.c. Locutus ſum ad te: In abundantia tua dixiſti non audiam. Matth.6.c. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit & alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ.13.c. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum dei audit, & ſollicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, XVI

& ſine fructu efficitur.19.c. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum.d. Auditis autem his diſcipuli mirãbaturvalde dicẽtes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe. Aſpiciens autem Ieſus dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud deum autem omnia poſſibilia ſunt.

XVII ¶ *Crimina nutriunt.* Gene.13.b. Erat quippe ſubſtantia eorum multa. Vnde & facta eſt rixa inter paſtores Abrahã & Loth. Eccli.8.a. Multos enim perdidit aurum & argẽtum, & vſque ad cor regum extendit & conuertit. 11.b. Si diues fueris non eris immunis à delicto.21.a. Domus quæ nimis locuples eſt annulabitur ſuperbia. 31.a. Qui aurum diligit. Auaricia.5.1. Timoth.6.b. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

I D*iuinationis prohibitio.* Leuit.19.f. Non augurabimini. Nõ declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid ſciſcitemini. Deuterono.18.c. Gentes iſtæ quarum poſſidebitis terram augures & diuinos audiunt, tu autem à domino deo tuo aliter inſtitutus es. Eccleſiaſtes.34.a. Diuinatio erroris & auguria mendacia & ſomnia malefacientium vanitas eſt. Eſaiæ.8.d. Et dixerint ad vos quærite à pythonibus & à diuinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis: nunquid non populus à deo requiret viſionem? Ad legem magis & ad teſtimonium.

II ¶ *Punitio.* Leui.20.a. Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciẽ meam contra eam, & interficiã eam de medio populi mei.d. Vir ſiue mulier in quibus pythonicus fuerit ſpiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, ſanguis eorum ſuper illos. Deutero.18.b. Quando ingreſſus fueris terram quam dominus deus tuus daturus eſt tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem, aut qui hariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia atque auguria: nec ſit maleficus, nec incãtator, neque pythones conſulat nec

diuinos. c. Omnia enim hæc abominatur dominus deus tuus, & propter huiuſmodi ſcelera delebit eos dominus deus tuus in introitu tuo. Ochozias diuinos cõſulens per prophetam reprehenſus fuit. 4. Regum. 1. d. Locutus eſt autem angelus domini ad Heliam, dicens: Deſcende cum eo. Hæc dicit dominus. Quia miſiſti nuncios ad conſulendum deum Accaron, quaſi non eſſet deus in Iſrael à quo poſſes interrogare ſermonem: ideo de lectulo ſuper quem aſcendiſti nõ deſcendes, ſed morte morieris. Eſaię. 47. d. Stent &. Aſtrologia. 2.

I Doctrinæ bonæ modus quo ad docentem. Prouer. 18. a. Aqua profunda verba ex ore viri. 19. b. Doctrina viri per patientiã noſcitur, & gloria eius eſt iniqua prætergredi. 23. b In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquij tui. Eccleſiaſtes. 9. d. Verba ſapientiũ audiuntur in ſilentio plus quàm clamor principis inter ſtultos. 12. d. Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno. Eccleſ. 25. b. Beatus qui enarrat iuſtitiam auri audienti. 37. c. Anima viri ſancti enunciat aliquãdo vera, quàm ſeptẽm circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum.

II ¶ Audientium. Iob. 6. d. Docete me & ego tacebo, & ſi quid fortè ignoraui inſtruite me. Prou. 9. c. Doce iuſtum & feſtinabit accipere. 15. b. Cor ſapientis quæret doctrinam & os ſtultorum paſcitur imperitia. 19. d. Non ceſſes audire fili doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ. 22. c. Fili mi. Inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium. Appone autem cor ad doctrinam meam quæ pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam in ventre tuo. Et redundabit in labiis tuis, vt ſit in domino fiducia tua. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, vt oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, reſpondere ex eis qui miſerunt te. 23. b. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum. Eccleſ. 3. d. Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam. 5. c. Eſto manſuetus ad audiendum verbũ dei vt intelligas, & cum ſapientia proferes reſponſum. 6. d. Si inclinaueris aurem tuam excipies doctrinam, & ſi dilexeris

audire ſapiens eris. In multitudiue presbyterorum prudẽtium ſta & ſapientię illorũ ex corde coniungere, vt omnẽ narrationem dei poſſis audire, & prouerbia laudis nõ effugiant à te. Etſi videris ſenſatum euigila ad eum, & gradus oſtiorũ illius exterat pes tuus. Cogitatũ tuum habe in pręceptis dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto : & ipſe dabit tibi cor, & cõcupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. 8.c. Non te prętereat narratio ſeniorum, ipſi didicerunt à patribus ſuis. Quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dabis reſponſum. Lucæ.2.f. Et factũ eſt poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum, audientem illos.

III ¶ *Fructus docentis.* Prouer.10.c. Labia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indocti ſunt in cordis egeſtate erunt.12.b. Doctrina ſua noſcitur vir, qui autem vanus & excors eſt patebit contemptui. Ecclẽs.4 d. In lingua enim ſapientia dignoſcitur, & ſenſus & ſcientia & doctrina in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus iuſtitiæ. 37.d. Vir peritus multos docebit, & animæ ſuæ ſuauis eſt.

IIII ¶ *Audientis.* Prouerb.1.a. Audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit.14.d. In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoque erudiet.16.c. Fons vitæ eruditio poſſidentis. Cor ſapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam. Fauus mellis compoſita verba. 18.c. Cor prudentis põſſidebit ſcientiam, & auris ſapientium quærit doctrinam.24.b. Comede fili mei mel quia bonum eſt & fauum dulciſſimum gutturi tuo. Sic & doctrina ſapientiæ tuæ: quam quum inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit.27.b. Stude ſapiẽtiæ fili mi & lætifica cor meũ, vt poſſis exprobranti reſpõdere ſermonem. Eccleſiaſtes.6.b. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is qui arat & qui ſeminat accede ad eam.

V ¶ *Contemptus.* Prouerb.1.a. Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt. 9.b. Qui erudit deriſorem ipſe iniuriam ſibi facit.14.a. Quærit deriſor ſapientiã & non inueniet: doctrina prudẽtiũ facilis. 17.c. Qui euitat diſcere incidet in mala.18.a. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea

dixeris

dixeris quæ verſantur in corde ſuo.25.c. Acetum in nitro qui cantat carmina cordi peſſimo. Eccleſia.6.c. Quam aſpera eſt nimium ſapiẽtia indoctis hominibus,& non permanebit in illa excors. Sapientia enim doctrinæ ſecundum nomen eſt eius, & non eſt multis manifeſta. Quibus autem cognita eſt,permanet vſque ad conſpectum dei. 21. b. Non erudietur qui non eſt ſapiens in bono. Eſt autem inſipientia quæ abundat in malo, & non eſt ſenſus vbi eſt amaritudo. c. Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit. Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius laudabit, & ad ſe adiiciet. Audiuit luxurioſus & diſplicebit illi,& proiiciet illud poſt dorſum ſuum. 22. a. Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam. Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno. Cum dormiente loquitur qui enarrat ſtulto ſapientiam. 23. c. Homo aſſuetus in verbis improperij, in omnibus diebus ſuis non erudietur. Matth. 7. a. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos.

¶ *Doctrinæ prauæ effectus quo ad docentem.* Iob.13.a. Prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Prouerbiorũ.15.a. Os fatuorum ebullit ſtultitiam: Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorum diſſimile erit. b. Doctrina mala deſerentium viam vitæ.16.c. Doctrina ſtultorum fatuitas.21.d. Superbus & arrogans vocatur indoctus. Eccleſiaſtici.21.c. Narratio fatui quaſi ſarcina in via. VI

¶ *Quo ad audientem.* Prou.21.c. Vir qui errauerit à via doctrinæ,in cœtu gigantium commorabitur. Lucæ.6. Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nónne ambo in foueam cadunt? VII

¶ *Doctrinæ curioſæ defectus.* Prouer.25.d. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Ecclés.1.d. Et agnoui quod in his quoque eſſet labor & afflictio ſpiritus,& quod in multa ſapiẽtia multa ſit indignatio,& qui addit ſcientiã, addit & laborem. Eccli.3.c. Altiora te ne quęſieris & fortiora te ne ſcrutatus fueris,ſed quæ pręcepit tibi deus cogita ſemper,& in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. VIII

I ¶*Doloſus deum offendit.* Iob.36.b. Simulatores & callidi prouocãt iram dei. Morietur in tempeſtate anima eorum. Pſalmo.5.b. Virum ſanguinum & doloſum abominabatur dominus. 11.a. Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa. Prou.3.d. Abominatio domini eſt omnis illuſor.

II ¶*Proximum fallit.* Pſal.13.b. Sepulchrum patens eſt guttur eorum linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. 54. d. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. 139.a. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. Eccleſiaſtici. 11. d. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix ducitur in caueam, & caprea in laqueum, ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui. Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. A ſcintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis, homo vero peccator ſanguini inſidiatur. Attende tibi à peſtifero, fabricat enim mala, ne forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis. Eſaiæ.32.b. Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuat faciam animam eſurientis, & potum ſitienti auferat. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt. Ipſe enim cogitationes cõcinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacij cum loqueretur pauper iudicium. Hiere.6.c. A propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum.

III ¶*Seipſum perdit*. Doloſe Abſalon contra patrem machinando finaliter interiit. 2. Regum.15.a. Igitur poſt hæc. Sic Aman malitioſe in mortem Iudæorum agens ſuſpenſus fuit in patibulo, Heſter.3.a. Poſt hæc rex Aſſuerus exaltauit Aman. Pſalmo. 7.d. Ecce, parturit iniuſtitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput ipſius. 9. c. Infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo iſto quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum. 54. d. Viri ſanguinum & do-

loſi non dimidiabunt dies ſuos. Prouer.3. d. Ipſe deludet illuſores. 12.d. Non inueniet fraudulentus lucrum. 14.b. Vir verſutus odioſus erit.18. b. Qui decipit iuſtos in via mala in interitu ſuo corruet, & ſimplices poſſidebunt bona eius. Eccleſiaſtici. 27. d. Qui in altum mittit lapidem ſuper caput eius cadet, & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera. Et qui foueam fodit incidet in eam,& qui ſtatuit lapidem proximo ſuo,offendet in eo,& qui laqueum alij ponit,peribit in illo. Hiere.9.c. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum loquuta eſt. In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus, & in gente huiuſmodi non vlciſcetur anima mea. Malach.1.d. Maledictus doloſus.

DOmus æternalis. Iohan.14.a. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. 2. Corinth.5. a. Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur quod ædificationem ex deo habemus: domum non manufactam æternam in cœlis. I

¶ *Domus ſpiritualis uirtuoſe ædificatur.* 1. Petri.2.a. Ad quem accendentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum,à deo autem electum & honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini domus ſpirituales, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles deo per Chriſtum dominum noſtrum.1.Timo.3. d. Hæc tibi ſcribo. Eccleſiaſt.2. II

¶ *Gratioſe inhabitur.* Heb.3.b. Et Moſes quidẽ fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant. Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua,quæ domus ſumus nos,ſi fiduciam & gloriã ſpei vſque ad finem firmam retineamus. Vide titulum Templum ſpirituale. III

¶ *Domus corporalis bene conſtruitur.* Pſal.126.a. Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Prouer.24.c. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam. Eccleſiaſtici.21.b. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. Hieremię.22.c. Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia IIII

& cœnacula ſua, & nõ in iudicio Amicum ſuum opprimet fruſtra,& mercedem non reddet ei.d. Qui dicit ædificabo mihi domum latam.

V ¶ *Male deſtruitur.* Prou.11.b.Qui conturbat domum ſuam poſſidebit ventos.14. b. Domus impiorum delebitur,tabernacula iuſtorum germinabunt.15.c. Domum ſuperborum demolietur dominus.d.Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam.17.a.Melior eſt buccella ſicca cum gaudio,quàm domus plena victimis cum iurgio. Eccleſiaſtes. 10.d.In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus. Eccleſiaſtici.21.a. Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtantiam, & domus quæ nimis locuples eſt annullabitur ſuperbia, ſic ſubſtantia ſuperbi erudicabitur.

VI ¶ *Debite gubernatur.* Gene.30.d.Iuſtum eſt igitur,vt aliquando prouideam etiam domui meæ. Verba ſunt Iacob ad Laban.Prou.12 b.Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas.15.a. Domus iuſti plurima fortitudo,& in fructibus impij conturbatio. Eccleſiaſtici. 4.d.Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi.32.d. Et à filiis tuis caue,& à domeſticis tuis attende.33.c. Filio & mulieri,fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua, & ne dederis alij poſſeſſionem tuam, ne forte te pœniteat & depreceris pro illis. Dum adhuc ſuperes & aſpiras, non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim vt filij tui te rogent, quam te reſpicere in manus filiorum tuorum.

VII ¶ *Plene firmatur.* Prouer.29.b. Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo,ſic vir qui derelinquit locum ſuum. Eccleſiaſtici. 29.d. Initium vitæ, Abſtinentia.2. Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum,quam epulæ ſplendidæ peregre ſine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum, & vbi hoſpitabitur non fiducialiter aget,nec aperiet os ſuum. Hoſpitabitur & paſcet & portabit ingratos, & adhuc amara audiet. Tranſi hoſpes & orna menſam, & quæ in manu habes & ciba cæteros. Exi à facie honoris inimicorum meorum neceſſitudine

ne domus meæ, hoſpitio mihi factus es frater. Grauia hæc homini habenti ſenſum, correptio domus & improperium fœnerantis.

Dona diuina liberaliter à deo dantur. Vnde Dauid ait. 1. Para. 29. d. Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Iob. 41. a. Et quis ante dedit mihi, vt reddam ei. Eccleſiaſtici. 11. b. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à deo ſunt. Rom. 11. d. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. 1. Corin. 4. b. Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Ephe. 4. b. Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Iaco. 1. c. Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum. I

¶ *Multipliciter ordinantur.* Matth. 25. b. Sicut enim homo peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem. 1. Cor. 7. b. Sed vnuſquiſque propriũ donum habet ex deo, alius quidem ſic, alius vero ſic. 12. a. Vnicuique autẽ datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ. Ephe. 4. c. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos. 1. Pet. 4. c. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes. II

¶ *Vtiliter operantur.* Pſalmo. 119. b. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Eccleſiaſtici. 11. b. Datio dei permanet iuſtis, & profectus illius ſucceſſus habebit in æternum. Matth. 25. b. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis & lucratus eſt alia quinque. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Lucæ. 12. f. Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum plus petent ab eo. Lucæ. 19. c. Homo quidam. Negociatio. 3. III

¶ *Dona humana fructuoſe tribuuntur.* Vnde Iacob muneri- IIII

bus iram fratris placare ſtuduit. Gene.32.d. Cúmque dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his quæ habebat munera Eſau fratri ſuo. Prouer.18.c. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpacium ei facit. 21. b. Munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam. 22. b. Victoriam & honorem acquiret qui dat munera. Eccleſiaſtici.18.b. Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des triſtitiam verbi mali. Nónne ardorem refrigerabit eos. Sic & verbum melius quàm datum. Nónne ecce verbum ſuper datum bonum? Sed vtraque cum homine iuſtificato. 26.b. Eſt qui multa redimat modico precio. 41. d. Cum dederis ne improperes, Act.20.g. Beatius eſt magis dare quàm accipere.

V ¶ *Periculoſe accipiuntur, quia libertatem adimunt.* Prou.22.b. Animam autem aufert accipientium. Eccleſiaſtici. 18. c. Stultus acriter improperabit, & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos. 20. b. Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datum cuius retributio duplex. Datus inſipientis non erit vtilis tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit & multa improperabit, & apertio oris illius inflammatio eſt.

VI ¶ *Veritatem peruertunt.* Exod.23.a. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Prou.15.d. Qui odit munera viuet. Eccleſiaſtici. 20.d. Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi murus in ore auertit correctiones eorum. Cuſtodes ſepulchri dominici muneribus ad falſum inducti fuere dicendum. Matth.28.c. Quæ cum abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus, conſilio accepto pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes: Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.

VII ¶ *Pœnalitatem adducunt.* Iob.15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Eccleſiaſtici.4.d. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Eſa.33.c. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit.

## ¶Ebrietas.

EBrietas iram Dei prouocat. I
Eſaiæ.5.c. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam & potãdum vſque ad veſperam vt vino æſtuetis. Cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis veſtris, & opus domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. f. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Balthaſar temulentus vaſis templi domini abutens eadem nocte interfectus fuit. Danie.5.a. Pręcepit ergo iam temulentus. Ioel.1.b. Expergiſcimini ebrij & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore veſtro.

¶*Mentem alienat*. Gene.9.c. Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. Bibénſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. Eſaiæ.28.a. Væ coronæ ſuperbiæ ebriis Effraim, & flori decidenti, & gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ errantes à vino. b. Verum hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt ab ebrietate neſcierunt videntem, & ignorauerunt iudicium. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiúmque, ita vt non eſſet locus vltra. 56.d. Venite ſumamus vinum & impleamur ebrietate & erit ſicut hodie: ſic & cras, & multo amplius. II

¶*Libidinem inflammat*. Vnde Loth ebrius inceſtum cũ filiabus commiſit. Gene.19.g. Veni inebriemus eum vino. Prouerb.20.b. Luxurioſa res vinum. Epheſ.5.d. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. III

¶*Corpus eneruat*. Vnde Holofernes tumulentus à muliere occiſus eſt. Iudith.13.a. Porrò Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Prouerb.11.d. Qui inebriat ipſe quoque inebriatur. IIII

¶*Subſtantiam diſſipat*. Prouerb.23.c. Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad V

conueſcendum conferunt, quia vacantes potibus,& dantes ſymbola conſumentur. Eccleſiaſtici.19.a. Operarius ebrioſus non locupletabitur.

VI ¶ *Pacem ſeparat.* Prouer.20.a. Tumultuoſa ebrietas.23.d. Cui væ, cuius patri væ, cui rixæ, cui foueæ, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſio oculorum? Nónne his qui commorantur in vino,& ſtudent calicibus epotandis. Eccleſiaſtici.31.d. Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio minorans virtuté,& faciens vulnera. Oſee.7.b. Cœperunt principes furere à vino.

VII ¶ *Secretum manifeſtat.* Prouerb.31.a. Nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Eccleſiaſtici.31.d. Ignis probat ferram durum, ſic vnum corda ſuperborum arguet in ebrietate. Abacuc.2.d. Væ qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum,& inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius.

I E*Cclesiæ fundamenta.* Eſaiæ.43.c. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos. Matth.7.d. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram,& deſcendit pluuia,& venerunt flumina,& flauerunt venti & irruerunt in domum illam & non cecidit. Fundata enim erat ſupra petram.16.c. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. 1.Corinth.3.b. Secundum gratiam quæ data eſt mihi, fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat. c. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Epheſ.2.d. Superædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino, in quo & vos coædificamini in tabernaculum dei in ſpirituſancto. 1.Petri.2.a. Ad quem accedentes. Domus.2.

II ¶ *Firmamentum.* Eſa.54.c. Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt cui iuraui ne inducerem aquas diluuij vltra ſuper terram, ſic iuraui vt non iraſcar,& non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur.

mouebitur. Dixit miſereator tuus dominus. Matt.24.a. Ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Luc. 6.g. Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos & facit eos, oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum & poſuit fundamẽtum ſupra petram, inundatione autem facta illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere, fundata enim erat ſupra petram. Luc.22.c. Simon: Ecce ſatanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. 1. Timo.3.d. Hæc tibi ſcribo fili, vt ſcias quomodo oporteat te in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei viui, columna & firmamentum veritatis.

¶ *Complementum.* Nam hic recipit & bonos & malos, in fine ſegregabuntur. Matth.13.f. Sicut ergo colligunt zizania & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcãdala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam cum impleta eſſet educentes, elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. g. Sic erit in conſummatione ſeculi. 25.a. Tunc ſimile erit. Matrimonium. 8. III

E*leemoſynæ fructus deum placat.* Thob. Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam. Thobię.12.b. Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſynę magis quàm theſauros auri recondere, quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Prouerb.15.d. Per miſericordiam & fidem purgãtur peccata. 16.a. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas. 21.b. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit & non exaudietur. Eccleſiaſtici.3.d Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccato, & deus proſpector eſt eius qui reddit gratiã. Meminit in poſterum, & in tempore caſus inueniet firmamẽ- I

tum.7.a. Exorare & facere eleemoſynam ne deſpicias. 29.b.Propter mandatum aſſume pauperem,& propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum.c.Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.Danie.4.c.Quamobrem rex cõſilium meum placeat tibi,& peccata tua eleemoſynis redime,& iniquitates tuas miſericordiis pauperum. Forſitan ignoſcet deus delictis tuis. Luc.11.f.Veruntamen quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.

11 ¶*Meritum augmentat*.Pſal.111.b.Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Prouerb.14.c. Qui autem miſeretur pauperi beatus erit. d. Qui calumniatur egẽtem exprobrat factori eius, honorat autem eum qui miſeretur pauperis.19.c.Fœneratur domino qui miſeretur pauperis,& viciſſitudinem ſuam reddet ei.Eccleſiaſtici.12.a. Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam, & ſi non ab ipſo certe à domino. 14.b. Secundum vires tuas exporrigens da pauperi. 17.c. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum eo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit, & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput ipſorum. Eſaiæ.58.c.Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris.orietur in tenebris lux tua,& tenebrę tuæ erunt ſicut meridies.d.Et requiem dabit tibi dominus deus tuus ſemper,& ſplendoribus implebit animam tuam, & oſſa tua liberabit. Et eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarũ cuius non deficient aquæ. Matth.10.d. Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis,calicem aquæ frigidæ tãtum in nomine diſcipuli,amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. 25.c. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare.Sitiui & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram & collegiſtis me. Nudus & operuiſtis me.Infirmus & viſitaſtis me. In carcere & veniſtis ad me. Tunc reſponderunt ei iuſti dicentes:Domine quando te vidimus eſurientem & pauimus te, ſitientem & dedimus tibi potũ,&c. Et reſpõdens rex dicet illis: Amen dico vobis,quãdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis,mihi feciſtis.

feciſtis. Lucæ.12.d. Vendite quæ poſſidetis & date eleemoſynam, facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit.16.c. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Heb.6.b. Non enim iniuſtus eſt deus vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quàm oſtẽdiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.13.c. Beneficentiæ autem & communicationis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtis promeretur deus. Act.10.a. Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu dei.

¶ *Bonum multiplicat ſubſtantiæ corporalis.* Pſal.40.a. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Prouerb.12.b. Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur, de panibus enim ſuis dedit pauperi. Eccleſiaſtici.7.d. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.29.c. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum eo. Super ſcutum potentis & ſuper laneeam aduerſus inimicum tuum pugnabit. III

¶ *Subſtantiæ temporalis.* Prouerb.3.b. Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.11.d. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.28.d. Qui dat pauperi non indigebit, qui deſpicit deprecantem ſuſtinebit penuriam. Lucæ.6.f. Date & dabitur vobis.2.Corinth.9.b. Potens eſt autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. IIII

¶ *Eleemoſynæ modus quo ad intentionem ut fiat ob dei gloriã.* Matth.6.a. Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te ſicut hypocritæ faciunt, in ſynagogis & vicis vt honorentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito reddet. V

VI ¶ *Ad proximi indigentiam ſubleuandum.* Deutero.15.b. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuę. Idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi qui verſatur tecum in terra. Thob.4.c. Panem tuũ cum eſurientibus & egenis comede, & de veſtimentis tuis nudos tege. Eccleſiaſtici.12.a. Si benefeceris ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem. Da bono, benefac humili & non dederis impio, & ne receperis peccatorem.b. Prohibe panes illi dare, ne in his potentior te ſit. Eſaiæ.58.c. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagóſque induc in domũ tuam. Cum videris nudum operi eum. Mar.14.a. Semper enim pauperes habebitis vobiſcum, & cum volueritis poteſtis illis benefacere. Lu.3.b. Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet eſcas ſimiliter.19.b. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. 2.Cor. 8.c. In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat.

VII ¶ *Quo ad proſequutionem ut fiat de proprio.* Thobię.4.d. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt non auertatur à te facies domini.

VIII ¶ *Hylari animo.* Thob.4. Quomodo potueris ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguũ tibi fuerit libenter impartiri ſtude. Eccleſiaſtici.4.a. Fili eleemoſynã pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne auertas à paupere. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtiati. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam.18.b. In omni dato non des triſtitiam verbi mali. Nónne ardorem refrigerabit ros. Sic & verbum melius quàm datum. Romano.12.b. Qui miſeretur in hylaritate. 2.Corinth.9.b. Hylarem enim datorem diligit deus.

I EVangelii fructus quo ad prædicantem. Dani.12.b. Qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.1.Corin.9.c. Nam & ſi euangelizauero, non

nõ eſt mihi gloria. Neceſſitas enim mihi incũbit. Si enim volens hoc ago, mercedẽ habeo. Gala.1.b. Notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. 2.Timo.4.d. Attende enim tibi & doctrinæ inſta in illis. Hoc enim faciens teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. 2.Timo.1.c. Noli itaque erubeſcere teſtimonium domini noſtri, neque me vinctum eius, ſed collabora euãgelio ſecundum virtutem dei.

¶ *Audientem.* Prouerb.29.c. Cum prophetia defecerit diſſipabitur populus, qui vero cuſtodierit legem beatus erit. Eſa.29.f. Et audient in die illa ſurdi verba libri. Et addẽt mites in domino lętitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael exultabũt.g. Non modo.g. Confuſio.1. 30.e. Et nõ faciet auolare à te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. Hæc eſt via ambulate in ea, & non declinabitis neque ad dexteram neque ad ſiniſtram.49.b. Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces Iſrael conuertendo eas: Dedite in lucem gentium vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ, quinquageſi. ſecun. d. Iſte aſperget gentes multas ſuper ipſum continebunt reges os ſuum. Quia quibus non eſt narratum de eo viderunt, & qui non audierunt contemplati ſunt. 61. a. Spiritus domini ſuper me, eo quod vnxerit me dominus. Ad annunciandum manſuetis miſit me. Hieremiæ, 23.e. Si ſtetiſſent in conſilio meo & nota feciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vtique eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſſimis.26.a. Noli ſubtrahere verbum ſi forte audiant & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala, & pœniteat me mali quod cogitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum. Sopho.3.c. In die illa non confunderis ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricaricata es in me. Quia tunc auferã de medio tui magniloquos ſuperbię tuę: Et derelinquã in medio tui populũ pauperem & egenũ, & ſperabunt in nomine domini. Reliquię Iſrael nõ facient iniquitatẽ, nec loquentur II

mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa. Romano.1.b. Non enim erubeſco euangelium. Virtus enim dei eſt in ſalutem omni credenti. Iuſtitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem. 1.Corint.15.a. Notum autem vobis facio fratres euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini. Hebræo.10.c. Conteſtatur autem nos & ſpiritus ſanctus poſtquam enim dixit. Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos, poſt dies illos dicit dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum ſuperſcribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor amplius.

III ❡ *Euangelii uſus bonus quo ad prædicantem, ut prædicandi habeat authoritatem.* Eſaiæ.41.g. Primus ad Sion dicet: Ecce adſum, & Hieruſalem euangeliſtas dabo. Matt.9.d. Meſſis quidem multa operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. 24.b. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio. Iohan.17.c. Ego dedi eis ſermonem tuum. Sicut tu me miſiſti in mũdum, ita & ego miſi eos in mundũ. Roma.10.c. Quomodo vero prędicabunt niſi mittantur. 15.d. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me nõ effecit Chriſtus in obedientiam gentium, in verbo & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute ſpiritus ſancti. Tit.2.d. Hæc loquere & exhortare, & argue cũ omni imperio: Nemo te contemnat.

IIII ❡ *Aliorum quærat fœlicitatem.* Matt.10.a. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, gratis accepiſtis, gratis date. 1.Cor.13. a. Si linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalũ tinniens. 2.Corinth.4.b. Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, nos autem ſeruos veſtros per Ieſum. 12.e. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. 1.Theſſa.2.a. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ, deus teſtis eſt, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis. Labor.2. Actuum.20.g. Ar-

gentum

gentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui.

¶ *Victus accipiat neceſſitatem*. Matth.10.b. Noli te poſſide- V
re aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis ve-
ſtris. Non peram in via, neque duas tunicas, neque cal-
ciamenta, neque virgam. Dignus eſt enim operarius cibo
ſuo. Mar.6.b. Et præcepit eis ne quid tollerent in via niſi
virgam tantum, non peram, nõ panem, neque in zona æs,
ſed calceatos ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis.
Lucæ. 8.a. Dicitur, quòd mulieres quædam ſequentes do-
minum, miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. 9.a. Nihil
tuleritis in via. 10.b. In eadem autem domo manete edẽ-
tes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim ope-
rarius mercede ſua. Roma.15.f. Probauerunt enim Mace-
donia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes
ſanctos. Placuit enim eis, & debitores ſunt. Nam ſi ſpiri-
tualium eorum participes facti ſunt gentiles, debent & in
carnalibus miniſtrare eis. 1.Corinth.9.a. Quis militat
ſuis ſtipendijs vnquam. b. Si nos vobis ſpiritualia ſemina-
uimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metemus? Ne-
ſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario
ſunt edunt. Et qui altario deſeruiunt, cum altario partici-
pant, ita & dominus ordinauit iis, qui euangelium annun-
ciant de euangelio viuere. Galatas.6.b. Communicet au-
tem is, qui catechizatur verbo ei qui ſe catechizat in om-
nibus bonis. 1.Theſſa.5.c. Rogamus autem vos fratres,
vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis
in domino, & monent vos vt habeatis illos abundantius
in charitate, propter opus illorum, & pacem habete cum
eis. 1.Timoth.5.c. Qui bene præſunt presbyteri dupli-
ci honore digni habeantur, maxime qui laborant in ver-
bo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non alligabis os
boui trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua. 2.
Timo.2.b. Laborantem agricolam oportet primũ de fru-
ctibus accipere. Intellige quę dico. Heb.13.b. Mementote
prępoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbũ dei.

¶ *Hoſpitii ſeruet ſtabilitatem*. Matth.10.b. In quamcunque VI
autem ciuitatem, aut caſtellũ intraueritis, interrogate quis
in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes au-

tem domũ ſalutate eam dicentes: Pax huic domui. Et ſiquidẽ fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eã: ſi autẽ non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos. Luc. 10.a. In quamcunque domum intraueritis. b. Nolite tranſire de domo in domum. 3. Iohan. c. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi vt cooperatores ſimus veritatis.

VII *Vitæ habeat exemplaritatem.* Matth. 5. c. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorũ. 23. a. Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate & facite, ſecundum opera vero eorũ nolite facere. Roma. 2. c. Qui ergo alium doces teipſum non doces, qui prędicas non furandum, furaris. Qui dicis non mœchandum, mœcharis. 1. Cor. 9. d. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum aliis prędicauerim ipſe reprobus efficiar. 1. Timoth. 4. d. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemptum eſto fidelium, in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. 2. Timoth. 2. c. Sollicite autem cura teipſum probabilem exhibere deo operarium inconfuſibilem recte tractantem verbum veritatis. Tit. 2. b. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.

VIII *Dicendorum proponat utilitatem.* Numer. 22. d. Si dederit mihi Balach plenam domum ſuam argenti & auri, nõ potero immutare verbum domini, vt vel plus, vel minus loquar. Verba ſunt Balaan. Sic & Micheas propheta. 3. Regũ. 22. c. Viuit dominus quia quodcũque dixerit mihi dominus hoc loquar. Eſaiæ. 6. b. Væ mihi quia tacui, quia pollutus labiis ego ſum. 40. c. Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hieruſalem. Exalta noli timere, dic ciuitatibus Iuda: Ecce deus veſter. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. 52. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem annunciantis bonum, prædicantis ſalutem. 58. a. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo

meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ. Hier.1. b. Noli dicere quia puer ego ſum : quoniam ad omnia ad quæ mittam te ibis,& vniuerſa quæ mandauero tibi loqueris ad eos. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Naum.1.d. Ecce ſuper montes pedes euãgelizantis,& annunciantis pacem. Matth.10.a. Euntes autem prædicate dicentes. Quia appropinquauit regnum cœlorum.13.g. Ideo omnis ſcriba doctus in regno cœlorum,ſimilis eſt homini patrifamiliâs qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. 28. d. Euntes ergo docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, docentes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis. Marc.16.d. Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturę. Galatas.1.b. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis anathema ſit.1.Theſſa.2.a. Exhortatio enim noſtra nõ de errore,neque de immunditia, neque in dolo,ſed ſicut probati ſumus à deo,vt crederetur nobis euãgelium,ita loquimur nõ quaſi hominibus placẽtes, ſed deo qui probat corda noſtra.1.Tim.4.c. Ineptas autem & aniles fabulas deuita. 2.Timo.2.c. Noli contendere verbis,ad nihil enim vtile eſt niſi ad ſubuerſionem audiẽtium. Prophana autem & vaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem,& ſermo eorum vt cancer ſerpit.d. Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciẽs quia generant lites. Seruum autẽ domini. Contentio.2.4.a. Teſtificor coram deo & Ieſu Chriſto qui iudicaturus eſt viuos & mortuos,& per aduentum ipſius,& regnum eius, prædica verbũ,inſta opportune,importune,argue,obſecra,increpa, in omni patientia & doctrina. Erit enim tẽpus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebũt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur.b. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Tit.2.a. Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. 3.c. Stultas autem quæſtiones & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Actuum. 24. g. Diſputante autem illo de iuſtitia & caſtitate & de iudicio futuro tremefactus Fœlix.

IX ¶ *Verborum reddat claritatem.* Eſaiæ.50.b. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſcitare eum, qui laſſus eſt verbo. Matthæi.7,a. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos.10.c. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure audiſtis prædicate ſuper tecta.1. Corinth. 1.c. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, his autem qui ſalui fiunt, id eſt, nobis dei virtus eſt. Nam quia in dei ſapientia non cognouit mundus per ſapiētiam deum, placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.2.a. Et ego quum veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. b. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi qui deſtruuntur, ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriam noſtram. c. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt, vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur, nō in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Nos autem ſenſum Chriſti habemus.3.a. Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. 2. Corinth.2.d. Non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum dei, ſed ex ſynceritate, ſicut ex deo, coram deo, in Chriſto loquimur.4.a. Ideo habentes hanc adminiſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſequuti ſumus, non deficimus, ſed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulteran-

tes verbum dei,ſed in manifeſtatione veritatis.5.d.Et poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur tanquam deo exortante per nos. Obſecramus pro Chriſto reconciliemini deo, 1.Timo.1.a. Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, quum irem in Macedoniam,vt denunciares quibuſdam ne aliter docerent,neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationem dei, quæ eſt in fide. 2.Timothei.1.d. Formam habe ſanorum verborum, quæ à me audiſti in fide & dilectione in Chriſto Ieſu.

¶ *Veritatis teneat firmamentum.* Pſal.67.c.Dominus dabit verbum euangelizantibus. Eſa.49.a. Et poſuit os meum quaſi gladium acutum. 52. e. Poſui verba mea in ore tuo. Hiere.1.b. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum vt eruam te dicit dominus. d. Ne formides à facie eorum nec enim timere te faciam vultum eorũ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram regibus Iuda, & principibus eius,& ſacerdotibus, & omni populo terræ,& bellabunt aduerſum te,& non præualebũt,quia ego tecum ſum. Ezec.3.b. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum,& frontem tuam duriorem frontibus eorum,vt adamantem &vt ſilicem dedi faciem tuam.d. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum,& annunciabis eis ex me.c. Si dicente me ad impium morte morieris non annunciaueris ei,neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio,& ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidem in impietate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. Sed ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit,& fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Ipſe morietur quia non annunciaſti ei. In peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit: ſanguinem vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris iuſto vt non peccet iuſtus, & ille non pecca-

uerit viuens viuet,quia annunciaſti ei, & tu animam tuam liberaſti. 33.a. Fili hominis loquere ad filios populi mei. b. Audiens ergo ex ore meo ſermonem,annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium:impie morte morieris, non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius,à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur,ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciante ad impium, vt à viis ſuis conuertatur,non fuerit conuerſus à via ſua,ipſe in iniquitate ſua morietur,porrò tu animã tuam liberaſti. Dani. 10. d. Veruntamen annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis. Micheæ.3.e. Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini. Iudicio & veritate,vt annunciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum. Matth,22.b. Magiſter ſcimus quia verax es,& viam dei in veritate doces. Luc.9.g. Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos,tu autem vade & annuncia regnũ dei. Act.4.d. Si iuſtum eſt in cõſpectu dei vos potius audire quàm deum, iudicate. Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. 20. e. Quapropter conteſtor vos hodierna die quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi quo minus annunciarem vobis omne conſilium dei.

VI ¶ *Vſus bonus quo ad audientem ut audiat intellectualiter.* Pſal. 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat,& Eſaię. 50. d. Quis ex vobis timens dominum audiens vocem ſerui eius. Matth.13.a. Qui habet aures audiendi audiat. e. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit,venit, malus & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius. Marc.1.b. Pœnitemini & credite euangelio.

VII ¶ *Perficiat effectualiter.* Iob.36.b. Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat,& loquetur vt reuertantur ab iniquitate ſua. Si audierint & obſeruauerint,complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. Pſal.50.c. Docebo iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur. Eſa.2.a. Venite aſcendamus ad montem domini,& ad domum dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius,quia de Sion exibit lex,& verbum domini de Hieruſalem. Hiere.11. b. Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcepi vobis & eritis mihi in populum, & ego ero vobis

vobis in deum. Matt. 7. d. Omnis ergo Eccleſia. 1. Iohan. 10. c. Oues meæ vocem meam audiunt. 18. g. Omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam. Act. 2. g. Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorum.

¶ *Teneat perſeueranter.* Gala. 1. a. Miror quod. Perſerãtia. 1 Epheſ. 4. c. Non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum in aſtutia ad circunuentionem erroris. Colo. 2. b. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecũdum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum. Heb. 13. b. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. XIII

¶ *Euangelii abuſus quo ad prædicantem.* Nam ſeipſum ingerit. Iob. 32. b. Oſtendam ſcíẽtiam meam. Plenis ſum enim ſermonibus & coartat me (ait Helui ad Iob) ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagũculas nouas dirumpit. Loquar & reſpirabo paululum. 1. Corinth. 14. f. Mulieres in eccleſiis taceant. 1. Timot. 2. d. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto. 6. a. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, qui à veritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. d. O Timothee depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. XIIII

¶ *Alium inficit.* Prouer. 15. b. Doctrina mala deſerentium viam vitę. Eſa. 56. d. Speculatores eius cæci omnes neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia, canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem. Ipſi paſtores ignorauerũt intelligentiam. Hieremiæ. 5. g. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra. Prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis, & populus meus di- XV

lexit talia. Quid igitur fiet in nouiſſimo eius. Matth.15.b. Sinite illos cæci ſunt, & duces cæcorum. Lucæ.6.f. Nunquid poteſt cęcus cæcum ducere? Nónne ambo in foueam cadunt? 1. Timo.1.b. Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quę loquuntur, neque de quibus affirmant. 2. Timoth.3.d. Mali autem homines & ſeductores proficient in peius errantes, & in errorem mittẽtes. Titum.1.c. Sunt enim multi etiam inobediẽtes vaniloqui & ſeductores, maximè qui de circũciſione ſunt, quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.

XVI ¶ *Deum offendit.* Eſa.5.c. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Ezech.13.c. Væ qui cõſuunt. Adulatio.4. Miche.3.d. Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper dominum requieſcebant dicentes. Nunquid non dominus in medio noſtrum: Non venient ſuper nos mala. Propter hoc cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur. Matth.5.c. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Luc. 11.g. Et vobis legiſperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt, ipſi vero digito veſtro non tangitis ſarcinas. Væ vobis legiſperitis qui tuliſtis clauem ſciẽtiæ, ipſi nõ introiſtis, & eos qui introibãt prohibuiſtis. Roma.16.c. Rogo autem vos fratres vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinã quã vos didiciſtis faciũt, & declinate ab illis, huiuſmodi enim Chriſto domino noſtro non ſeruiunt ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.

XVII ¶ *Quo ad contemnentem, ipſum nequiter deſpiciendo.* 2. Para. 30.c. Mittebat autem dominus deus. At illi ſubſannabant nuncios dei. Deriſio.3. Eſa.5.f. Abiecerunt enim legem domini, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt furor domini in populum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum. 30.c. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem. Qui dicunt videntibus, nolite videre, &

& aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie mea ſanctus Iſrael. 53.a. Quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt? Ezech. 3.b. Domus autem Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me. 33.g. Venite audiamus quis ſit ſermo egrediens à domino. Et veniunt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent coram te populus meus. Et audiunt ſermones tuos & non faciunt eos, quia in canticum oris ſui vertunt eos. Luc. 10.c. Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Iohãnis. 12.g. Qui ſpernit me & non accipit verba mea habet qui iudicet eum. Sermo quem loquutus ſum ille iudicabit eum. Quia ego ex meipſo loquutus non ſum, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid loquar. 2. Cor. 4. Quod ſi etiam opertum eſt euangelium noſtrum, in iis qui pereunt eſt opertum, in quibus deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago dei. 1. Theſſal. 4.b. Itaque qui hæc ſpernit non hominem ſpernit, ſed deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis.

¶ *Opere turpiter negligendo*. Hiere. 7.e. Hoc verbum præcepi eis dicens: Audite vocem meam & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quã man daui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audierunt nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed abierunt in voluptatibus, & in prauitate cordis ſui mali. f. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos per diem, conſurgens diluculo & mittens, & non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam. Periit fides & ablata eſt de ore meo. 35.c. Ego autem loquutus ſum ad vos de mane conſurgens & loquens & non obediſtis mihi, miſique ad vos omnes ſeruos meos prophetas, conſurgens diluculo, mittẽnſque & dicens: Conuertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra. Et nõ declinaſtis aurem veſtram neque audiſtis me. 44.d. Sermonem quem loquutus es ad nos in nomine domini non exaudiemus ex te, ſed facie- XVIII

mus omne verbum quod egreditur de ore noſtro. Matth.
7.d. Et omnis qui audit verba mea hæc & non facit ea, ſi-
milis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper a-
renam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flaue-
runt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit
ruina eius magna. Lucæ. 6.g. Qui autem audit & non fa-
cit ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſuper ter-
ram, ſiue fundamento, in quam illiſus eſt fluuius, & conti-
nuó cecidit, & facta eſt ruina eius magna. Roma. 10.d. Sed
non omnes obediunt euangelio. Galat. 3.a. O inſenſati Ga
latæ qui vos faſcinauit non obedire veritati? Iacobi. 1.d.
Eſtote autem factores verbi, non auditores tantum fallen
tes voſmetipſos.

XIX ¶*Malum ſuper ſe inducendo.* Iob. 36.b. Si autem non au-
dierint, tranſibunt per gladium, & conſumentur in ſtulti-
tia ſua. Ezech. 3.g. Et tu fili hominis. Ecce data ſunt ſuper
te vincula, & ligabunt te in eis & non egredieris in me-
dio eorum, & linguam tuam adhærere faciam palato tuo,
& eris mutus, nec quaſi vir obiurgans, quia domus exaſpe-
rans eſt. Oſee. 9.d. Abiiciet eos dominus deus meus, quia
non audierunt eum. Zachariæ. 7.c. Et noluerunt atten-
dere & auerterunt ſcapulam recedentes, & aures ſuas ag-
grauauerunt ne audirent, & cor ſuum poſuerunt vt ada-
mantem ne audirent legẽ, & verba quæ miſit dominus ex-
ercituum in ſpiritu ſuo ſancto, per manum prophetarum
priorum. Matthæi. 10.b. Et quicunque non receperit vos,
neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo
vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen
dico vobis tollerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomor-
ræorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. 11.b. Cui autem
ſimilem æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris
ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt.
Cecinimus vobis & non ſaltaſtis, lamentauimus & non
planxiſtis. Roma. 2.b. Iis autem qui ſunt ex contentione,
& qui non acquieſcunt veritati, credunt autem inquinati,
ira & indignatio, tribulatio & anguſtia. 2. Theſſ. 1.c. Dan-
tis vindictam iis qui non nouerunt deum, & qui non obe-
diunt euangelio. Heb. 2.a. Propterea abundantius oportet
obſeruare

obſeruare nos ea quæ audiuimus,ne fortè pereffluamus.Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo,factus eſt firmus,& ſi omnis prçuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutẽ? 10.e.Irritam quis faciens legẽ Moſi ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt,& ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. 2.Iohan.2.c. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Chriſti,deum non habet.

E*vchariſtiæ ſacramentum in ſcripturis certitudinaliter præfiguratum* In oblatione Melchiſedech. Gen.14.d. At vero Melchiſedech rex Salem proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos dei altiſſimi) benedixit ei. I

¶*In manna.* Exod.16.d.Iſte eſt panis quem dominus dedit vobis ad veſcendum. Sapien.16.c.Pro quibus angelorum eſca nutriuiſti populum tuum,paratum panem de cœlo præſtitiſti illis,ſine labore, omne delectamentum in ſe habentẽ,& omnis ſaporis ſuauitatem.Subſtantia enim tua dulcedinem tuam,quam in filios habes oſtendebat,& deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati,ad quod quiſque volebat conuertebatur. 1.Corin.10.a. Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt,& omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.Biberunt autem de ſpiritali conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus. II

¶*A prophetis fideliter prænunciatum.* Eſaiæ.25.c. Et faciet dominus.Beatitudo.1.Malach.1.c.Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum,& munus non ſuſcipiã de manu veſtra. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meũ in gentibus dicit dominus.3.a.Ipſe enim quaſi ignis conflans,& quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans & emundans argentum,& purgabit filios leui. Et colabit eos quaſi aurũ,& quaſi argentũ,& erunt domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem,ſicut dies ſeculi,& ſicut anni antiqui. III

IIII ❡*A domino utiliter inſtitutum*. Matth.26.b. Veſpere autem facto diſcubuit & duodecim cum eo. c. Cœnantibus autem eis accepit Ieſus panem, & benedixit, fregit, dedítque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Mar.14.b. Veſpere autem facto venit cum duodecim. c. Et manducantibus illis accepit Ieſus panem, & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite. Hoc eſt corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur. Luc.22.b. Et quum facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim apoſtoli cũ eo. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite & diuidite inter vos. Et accepto pane, gratias egit & fregit, & dedit eis, dicẽs: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam com memorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentũ in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. 1. Corin.11. Ego enim accepi à do mino quod & tradidi vobis, quoniã dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & mãducate, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite quotieſcũque bibetis in meam commemorationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat.

V ❡*A nobis reuerenter ſumendum ob ipſius ſublimitatem*. Vnde præfiguratur in agno paſchali. Exo.12.a. Decima die men ſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas. Zach.9.d. Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius niſi frumẽtum electorum? Iohannis.6.c. Amen amen dico vobis niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. f. Caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt po tus. g. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt:

Durus

Durus eſt hic ſermo,& quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum quòd murmurarent,de hoc diſcipuli eius, dixit eis: Hoc vos ſcandalizat. Si ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius. Spiritus eſt qui viuificat,caro non poteſt quicquam. Verba quę ego loquor vobis,ſpiritus,& vita ſunt.1.Cor.10.e. Non poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorū. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.11.f. Itaque quicunque manducauerit panem & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.g. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit non diiudicās corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles,& dormiunt multi.

¶ *Ob noſtram utilitatem.* Vnde in figura Helias in fortitudinē cibi ab angelo allati ambulauit ad mōte in dei Oreb. 3.Regum.19.a. Et ecce angelus domini tetigit eum. Iohan.6.d. Amen amen dico vobis,non Moſes dedit vobis panem de cœlo,ſed pater meus dat vobis de cœlo panem verum. Panis enim verus eſt qui de cœlo deſcendit,& dat vitam mundo. Ego ſum panis vitę.e. Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit non moriatur. Ego ſum panis viuus. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita.f. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinē,in me manet & ego in eo: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. VI

¶ *Ob myſterii nobilitatem.* 1.Corinth.10.d. Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis domini eſt? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.11.f. Quotienſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. VII

EX *communicationis uſus.* Matthæi.18.b. Si autem eccle- I

ſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. 1.
Cor.5.c.Scripſi vobis in epiſtola ne cōmiſceamini fornicariis,non vtiq; fornicariis huius mundi,aut auaris, aut rapacibus,aut idolis ſeruiētibus.Alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.d.Nunc autem ſcripſi vobis,non cōmiſceri, ſi is qui frater nominatur inter vos,eſt fornicator,aut auarus,aut idolis ſeruiens,aut maledicus,aut ebrioſus, aut rapax,cū eiuſmodi nec cibum ſumere. Auferte malum ex vobiſipſis.16.d. Si quis non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſit anathema,maranatha.Gal.1.b. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter quàm quod euangelizauimus,anathema ſit.2.Theſ.3.d. Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam hunc notate,& non commiſceamini cum illo, vt confundatur. 2.Iohan. d.Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domū,nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis,vt in die domini non confundamini.

II ¶*Effectus*. 1.Corinth.5.b. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu,iam iudicaui vt pręſens,tradere huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini.1.Timoth.1.d.Quos tradidi ſatanæ,vt diſcant non blaſphemare.

III ¶*Abuſus*.Iohā.9.e. Iam enim conſpirauerant Iudæi,vt ſi quis eū confiteretur eſſe Chriſtū extra ſynagogam fieret. 16.a.Abſq; ſynagogis facient vos.Sed venit hora vt omnis qui interficit vos,arbitretur obſequiū ſe præſtare deo.

I EX*perientia laudabilis*.Eccli.34.b. Vir in multis expertus cogitabit multa,qui non eſt expertus pauca recognoſcit.

# F

I FAma decenter procuranda.
Prouerbiorum.15.d. Fama bona impinguat oſſa. 22.a. Melius eſt nomen bonum quàm diuitiæ multæ,ſuper argētum enim & aurū gratia bona. Eccleſiaſtes, 7.d.Melius eſt nomē bonum quàm vnguenta pretioſa.

¶*Diligenter*

¶ *Diligenter conſeruanda.* Eccleſiaſtici.33.c. In omnibus II operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculam gloriam tuam.41.c.Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi,quã mille theſauri pretioſi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æternum.

F*Amiliaritas honeſta*. Eccleſiaſtici. 13.b. Aduocatus à po I tentiore diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impingaris, & ne longe ſis ab eo ne eas in obliuionem.

¶ *Inhoneſta*. Prouerb.25.c. Subtrahe pedem tuum de domo II proximi tui,nequando ſatiatus oderit te.27.b. Domũ fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Eccleſiaſtici. 21.d. Pes fatui facilis in domum proximi. Stultus à feneſtra reſpiciet in domum,vir autem eruditus foris ſtabit. Stultitia hominis auſcultare per oſtium.

F*Oenerationis conditio bona*. Exodi. 22.d. Si pecuniam I mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum,non vrgebis eum quaſi exactor nec vſuris opprimes. Deuterono.23.d.Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam,nec fruges,nec quamlibet aliam rem. Fratri autẽ tuo abſque vſura in quo indiget commodabis, vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo. Eccleſiaſtici.29.a. Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius, & iterum redde proximo in tempore ſuo. Confirma verbum & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies quod tibi neceſſarium eſt.b. Perde pecuniã propter fratrem & amicum.

¶ *Mala*. Eccleſiaſtici.10.b. Hodie fœneratur quis & cras II expetit,& odibilis eſt homo huiuſmodi.

¶ *Fœneratio eſt periculoſa quo ad accipientem*. Prouerb.22.a. III Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. Eccleſiaſtici. 29.b. Multi non cauſã nequitiæ fœnerati ſunt,ſed fraudari gratis timuerunt.

¶ *Facientem*. Eccleſiaſtici. 8.c.Noli fœnerari homini fortiori IIII te, quòd ſi fœneraueris quaſi perditum habe.29.a. Multi quaſi inuentionem æſtimauerunt fœnus & præſtiterunt moleſtiam his qui ſe adiuuerunt. Donec accipiant

oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam. Et in tempore redditionis poſtulabit tempus& loquetur verba tędij,& murmurationum,& tempus cauſabitur. Si autē potuerit reddere aduerſabitur. b.Solidi vix reddet dimidiū,& cōputabit illud quaſi inuentionē

I FErmenti conditio bona. Matt.15.c. Simile eſt regnum cœlorum fermento,quod acceptum mulier abſcondit in farinę ſatis tribus,donec fermentatum eſt totum. Lucæ.13.e. Cui ſimile æſtimabo regnum.

II ¶Mala. Matth.16.a. Intuemini & cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. b. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum. Luc.12.a. Attendite à fermento Phariſæorum,quod eſt hypocriſis. 1.Corinth.5.c. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrūpit. Expurgate vetus fermentum vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azymi. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Galat.5.b. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

I FIdes proximo uirtuoſe conſeruatur. Sic Ioſue Gabaonitis promiſſam ſeruauit fidem. Ioſue.9.d. Iurauimus eis in nomine dei Iſrael,& idcirco non poſſumus eos contingere. Eccleſiaſtici.42.a. Non duplices ſermonē auditus de reuelatione ſermonis abſcōditi,& eris vere ſine confuſione,& inuenies gratiam in conſpectu omnium hominum.

II ¶Periculoſe præuaricatur. Ezech.17.c. Et qui dſſoluit pactum nunquid effugiet? Viuo ego dicit dominus quoniam in loco regis,qui conſtituit eum regem,cuius fecit irritum iuramentum,& ſoluit pactum quod habebat cū eo:in medio Babylonis morietur. Spreuerat enim iuramentum vt ſolueret fœdus.

I FIdei neceſſitas. Nume.14.b. Quouſque non credent mihi in omnibus ſignis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos peſtilentia atque conſumam.c. Viuo ego ait dominus: ſicut locuti eſtis audiente me ſic faciam, in ſollitudine hac iacebunt cadauera veſtra.20.b. Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducecetis

cetis hos populos in terram quam dabo eis. Eccleſiaſtici, 2.c. Væ diſſolutis corde qui non credunt deo, & ideo nõ protegentur ab eo.16.d. Non ſis incredibilis verbo illius. Eſaiæ.7.b. Si non credideritis non permanebitis. 21.a. Qui incredulus es infideliter agit. Hieremię.5.a. Circuite vias Hieruſalem, & aſpicite & conſiderate, & quęrite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudiciũ, & quęrentem fidem, & propitius ero ei. Quod ſi etiam viuit dominus dixerint, & hoc falſo iurabunt. Domine oculi tui reſpiciunt fidem. Abacuc.2.a. Ecce qui incredulus eſt, nõ erit recta anima eius in ſemetipſo. Iohan.3.b. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt.d. Qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum. 8.d. Si enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Roma.14.d. Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Epheſ.6.c. In omnibus ſumentes ſcutũ fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Hebr.3.c. Videte fratres ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi à deo viuo.d. Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius, niſi illis qui increduli fuerunt? 11.b. Sine fide autem impoſſibile eſt placere deo. 1.Petri.2.b. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali his qui offendunt verbo, nec credũt in quo & poſiti ſunt. 5.b. Sobrij eſtote. Angulus.13.

¶ *Vnitas*. 1.Cor.1.b. Obſecro autem vos fratres per nomẽ II
domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Ephe.4.b. Vna fides.

¶ *Firmitas*. Eccli.40.b. Fides in ſeculum ſtabit. Matt.16.c III
Et portæ inferi non pręualebunt aduerſus eã. 28.d. Et ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſeculi. Luc.22.c. Ego autem rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua. Ioh.17.c. Non pro eis autem rogo tantũ, ſed & pro eis qui crediturі ſunt per verbum eorum in me. 1.Corin.16.c. Vigilate, ſtate in fide. 2.Timo.4.b. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.

IIII ¶*Fidei uirtuoſitas*.2.Para.16.c.Oculi domini contẽplantur vniuerſam terram, & prębent fortitudinẽ his qui corde perfecto credũt in eum. 20.c. Credite in domino deo veſtro,& ſecuri eritis:credite prophetis eius,& cũcta euenient proſpera. Matth. 8.b.Vade & ſicut credidiſti fiat tibi.c.Quid timidi eſtis modicæ fidei. 9.a. Et videns Ieſus fidem illorum dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. c. Confide filia fides tua te ſaluam fecit, fiat tibi ſicut vis. d. Secundum fidem veſtram fiat vobis. 13.a.g. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. 14.d. Modicæ fidei quare dubitaſti? 15.c. O mulier magnã eſt fides tua. 17.c. Quare nos non potuimus eiicere illum? Dicit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis,ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit,& nihil impoſſibile erit vobis.21.c. Amen dico vobis, ſi habueritis fidem & non hæſitaueritis,non ſolum de ficulnea facietis:ſed & ſi monti huic dixeritis,tolle & iacta te in mare,& fiet. Marci. 4.d.Quid timidi eſtis, nec dum habetis fidem. 5.d. Filia fides tua te ſaluam fecit. Vade in pace,& eſto ſana à plaga tua. 6.g. Confidite ego ſum, nolite timere. 9.d. Si potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti. 10.g. Vade fides tua te ſaluam fecit. 11.c. Amen dico vobis,quia quicunque dixerit monti huic,tollere & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit fiat, fiet ei. Lucæ. 7.b. Amen dico vobis nec in Iſrael tantam fidem inueni. g. Fides tua te ſaluam fecit vade in pace. 8.d. Dixit autem illis: Vbi eſt fides veſtra? g. Filia fides tua ſaluam te fecit: Ieſus autem audito hoc verbo. Reſpõdit patri puellę. Noli timere. Crede tantum & ſalua erit. 9.e. O generatio infidelis & peruerſa vſquequo ero apud vos & patiar vos? 17.b. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare, & tranſplantare in mare, & obediet vobis. b. Surge vade, quia fides tua te ſaluum fecit. 18.g. Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Ioan. 4.g. Credidit homo ſermoni quẽ dixit ei Ieſus & ibat. 14.b. Amen amen dico vobis qui credit in me, opera quæ ego facio, &

ipſe faciet, & maiora horum faciet. 1. Iohan. 5. a. Hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra.

¶ *Fidei qualitas quo ad obiectum.* Iohan. 20. g. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Roma. 10. a. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Hebræo. 11. a. Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. b. Credere enim oportet accedentem ad deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Actuum. 16. f. Crede in dominum Ieſum, & ſaluus eris.

¶ *Quo ad ſubiectum in corde* Eccleſiaſtici. 32. d. Qui credit VI
deo attendit mandatis. Marci. 9. d. Credo domine adiuua incredulitatem meam. Luc. 17. b. Et dixerunt apoſtoli domino: Adauge nobis fidem. Romano. 4. d. In repromiſſione etiam dei non hæſitauit diffidentia: ſed confortatus eſt fide dans gloriam deo pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit deus potens eſt & facere.

¶ *In ore.* Matthæi. 10. d. Omnis ergo qui confitebitur me VII
coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Lucæ. 9 c. Nam qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & patris & ſanctorum angelorum. 12. b. Dico autem vobis: Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei, Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei. Roma. 10. c. Ore autem confeſſio fit ad ſalutem. 2. Timo. 2. b. Si negauerimus & ille negabit nos.

¶ *Opere.* Matthæi. 7. c. Non omnis qui dicit mihi domine VIII
domine intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit volun- XI
tatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. 28. d. Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Luc. 6. g. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico. 12. f. Ille autẽ ſeruus, Accidia. 1. Iohan. 13. b. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea, Gal. 5. b. Nã in Chriſto Ieſu. Circũciſio. 3. Eph. 2. b. Ipſius

enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Titum.1. d. Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negant. 2. d. Apparuit enim gratia. Aduentus.5. 3.d. Diſcant autem & veſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios vt non ſint infructuoſi. Iacobi.2.c. Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem nõ habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? d. Vis autem ſcire homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt. Abraham pater noſter, nónne ex operibus iuſtificatus eſt offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens: Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. 2. Petri.1. Vos autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatẽ. Hæc enim ſi vobis adſint & ſuperent, non vacuos, nec ſine honore conſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim non præſto ſunt hæc cæcus eſt & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. c. Quapropter magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis, hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

IX ¶ *Fidei vtilitas.* Nam præſtat iuſtificationem. Gene.15.b. Credidit Abraham deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Prou.15.d. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata. Sapien.1.a. Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum. Eccleſiaſtici.2.b. Crede deo & recuperabit te. Oſee.

2.d. Et ſpõſabo te. Matrimonium.7. Abac.2.a. Iuſtus autem in fide ſua viuet. Matth.9.a. Et videns Ieſus fidem illorum dixit paralytico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Marc.2.a. Quum autem vidiſſet Ieſus fidem illorum. Lucæ.5.d. Quorum fidem vt vidit. Iohan.7.f. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum.11.c. Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet. Roma.3.d. Nunc autem ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia autem dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper õmnes qui credunt in eum. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. 4.a. Credidit Abrãham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.5.a. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus ad deum, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, per quem habemus acceſſum, per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ dei. Gala.5.a. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Act.10.g. Huic omnes prophetę teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere, per nomen eius omnes qui credunt in eum.13.f. In hoc omnis qui credit iuſtificatur.15.c. Fide purificans corda eorum.

¶ *Glorificationem.* Thob.2.c. Vitam illã expectamus quam deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Eccleſiaſtici.2.b. Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. Mar.10.d. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Iohan.3.b. Sic enim deus. Dilectio dei.2.d. Qui credit in filium, habet vitam æternam.5.d. Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam.6. d. Hæc eſt autem voluntas patris mei, qui miſit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternã.17. a. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.20.g. Quia vidiſti me Thoma credidiſti. Beati qui non viderunt & crediderunt. Roma.10.c. Omnis qui credit in illum non confundetur. Ephe.2.b. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. Act.26.c. Ad hoc enim apparui tibi vt con-

ſtituam te miniſtrum & teſtem eorum quæ vidiſti, & eorum quibus apparebo tibi, eripiens te de populis, & gentibus in quas mitto te aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad deum, vt accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos, per fidem quæ eſt in me. 1. Petri. 1. b. In quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum veſtrarum.

XI ¶ *Fidei promotiuum*. Roma. 10 d. Ergo fides exauditu, auditus autem per verbum Chriſti.

XII ¶ *Impeditum*. Lucæ. 10. b. Veruntamen filius veniens putas inueniet fidem ſuper terram? Iohan. 5. g. Quomodo vos poteſtis credere qui gloriā abinuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo deo eſt non quæritis. 10. e. Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. 12. f. Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum, vt ſermo Eſaiæ impleretur quem dixit: Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt?

I FIdeiuſſio ſolerter cauenda. Prou. 11. c. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. 17. c. Stultus homo plaudet manibus cum ſponderit pro amico ſuo. 20. c. Tolle veſtimentum eius, qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. 22. d. Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim non habes vnde reſtituas, quid cauſæ eſt vt tollat operimētum de cubili tuo? Eccleſiaſtici 8 c. Non ſpondeas ſuper virtutem tuam, quod ſi ſpopondetis, quaſi reſtituens cogita. 29. e. Vir repromittit de proximo ſuo, & cum perdiderit reuerentiam derelinquetur ab eo. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit diligentes, & commouit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis.

II ¶ *Vigilanter redimenda*. Prouer. 6. a. Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum

micum tuum. Ne dederis ſomnum oculis tuis,nec dormitent palpebræ tuæ. Eruere quaſi damula de manu,& quaſi auis de inſidiis aucupis.

¶ *Cordialiter recognoſcẽda.* Eccli.29.c. Vir bonus fidẽ facit proximo ſuo, & qui perdiderit cõfuſionem derelinquet ſibi. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. Repromiſſorem fugit peccator & immundus. Bona repromiſſoris ſibi adſcribit peccator,&ingratus ſenſu derelinquit liberantem ſe. d. Recupera proximum ſecundum virtutem tuam, & attende tibi ne incidas. III

F*ilius dei naturalis Chriſtus.* Matt.3.d. Et ecce vox de cœlo dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui.17. b. Et ecce vox de nube dicens, hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui,ipſum audite. Marc. 1.b. Et vox facta eſt de cœlis. Tu es filius meus dilectus in te complacui. Iohan.1.b. Et vidimus gloriã eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Romano.1. a. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus apoſtolus, qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum IeſuChriſti domini noſtri.2.Petri.1.c. Non enim indoctas fabulas ſecuti notam vobis fecimus domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſcientiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à deo patre honorem & gloriam voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria,hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui,ipſum audite. I

¶ *Filius dei adoptiuus gratioſe eligitur.* Oſee.1.d. Et erit in loco vbi dicetur eis non populus meus vos, dicetur eis filij dei viuentis. Matthæi.5.c. Dico enim vobis quoniam potens eſt deus, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iohannis. 1. b. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri, iis qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque in voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Romanorum. 8.c. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei in quo II

clamamus Abba pater. 1.Corinthio.1.b. Fidelis deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius. 4. c. Nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. Galatas.3.d. Omnes enim filij dei eſtis per fidem.4.a. At vbi venit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamãtem Abba pater.c.Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Iaco.1.c. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis.1. Petri.1.d. Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum dei viui.1. Iohan. 3. b. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex deo. 4. Omnis qui diligit ex deo natus eſt, & cognoſcit deum.

III ¶ *Virtuoſe ad deum dirigitur.* Deuterono.14.a. Filij eſtote domini dei veſtri. Eſaię.1.a. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Malach.1.b. Filius honorat patrem. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? 2. c. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Roma. 8.f. Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.1.Iohan.3. b. Omnis qui natus eſt ex deo peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex deo natus eſt. 3. d. Scimus quia omnis qui natus eſt ex deo non peccat, ſed generatio dei conſeruat eum, & malignus non tanget eum.

IIII ¶ *Fructuoſe à deo recipitur.* Sapien.5.a. Tunc ſtabunt iuſti. Deriſor.1. Eſaię.63.d. Tu domine pater noſter & redemptor noſter. Matthæi.6.b. Sic ergo orabitis: Pater noſter qui es in cœlis. 23. b. Vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt. Roma. 8.c. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quod ſumus filij dei. Si autem filij, & hæredes. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti. Gala.4.b. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per deum.

V ¶ *Filius iræ.* Eph.2.a. Eram⁹ naturâ filij irę ſicut & cęteri,

VI ¶ *Filii in bonis ſunt inſtituendi, ut deum timeant.* Thobiæ.1.b. Cum vero Abſtinentia.1.4.a. Omnibus diebus vitę tuę in

mente

mente habeto deum, & caue ne aliquando paccato conſentias:& prætermittas præcepta dei noſtri. 14.c. Audite ergo filij patrem veſtrum. Seruite domino in veritate, & inquirite, vt faciatisquę illa placita ſunt illi. Et filiis veſtris mandate, vt faciant iuſtitias & cæremonias, vt ſint memores dei, & benedicant eum in omni tempore & veritate. Pſal. 77.a. Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis. Filij qui naſcentur. Vt ponant in deo ſpem ſuam. Prouerb.1.a. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & legem matris tuæ ne dimittas, vt addatur gratia capiti tuo & torques collo tuo. 14.d. In timore domini fiducia fortitudinis filiis eius erit ſpes. 20.b. Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquet. 23.b. Audi fili mi & eſto ſapiens, & dirige in via animum tuum. Sapien. 8.d. Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Eccleſiaſtici.16.a. Ne iucunderis in filiis impiis ſi multiplicentur, nec oble&eris ſuper ipſos ſi non eſt timor dei in illis. Non credas vitæ illorum, & ne reſpexeris in labores illorum. Melior eſt enim vnus timens deum, quàm mille filij impij. Et vtile eſt magis mori ſine filiis, quàm relinquere filios impios. Eſaiæ.38.d. Pater filiis notam faciet veritatem tuam. Thren.3.c. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Lucæ.1.g. Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu. 2.f. Puer autem creſcebat & confortabatur (Ieſus) plenus ſapientia, & gratia dei erat cum illo. g. Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud deum & homines. Epheſ.6.a. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & correptione domini.

❡ *Vitia caueant.* Prouerb.14.b. Filio doloſo nihil erit boni. 17.a. Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. d. Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam, ſed nec pater in fatuo lætabitur. Ira patris filius ſtultus, & dolor matris quæ genuit eum. 19.b. Dolor patris filius ſtultus. e. Erudi filium tuum ne deſperes. 28.b Qui cuſtodit legem filius ſapiens eſt, qui autem comeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum. Eccleſiaſtici.7.c. Filij tibi ſunt, erudi illos, & cura illos à pueritia eorum. Filię VII

tibi ſunt,ſerua corpus illarum,& non oſtendas hylarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam.22.a.Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. Filia autē fatua in deminoratione fiet. Filia prudens hæreditas viro ſuo, nam quæ confundit,in contumeliam fit genitoris. Patrem & virum confundit audax. 30.b. Lacta filium & pauentem te faciet, lude cum illo & contriſtabit te. Non corrideas illi ne condoleas,& in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui,non des illi poteſtatem in iuuētute,& ne deſpicias cogitatus illius. Doce filiū tuum & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. 42.b. Filia patris abſcondita eſt vigilia, & ſolitudo eius aufert ſomnum, ne forte in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat, ne quando polluatur à virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur, ne forte cum viro commorata tranſgrediatur, aut certe ſterilis efficiatur. Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam,ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & abiectione plebis,& confundat te in multitudine populi. Tit.2.c.Iuuenes ſimiliter vt ſobrij ſint.

VIII ¶*Honeſte ſe habeant.* Thobiæ.7.b.Benedictio ſit tibi fili, quia boni & optimi viri filius es. 9.c. Benedicat te Deus Iſrael, quia filius es optimi viri, iuſti & timentis deum, & eleemoſynas facientis. 10.d.Et apprehendentes parentes filiam ſuam oſculati ſunt eam,& dimiſerunt ire,monentes eam honorare ſoceros, diligere maritū, regere familiam, gubernare domum, ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. Prouerbiorum.4.a. Audite filij diſciplinam patris. 10.a. Filius ſapiens lætificat patrem, filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ. 22.a. Prouerbium eſt adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. 23.c. Exultat gaudio pater iuſti, per ſapientem genuit lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet qui genuit te. Ecclēs.2.c. Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui, habiturus hæredem poſt me, quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, qui-

bus deſudaui & ſollicitus fui. Sapiē.4.b. Ex iniquis enim omnes filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. Eccleſiaſtici.11.d. Quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir. 25.b. Nouē inſuſpicabilia cordis magnificaui. Homo qui iucundatur in filiis. 26.b. In filia nō auertente ſe firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione abutatur ſe. Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris ſi te neglexerit.c. Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum ſedebit, & contra omnem ſagittam aperiet pharetrā donec deficiat.30.a. Qui docet filium ſuum laudabitur in illo, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium ſuum in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilē enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo, in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis. Relinquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.33.c. Filio, mulieri. Domus.6.

¶ *Pro illis corrigendi.* Deutero.21.d. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicéntque ad eos. Filius noſter proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat & luxuriæ atque conuiuiis, lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri. Heli ob filiorum malitiam vna die cum ipſis mortuus eſt. 1. Regum.2.c. Porrò filij. Heli filij Belial.4.c. Et facta eſt plaga magna nimis. Prouerb. 13.d. Qui parcit virgæ odit filium ſuum, qui autem diligit, inſtanter erudit illum. 15.a. Stultus irridet diſciplinam patris, qui autem cuſtodit increpationes aſtutior fiet. 22.c. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. 23.b. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi enim percuſſeris eum virga non morietur. 29.c. Virga atque correctio tribuit ſapientiam, puer autē qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam. Eccleſiaſtici.30.a. IX

Qui diligit filium ſuum aſſiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſſimo ſuo, vt non palpet proximorum oſtia. b. Equus indomitus euadet durus,& filius remiſſus euadet præceps. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt, ne forte induret & non credat tibi, & erit tibi dolor animę. 41.b. Filij abominationum ſunt filij peccatorum, & qui conuerſantur ſecus domus impiorum. Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine eorũ aſſiduitas opprobrij. De patre impio quæruntur filij, quoniam propter illum ſunt opprobrio.

I *Fornicatio corporalis iram dei prouocat.* Sic filij Iſrael fornicantes cum filiabus Moab grauiter ſunt puniti. Numeri. 25.a. Morabatur autem Iſrael eo tempore in Sethim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab. Eccle.19.a. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos, & qui ſe iungit fornicariis erit nequam. Putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius & tolletur de numero anima eius. Hieremiæ. 5.c. Saturauit eos & mœchati ſunt. Equi amatores in fœminas, nunquid ſuper his non viſitabo. 1. Corinthiorum. 6.b. Neque fornicarij regnum dei poſſidebunt. c. Eſca ventri & venter eſcis, deus autem & hunc & hanc deſtruet, corpus autem non fornicationi, ſed domino. d. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membrum Chriſti faciam membrum meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? Erunt, inquit, duo in carne vna. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus ſuum eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti? 10.b. Neque fornicemur ſicut quidem ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Hebr.13.a. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Apoca.21.b. Timidis autem & incredulis & execratis, & homicidis & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

II ¶ *Conuerſionem retardat.* Oſee.5.b. Non dabunt cogitationes

tiones ſuas vt reuertantur ad deum ſuum, quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & dominum non cognouerunt. Epheſ.4.c. Hoc igitur dico. Cæcitas.2. Hebræi.12. d. Ne quis fornicator, aut prophanus vt Eſau.

¶*Corpus eneruat.* Eccleſiaſt.23.c. Homini fornicario omnis panis dulcis non fatigabitur tranſgrediens vſque ad finē. Oſee.4.c. Fornicatio & vinū & ebrietas auferūt cor. III

¶*Subſtantiam diſſipat.* Iob.31.b. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Prouerb.23.c. Fouea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos viderit interficit. 29.a. Qui autem nutrit ſcortum perdet ſubſtantiam. 31.a. Ne dederis mulieribus ſubſtantiā tuam. Eccleſ.9.b. Ne des fornicariis animam tuā in vllo, ne perdas te & hereditatem tuam. Luc.15. Et non poſt. Auerſio.1. IIII

¶*Hominem infamat.* Deuter.23.c. Non offeres mercedem proſtibuli. Eccleſ.9.b. Omnis mulier quæ eſt fornicaria quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. 4 r. d. Erubeſcite à patre & matre de fornicatione. V

¶*Proximum ſupplantat.* Amon violans ſororem poſtea occiſus fuit. 2.Reg.13.a. Factum eſt poſt hæc. Herodes Iohannem propter Herodiadem capi & decapitari fecit. Marci.6.c. Ipſe enim Herodes. VI

¶*Fornicatio diligenter uitanda.* Affectu. Exod.29.c. Nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillā. Thob.3.c. Tu ſcis domine quia nunquā concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia. Iob.31.a. Si deceptum eſt. Adulterium.4. Daniel.13.f. Semen Chanaan & non Iuda ſpecies decepit te, & concupiſcentiam ſubuertit cor tuum. Matth.5.d. Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierē. 15.b. De corde enim. Cogitatio.4. VII

¶*Affatu.* Eccleſ.9.b. Cum aliena mulieres non ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum & non altercaris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuū in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem. Epheſ.5.a. Fornicatio autē & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. VIII

IX ¶*Aſpectu.* Sichem filius Emon Dinam videns in eius concupiſcentiam exarſit. Gene.34.a. Egreſſa eſt autem Dina filia Lyæ. Dauid videns Bethſabee ſe lauantem adulteriũ commiſit.2.Regum.11.a. Dum hæc agerentur. Iob.31.a. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarẽ quidem de virgine. Prouerb.6.c. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuũ. Precium enim ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri precioſam rapit animam. Eccleſiaſtici.9.a. Ne reſpicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius.b. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne conſpicias ſpeciem alienã. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt; colloquiũ enim illius quaſi ignis exardeſcit. 25.d. Ne reſpicias in mulieris ſpeciẽ. Threno.3.f. Oculus meus depredatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.2.Pet.2.c. Oculos hab. Adulterium.2.

X ¶*Actu.* Leui.19.f. Ne proſtituas filiam tuam. Deuterono.23.c. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator. Tob.4.b. Attẽde tibi fili mi ab omni fornicatione. Prou.6.d. Nunquid pote. Adulterium.2. Eccle.9.a. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illã, ne fortè pereas in efficacia illius.41.d. Ne reſpicias. Adulterium.5. 42.c. Omni homini noli intendere in ſpecie. & in medio mulierũ noli cõmorari. De veſtimẽtis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior eſt enim iniquitas viri, quàm benefaciens mulier, & mulier cõfundens in opprobrium. 1.Cor.7.a. Bonum eſt homini mulierem non tãgere. Coloſſen.3.a. Mortificate mẽbra veſtra, quæ ſunt ſuper terrã, fornicationem, immũdiciam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus, propter quę venit ira dei ſuper filios incredulitatis.1.Theſſa.4.a. Hæc eſt enim. Abſtinentia.1.

I F*ortitudo bona deum quærit.* Exod.15.a. Fortitudo mea & laus mea dominus. 2.Paralip.15.b. Vos ergo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.16.c. Oculi domini contemplantur vniuer-

ſam

ſam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfe-
cto credunt in eum. Pſalmo. 58. c. Fortitudinem meam ad
te cuſtodiam. 67. g. Mirabilis deus in ſanctis ſuis ipſe da-
bit virtutem. Prouerb. 14. d. In timore domini fiducia for
titudini. 18. b. Turris fortiſſima nomen domini ad ipſum
currit iuſtus, & exaltabitur. Eſa. 12. a. Quia fortitudo mea
& laus mea dominus. 25. b. Quia factus es fortitudo pau- V
peri, fortitudo egeno in tribulatiōe ſua, ſpes à turbine: vm
braculum ab æſtu. 30. d. In ſilentio & ſpe erit fortitudo
veſtra. 40. g. Qui dat laſſo virtutē, & his qui non ſunt for-
titudinem & robur multiplicat. Qui autem ſperant in do-
mino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ,
current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.
49. b. Deus meus factus eſt fortitudo mea. Aggei. 2. a. Et
nunc confortare Zorobabel dicit dominus, confortare
Ieſu fili Ioſedech.

¶ *Vitia ſubiicit.* Iob. 17. c. Tenebit iuſtus viā ſuam: & mun- II
dus manibus addet fortitudinem. Prouerb. 10. d. Fortitu-
do ſimplicis via domini. 24. b. Si deſperaueris lapſus in
die anguſtiæ imminuetur fortitudo tua. 1. Cor. 16. c. Vi-
gilate, ſtate in fide, viriliter agite, cōfortamini. Heb. 12. b.
Nondū enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus pec-
catum repugnantes.

¶ *Hoſti reſiſtit.* Prouerb. 20. d. Exultatio iuuenū fortitudo III
eorum. 24. a. Vir ſapiens & fortis eſt. 28. a. Fugit impius
nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens abſ-
que terrore erit. Eſa. 43. a. Noli timere quia redemi te, &
vocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cum trāſieris per aquas
tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris
in igne non combureris, & flamma non ardebit in te, quia
ego ſum dominus deus tuus, ſanctus Iſrael ſaluator tuus.
1. Mach. 2. g. Vos ergo filij confortamini & viriliter agite
in lege. Rom. 8. f. Si deus pro nobis quis cōtra nos? Ephe.
6. b. De cætero fratres confortamini in domino, & in po-
tentia virtutis eius. 1. Iohan. 2. c. Scribo vobis adoleſcen-
tes quoniam viciſtis malignū. Scribo vobis iuuenes: quo-
niam fortes facti eſtis, & verbū dei manet in vobis, & vi-
ciſtis malignum.

IIII ¶ *Fortitudo reproba deum offendit.* Iob.15. Tetendit enim aduerſus deum manum ſuam, & contra omnipotentem ro boratus eſt. Cucurrit aduerſus deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Sapien.6.a. Melior eſt ſapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis. Eſaiæ.1.g. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ.

V ¶ *Proximum opprimit.* Gene.10.c. Porrò Chus genuit Nèroth. Ipſe cœpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator corã domino. Ab hoc exiuit prouerbiũ, quaſi Nemroth robuſtus venator coram domino. Sapientiæ.2.c. Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ, quod enim infirmum eſt inutile inuenitur.

I FRaternitas naturalis eſſe debet ordinata. Prouerbio.18.c. Frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma, & iudicium quaſi vectes vrbium. Ecclẽs.25.a. In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene conſentientes. 40.c. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis.

II ¶ *Spiritualis ob deum originatur.* Eſaiæ.8.d. Ecce ego. Apoſtolus.2. Malach.2.c. Nunquid non pater vnus omniũ noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuum. Matth.12.d. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. 23.b. Omnes autem vos fratres eſtis. Vnus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt. Hebræo.2.c. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat, authorẽ ſalutis eorum per paſſionẽ conſummari.

III ¶ *Ad bonum ordinatur.* Prouer.17.c. Frater in anguſtiis cõprobatur. Roma.12.c. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Hebræo.13.a. Charitas fraternitatis maneat in vobis. 1. Petri.2.c. Fraternitatem diligite.

I FRuctus operis bonus. Sapientiæ.3.d. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Romano.7.a. Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificeris deo. Gala. 5.d. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia,

tientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Ephe.5.c. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate. Philippen.1.b. Et hoc oro. Charitas.2. Colo.1.b. In omni opere bono fructificantes. Iaco.3.d. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur, facientibus pacem.

¶ *Malus*. Sapiē.4.b. Fructus illorum inutiles & acerbi ad II
manducandum, & ad nihilum apti. Hiere.12.c. Confundemini à fructibus veſtris. Roma.6.d. Quem ergo fructū habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis. 7.b. Cū enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorū quæ per legē erant, operabātur in mēbris noſtris, vt fructificarēt morti.

F*Vrti prohibitio*. Exod.20.c. Non furtum facies. Leui.19. I
c. Non facies furtū. Deu.5.b. Furtū non facies. Matt.19. c. Nō facies furtū. Eph.4.f. Qui furabatur iam nō furetur

¶ *Conditio*. Prouerb.6.d. Non grandis eſt culpa. Adulte- II
rium. 7.29.d. Qui cum fure participat odit animam ſuam. Eſaiæ.1.f. Principes tui infideles ſocij furum.

¶ *Punitio*. Exod.21.b. Qui furatus fuerit hominem, & ven III
diderit eum, conuictus noxę morte moriatur.22.a. Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boues pro vno reſtituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere, mortuus fuerit, percuſſor nō erit reus ſanguinis. Si orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum quod furatus fuerat viuens, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis, duplum reſtituet. 1. Corinth.6.b. Neque fures regnum dei poſſidebunt.

## G

GAudium ſpiritale eſt purum. I
Thob.13.b. Benedicite dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ. Pſalm. 15.c. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. Propter hoc lætatū eſt cor meū.19.a. Lętabimur in ſalutari tuo.

21.c.Lætamini in domino & exultate iuſti.31.a. Exultate iuſti in domino.76.a. Renuit conſolari anima mea, memor fui dei,& delectatus ſum. 83.a. Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum viuum.85.b. Lætetur cor meum vt timeat nomen tuũ.Prou.15.b.Secura mens quaſi iuge conuiuium.21.c.Gaudium eſt iuſto facere iudicium. Sap.8.c. Non enim habet amaritudinem cõuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium. Eſa.9.a. Lętabuntur corã te ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda,quando diuidunt ſpolia.Iugum enim oneris eius & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius,ſuperaſti.29.f.Et addent mites in domino lætitiam,quoniam defecit qui præualebat, conſummatus eſt illuſor,& ſucciſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquitatem,qui peccare faciebant homines in verbo, & arguẽtem in porta ſupplantabant. 40.a.Conſolamini, conſolamini popule meus. 41,d. Tu exultabis in domino & ſancto Iſrael lætaberis, & pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt.62.c. Et gaudebit ſponſus ſuper ſpõſam,& gaudebit ſuper te deus tuus. Hiere.33.b. Vox gaudij & lætitiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ, vox dicẽtium:Confitemini domino exercituum,quoniam bonus dominus. Confitemini domino exercituũ.Ioel.2.f. Et filiæ Sion exultate & lætamini in domino deo noſtro. Rom.15.c. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credẽdo,vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti. Phil.1.c. Dũ omni modo, ſiue per occaſionẽ ſiue per veritatem Chriſtus annũcietur: & in hoc gaudeo & gaudebo. 3.a. De cætero fratres mei gaudete in domino.4.a.Gaudete in domino ſemper iterũ dico gaudete.3.Iohã.b.Gauiſus ſum valde,veniẽtibus fratribus & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas.Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulantes.

II ¶ *Fructuoſum.* Sic Dauid in introductione arcę lætatus eſt humiliter. 2.Reg.6.c. Abiit ergo Dauid & adduxit arcã dei in gaudio.Pſal.36.a. Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui.Prouerb.14.d. Vita carneum ſanitas cordis,putredo oſſium inuidia.

¶ Æ*ternum*

¶ Aeternum. Pſalmo.29.c. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi concidiſti ſaccum meum,& circundediſti me lętitia. Prouer.14.b. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ: in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Eſa.61.d. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me veſtimento ſalutis,& indumento iuſtitiæ circundabit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Baruch.4.c. Emiſit enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi dominus cum gaudio. Matthæi.5.b. Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.25.b. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Lucæ.10.c. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubiiciuntur. Gaudete autem quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Ioh.16.d. Amen amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.e. Iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.f. Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. III

¶ *Corporale eſſe debet honeſtum.* Pſalmo.67.a. Et iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei. Eccleſiaſtes.3.b. Et cognoui quod non eſſet melius niſi lætari,& facere bene in vita ſua.d. Et deprehendi nihil eſſe melius quàm lætari hominem in opere ſuo.9.b. Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia placent deo opera tua. Eccleſia.26.a. Diuitis autem & pauperis cor bonum in omni tempore vultus illorũ hylaris.40.c. Vinum & muſica lætificant cor, Tybiæ & pſalterium ſuauem faciunt melodiam: & ſuper vtraque lingua ſuauis. Roma.12.c. Gaudete cum gaudentibus.1.Cor.7.f. Qui gaudent tanquam non gaudentes. IIII

¶ *Fructiferum.* Thobiæ.5.b. Gaudium tibi ſit ſemper. Et ait Thobias: Quale gaudium mihi erit qui in tenebris ſedeo,& lumẽ cœli non video? Prou.15.b. Cor gaudẽs exhilarat faciẽ.17.a. Melior eſt buccella. Domus.5.d. Animus V

gaudens ætatem floridam facit. Eccle.30.c. Non eſt oble-
ctamentum ſuper cordis gaudium.d. Iucũditas cordis hæc
eſt vita hominis,& exultatio viri eſt longæuitas.

VI ¶ *Gaudium mundiale eſt uanum.* Iob.20.a. Gaudium hypo-
critæ adinſtar puncti. Prou.14.b. Riſus dolore miſcebi-
tur: & extrema gaudij luctus occupat. Eccles.2.a. Riſum
reputaui errorem,& gaudio dixi. Quid fruſtra deciperis?
11.c. Si annis multis vixerit homo & in his omnibus lætus
fuerit: meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum ma-
lorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.d.
Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua: & in bono ſit cor
tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis
tui, & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quod pro om-
nibus his adducet te deus in iudicium.

VII ¶ *Peruerſum.* Prou.2.c. Qui lætantur cum malefecerint,&
exultant in rebus peſſimis. 10. d. Quaſi per riſum ſtultus
operatur ſcelus.15.c. Stultitia gaudium ſtulto. Eccles.7.
a. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum con-
uiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum,
& viuens cogitat quid ſit futurum. b. Cor ſtultorum vbi
lætitia.10.d. In riſu faciunt panem & vinum vt epulentur
bibentes. Sapien.2.a. Dixerunt enim impij cogitantes a-
pud ſe non recte. Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ
noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis. b. Venite
ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tan-
quam in iuuentute celeriter. Vbique relinquamus ſigna
lætitiæ noſtræ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt
ſors noſtra. Eccl.27.b. Narratio peccantium odioſa,& ri-
ſus illorum in delictis peccati. Eſaiæ.5. Cithara & lyra &
tympanum & tibia in conuiuiis eorum: & opus domini
non reſpiciunt. Iacobi.4.d. Nunc autem exultatis in ſu-
perbiis veſtris. Omnis exultatio talis maligna eſt.

VIII ¶ *Perniocioſum.* Thobiæ.2.a. Manducauit panem cum luctu
& tremore: memorans illum ſermonem quem dixit domi-
nus per prophetam (Amos.8.c.) Dies feſti veſtri conuer-
tentur in lamentationem & luctũ. Iob.21.b. Tenent tym-
panum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducũt
in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendũt. Qui

dicunt deo recede à nobis. 30. d. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Eſaiæ, 3.c. Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion & ambulauerunt extento collo,& nutibus oculorum ibant,&plaudebant & ambulabant,& pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & dominus crimen earum denudabit. d. In die illa auferet dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia,& armillas,& mitras & diſcriminalia. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus.22. d. Et vocabit dominus deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum,ad caluicium, & ad cingulum ſacci,& ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum.Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini.24.b. Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætantium,cõticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non bibent vinum,amara erit potio bibentibus illam.32.c.Super humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent, quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis. Hiere. 7.g.Et quieſcere faciã de vrbibus Iuda, & de plateis Hieruſalem,vocem gaudij,& vocem lætitiæ. & vocem ſponſi & vocem ſponſæ.25.c. Perdámque ex eis vocem gaudij & vocẽ lætitiæ. Oſee.2,b. Et ceſſare faciam omne gaudium eius. Luc.6.d. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.Iac.4.c.Miſeri eſtote, & lugete, & plorate, riſus veſter in luctum conuertetur, & gaudium in mœrorem.Apo.8.b. Quantum glorificauit ſe & in delitiis fuit,tantum date illi tormentum & luctum.

G*eneratio mala*.Deut.32.a.Generatio praua atque peruerſa.c.Generatio enim peruerſa eſt,& infideles filij.Pſal. 77.a.Ne fiant ſicut patres eorum.Generatio quæ non direxit cum deo cor ſuũ. Sapien.3.d.Nationes enim iniquæ duræ ſunt cõſummationis.Matt.3.b.Progenies viperarum quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira?12.c. Progenies viperarum quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali.16.a. Generatio mala atque adultera ſignum quærit. 17.c. O generatio incredula atque peruerſa quouſque ero

vobiſcum. Luc. 11. d. Generatio hæc generatio nequam eſt. Iohan. 8. Si filij Abrahæ eſtis opera Abrahæ facite. Vos facitis opera patris veſtri. f. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. 1. Iohan. 3. b. Qui facit peccatũ ex diabolo eſt, quoniã ab initio diabolus peccat.

II ¶ *Bona.* Pſalmo. 13. b. Quoniam dominus in generatione iuſta eſt. 23. b. Hæc eſt generatio quærentium dominum. 111. a. Generatio rectorum benedicetur. Iohan. 1. b. Qui non ex ſanguinibus, ſed ex deo nati ſunt. 3. a. Quod natum eſt ex carne caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. 1. Iohannis. 4. b. Et omnis qui diligit fratrem ſuum, ex deo natus eſt.

I GLoria dei in omnibus quærenda. Thobiæ. 12. b. Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem dei reuelare & confiteri honorificum eſt. Pſal. 113. b. Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriã. Eccl. 43. d. Glorificantes dominum quantumcunque potueritis ſuperualebit adhuc. Eſa. 42. b. Ego dominus, hoc eſt nomẽ meum. Gloriam meam alteri non dabo. Hiere. 9. g. Non glorietur ſapiens. Cognitio. 1. Corinth. 1. d. Qui gloriatur, in domino glorietur. 10. g. Siue ergo manducatis ſiue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. 2. Cor. 10. d. Qui autẽ gloriatur in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt: ſed quem deus commendat. Colo. 3. c. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo & patri per ipſum.

II ¶ *Gloria modeſta honeſte habenda.* Pſal. 5. c. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Prouer. 3. d. Gloriam ſapientes poſſidebunt. 15. d. Et gloriam præcedit humilitas. Eccl. 33. c. Ne dederis maculam in gloriam tuam. Eſa. 49. b. Et glorificatus ſum in oculis domini. Roma. 5. a. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. Non ſolum autẽ, ſed & gloriamur in tribulationibus. 2. Cor. 1. c. Nã gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & in ſynceritate dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia dei conuerſati ſumus in hoc mundo. 10. d. Nos autem non in immenſum gloriamur,

ſed ſecundum menſuram regulæ,qua mēſus eſt nobis deus menſuram.11.g. Si gloriari oportet quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.12.a.Si gloriari oportet(non expedit quidem) Gala.6.b. Opus autem ſuum probet vnuſquiſque,& ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit,& non in altero. Iaco.1.b. Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua:diues autem in humilitate ſua.

¶*Gloria uana fugienda in uerbis.* Prouer.27.a. Ne glorieris in craſtinum,ignorans quid ſuperuentura pariat dies. Laudet te alienus, non os tuum, extraneus non labia tua. 1. Cor.4.b. Quid enim habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti,quid gloriaris quaſi nō acceperis? Phil.2.a. Nihil per contentionem. Dilectio proximi.5. III

¶*Veſtimentis*. Eccleſiaſtici.11.a. In veſtitu ne glorieris vnquam. Eccleſia.10.d. Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum, & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtātiam ſuam. Qui autem gloriatur in paupertate,quanto magis in ſubſtantia? Et qui gloriatur in ſubſtantia,paupertatem vereatur. IIII

¶*Geſtis*. Eccle.10.d. Melior eſt qui operatur & abundat in omnibus:quam qui gloriatur & eget pane. Ezechias ob vanam gloriam à domino punitus fuit. Eſa.39.a. In tempore illo. Luc.11.f. Væ vobis phariſæis,quia diligitis primas cathedras in ſynagogis & ſalutationes in foro. Gal.5. d. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.6. a. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe,cum nihil ſit,ipſe ſe ſeducit. V

G*Ratia à ſolo deo datur.* Pſal.83.c. Gratiam & gloriam dabit dominus. Prouer.12.a. Qui bonus eſt, hauriet gratiam à domino. Eſaiæ.12.a. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. 55.a. Omnes ſitientes venite ad aquas,& qui non habetis argentum,properate,emite & comedite. Venite emite abſque argento,& abſque vlla commutatione vinum & lac. Matthæi.9.c. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt,& ambo conſeruantur. Iohan.1.b. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus.1. Corinth. 10.a. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. I

Petra autem erat Chriſtus. Heb.4.d. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur,& gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Iacobi.4.c.1.Petri.5.b.Deus enim ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Apoca.21.b. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuę gratis.22.d. Et qui ſitit,& qui vult accipiat aquam vitæ gratis.

II ¶ *Bonum operatur*. Eccle.40.c. Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus.Eſa.44.a.Noli timere ſerue meus Iacob & rectiſſime quem elegi. Effundam enim aquam ſuper ſitientem,& fluēta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam,& germinabunt inter herbas,quaſi ſalices iuxta pręterfluentes aquas. Iſte dicet domini ego ſum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic ſcribet manu ſua domino.Iohannis.7. f. In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus & clamabat dicens: Si quis ſitit veniat ad me & bibat.Qui credit in me,ſicut dicit ſcriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Romanorum.7. d. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. 1.Corinthio.15.b. Gratia autem dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui.Non ego autem,ſed gratia dei mecum.Ephe.2,b.Gratia enim eſtis ſaluati per fidem,& hoc non ex vobis:dei enim donum eſt,non ex operibus,vt ne quis glorietur.

III ¶ *Bonitate conſeruatur*,Gen.6.a. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum,quia caro eſt.Matthæi.25.e. Tollite itaque ab eo talentum,& date ei qui habet decem talenta.Omni enim habenti dabitur & abundabit.2,Cor. 6.a.Adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis.1.Timoth.4.d.Noli negligere gratiam quę in te eſt.

I GVla *delectationem non neceſſitatem quærit*. Sic primi parẽtes.Gen.3.b. Vidit igitur mulier quod bonũ eſſet lignũ ad veſcendum & pulchrum oculis:aſpectúque delectabile

&

& tulit de fructu illius & comedit, dedítque viro ſuo. Sic filij Iſrael faſtidientes manna carnes concupierunt. Num. 11.a. Vulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eis, flagrauit deſiderio carnium ſedens & flens. Prouerb. 4.c. Comedunt panem impietatis, & vinum impietatis bibunt. Sap.2.b. Vino pretioſo & vnguētis nos impleamus.

¶ *Deum offendit.* Vnde primi parentes grauiter ſunt puniti. Gene.3.c. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in dolore paries filios tuos, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ verò dixit: Qui audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno de quo pręceperam tibi, dicens: Ne comederes, maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Sic populus Iſrael. Exodi.32.b. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Numeri.11.g. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſmodi cibus, & ecce furor domini concitatus in populū, percuſſit eum plaga magna nimis. Iob.20.b Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidū. Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas deus. Pſal.77.d. Et māducauerūt & ſaturati ſunt nimis. Adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, & ira dei aſcendit ſuper eos. II

¶ *Intellectum deprimit.* Deute.31.e. Introducam enim eum in terram pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manentem. Cúmque comederint & ſatura, craſſique fuerint, auertentur ad deos alienos, & ſeruient eis detrahéntque mihi, & irritum facient pactum meum. 32.c. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit. Dereliquit deum factorem ſuum. III

¶ *Affectum inficit.* Roma.16.c. Huiuſcemodi enim Chriſto domino noſtro nō ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Philip.3.d. Quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. IIII

¶ *Corpus interficit.* Eccleſiaſtici.23.a. Aufer à me ventris concupiſcentias. 37.d. Propter crapulam multi obierunt. V

¶ *Subſtantiam perdit.* Eſau pro lenticula primogenita ven- VI

didit. Gene. 25. d. Coxit autem Iacob pulmentum. Hebr. 12. c. Ne quis fornicator aut prophanus, vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua.

## H

I HAEreditas ſuperna. *Pſalmo.* 27. c. Saluum fac populũ tuum domine, & benedic hęreditati tuę. 15. b. Dominus pars hæreditatis meæ. 36. b. Suſtinentes dominũ hæreditabunt terram. 143. b. Portio mea in terra viuentium. Roma. 8. c. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti. Eph. 1. c. In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.

II ¶ *Terrena ordinata.* Num. 27. b. Homo quum mortuus fuerit abſque filio ad filiam eius tranſibit hæreditas, ſi filiam non habuerit habebit ſucceſſores fratres ſuos. Quod & ſi fratres nõ fuerint, dabitis hæreditatẽ fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt. 36. c. Omnes enim viri ducent vxores de tribu ſua, & cognatione ſua & cunctæ fœminę de eadẽ tribu maritos accipient, vt hæreditas maneat in familiis.

III ¶ *Bonorum.* Prouerb. 13. d. Bonus relinquet hæredes filios & nepotes, & cuſtoditur iuſto ſubſtãtia peccatoris. Eccleſ. 2. c. Rurſus deteſtatus. Filius. 8.

IIII ¶ *Malorum.* Prouerb. 20. c. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. Eccleſiaſtici. 14. c. Nónne aliis relinques dolores & labores tuos?

I HAEretici *deum offendunt.* 2. Petri. 2. b. Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reſeruare cruciandos, magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationémque contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes.

II ¶ *Lucris propriis intendunt.* Iohan. 10. b. Fur non venit niſi vt furetur. Roma. 16. c. Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos. Euangelium. 16. 2. Tim. 3. a. Voluptatum amatores magis quàm dei, habentes ſpeciem quidem pietatis,

virtutem

virtutem autem eius abnegantes.2.Petri.3.a. Hoc primum ſcientes quòd venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores iuxta proprias cõcupiſcentias ambulantes.1.Ioh. 2.c. Ex nobis prodierunt,ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis,permanſiſſent vtique nobiſcum.Iudæ.b. Subintroierunt enim quidam homines,qui olim pręſcripti ſunt in iudicium,impij domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam. Vide per totum caput.

¶*Proximum ſeducunt.* Matth.7.c. Attendite à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.24.a.Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo,dicẽtes:Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent & ſeducent multos. b. Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ,& dabunt ſigna magna & prodigia:ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. 1.Corinth.11.d.Nam oportet & hæreſes eſſe,vt & qui probati ſunt manifeſti fiant.2.Corinth.11.c Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli , ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. Et non mirum. Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergo magnum ſi miniſtri eius transfigurantur velut miniſtri iuſtitiæ,quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. 1.Timoth.4.a. Spiritus autem. Cibus.8. 2.Timoth.3.d. Mali autem homines. Euãgelium.15. Act.20.f.Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. 2.Petri.2.a. Fuerunt verò & pſeudoprophetæ in populo , ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & multi eorum ſequentur luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur,& in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur.d.Superbia enim vanitatis loquentes , pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt,qui in errore conuerſati libertatem illis promittentes, quum ipſi ſerui ſint corruptionis. 2.Petri.3.d. Propter quod chariſſimi hæc expectantes,ſatagite III

immaculati & inuiolati ei inueniri in pace,& domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitramini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus epiſtolis,loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu,quæ indocti & inſtabiles deprauant,ſicut & cæteras ſcripturas,ad ſuam ipſorũ perditionem. 1.Iohan.4.a Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere. b. Ipſi de mundo ſunt,ideo de mundo loquuntur,& mundus eos audit. Qui nouit deum audit nos, qui non eſt ex deo non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritũ veritatis,& ſpiritum erroris.

IIII ¶ *Factis ſeipſos produnt.* Matth.7.c. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas,aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit. Mala autem arbor malos fructus facit. Iohannis.10.a. Amen amen dico vobis,qui nõ intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. b. Omnes quotquot venerunt ante me,fures ſunt & latrones. 2.Tim.3.a. Hoc autem ſcito quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati,ſceleſti,ſine affectione,ſine fœdere,criminatores, incontinentes immites, ſine benignitate,proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius denegantes. Et hos deuita.b.Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtituerũt Moſi,ita & hi reſiſtent veritati homines corrupti mente reprobi circa fidem.

V ¶ *Hæretici ſolerter uitandi.* Titum.3.c. Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundum correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, quum ſit proprio iudicio condemnatus. 2.Iohan.d. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum,nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue,communicat operibus eius malignis. Iudæ.f. Vos autem chariſſimi memores eſtote verborum.

I H*omicidium ſpirituale.* 1.Iohannis.3.c. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida

micída non habet vitam æternam in ſe manentem.

¶*Homicidium corporale firmiter prohibetur.* Exod.20.c.Nõ occides.23.a.Inſontem & iuſtum non occides. Deutero. 5.b. Non occides.Matth.5.c. Non occides.19. Non homicidium facies. II

¶*Grauiter punitur.* Sicut patet in Caín fratricida. Gen.4. b.Et ait dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? 9.a. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum,& de manu hominis.Quicunque effuderit humanum ſanguinem in terram, fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus eſt homo. Exo.21. b. Qui percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur. Si quis per induſtriam occiderit proximũ ſuum, & per inſidias,ab altari meo euelles eum vt moriatur.c.Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximũ ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lecto,ſi ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit: ita tamen vt opera eius, & impẽſas in medicos reſtituat.Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem,& abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit ſubſequuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo. Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius. Leuitici.24.c. Qui percuſſerit hominem & occiderit morte moriatur. Nume.35.b. Si quis ferro percuſſerit,& mortuus fuerit,qui percuſſerit reus erit homicidij, & ipſe morietur.c. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit, ſimiliter punietur. Si ligno percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur.d.Homicida ſub teſtibus punietur, non accipietis precium ab eo qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe morietur. Deutero.17.b. Nemo occidatur vno contra ſe dicente teſtimonium.19.c.Si quis autem odio habens proximum ſuum, inſidiatus fuerit vitæ eius,ſurgénſque percuſſerit illum & mortuus fuerit,fugerítque ad vnam de ſupradictis vrbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius, & accipient eum de loco refugij, tra- III

déntque in manu proximi,cuius ſanguis effuſus eſt,& morietur,non miſereberis eius,& auferes ſanguinem noxium de Iſrael. Ioab proditoriè duos occidens finaliter per Salomonem ordinatione Dauid occiſus eſt. 3.Regum.2.a. Appropinquauerunt autē dies Dauid vt moreretur. Matt. 26.c. Omnes enim qui acceperint gladiū gladio peribunt.

IIII ¶*Frequenter oritur ex inuidia*. Sic Iudæi Chriſtū cruci affigi procurarunt. Matth.27.b. Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum. Iohan.8.f. Vos ex patre diabolo eſtis,& deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initiò. Iud.d. Vę illis qui in via Cain abierūt.

V ¶*Auaritia*. Sic Ieſabel ob vel vineam habendam occidi fecit Naboth.3.Reg.21.a. Poſt verba autem hæc tempore illo vinea erat Naboth Ieſrabelitæ. Iob. 24.e. Mane primo conſurget homicida interficiet egenum & pauperem:per noctem verò erit quaſi fur.

VI ¶*Luxuria*. Sic Dauid Vriam bello occūbere procurauit. 2.Reg.11.c. Factum eſt ergo mane, & ſcripſit Dauid epiſtolam. Item Herodes Iohannem. Marci.6.c. Ipſe enim Herodes miſit,ac tenuit Iohannem.

VII ¶*Ambitione*. Vnde Abimelech ſeptuaginta fratres, vt ipſe ſolus regnare poſſet,occidit. Iudic.9.a. Abiit autem Abimelech. Sic Athalia omne regium interfecit ſemē. 4.Regum.11.a. Athalia vero mater Achoziæ.

I HOminis *ueteris operatio*. Romano.7.d. Non enim quod volo. Concupiſcentia.1.

II ¶*Renouatio*. Matth.9.c. Neque enim mittunt. Gratia.1. Roma.6.b. Hoc ſcientes.5. 2.Cor.4.d. Licet is qui foris eſt,noſter homo corrūpatur: tamē is qui intus eſt renouatur de die in diem. 1.Cor.15.f. Primus homo de terra terrenus,ſecūdus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni:& qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē cœleſtis. Gala.2.d. Viuo autem iam nō ego, viuit vero in me Chriſtus.d. In Chriſto enim Ieſu neque circuncifio aliquid valet, neque præputium:ſed noua creatura. Epheſ. 4.e. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illū audiſtis,& in ipſo edocti eſtis,ſicut eſt veritas in Ieſu. Deponite

ponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritus mentis veſtræ & induite nouum hominem,qui ſecundum deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Coloſ.3.b. Nunc autem deponentes vos omnia,iram, indignationem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis,& induentes nouum eũ, qui renouatur in agnitionem dei ſecundum imaginẽ eius, qui creauit illum.

H*ominis nobilitas*. Ob animæ ſublimitatem. Gen.1.d. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtrã. 9.a. Ad imaginem quippe dei factus eſt homo. Pſal. 8.a. Minuiſti eum paulominus ab angelis. Sapientiæ.2. d. Quoniam deus creauit hominem inexterminabilem,& ad imaginem ſimilitudinis ſuę fecit illum. 3.a. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Eccleſiaſtici.15.c. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua, ſi volueris mandata conſeruare conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignem, & ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi, decimo ſeptimo.a. Deus de terra creauit hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Matthæi.10.c. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. I

¶*Humilitas ob materiæ uilitatẽ*. Gene.2.b. Formauit igitur dñs deus hominem de limo terræ. Iob.1.d. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meę & nudus reuertar illuc.10.b. Manus tuæ domine fecerunt me. Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me. Pſal.143.a. Homo vanitati ſimilis factus eſt. Sapiẽ.7.a. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam,& ſimilis exitus. Eccleſiaſtici.17.d. Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus, quoniam non eſt immortalis. Eſa.1.b. A planta pedis vſq; ad verticẽ non eſt in eo ſanitas. 41.f. Ecce vos eſtis ex nihilo,& opus veſtrũ ex eo quod non eſt. 45.b. Væ qui cõtradicit factori ſuo teſta de II

ſamiis terræ. Nunquid dicit lutum figulo ſuo quid facis & opus tuum abſque manibus eſt? Iacobi.1.b. Exortus eſt ſol cum ardore & areſecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.

III ¶ *Vitæ breuitatē*. Iob.8.b. Heſterni quippe ſumus & ignoramus, quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſuper terram. 10. d. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? 16.d. Ecce enim breues anni tráſeunt, & ſemitam per quā non reuertar ambulo. Pſalm.38.a. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos. 89.c. Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor. 101.b. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt. Ecclés. 9.c. Neſcit homo finē ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo cū ex templo ſuperuenerit. Sapien.2.b. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum. 5.b. Tranſierūt omnia illa tanquā vmbra, & tanquā nuncius præcurrens. Sic & nos nati continuo deſinimus eſſe. Eccli. 14.c. Omnis caro ſicut fœnū veteraſcet, & ſicut folium fructificās in arbore viridi. Alia generantur, & alia decidunt, ſic generatio carnis, & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur. Eſaiæ.40.b. Vox dicētis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum & decidit flos. Vere fœnum eſt populus. 1. Petri. 1.d. Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit fœnum & flos eius decidit.

IIII ¶ *Miſeriæ multiplicitatem*. Gene.3.d. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Iob.5.b. Homo naſcitur ad laborem. 7. a. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius. 14.a. Homo natus de muliere, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Ecclés.2.d. Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus, quo ſub ſole cruciatus eſt. Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit. 5.c. Eſt & alia infirmitas peſſima quam vidi ſub ſole. Diuitiæ.13. Quid ergo prodeſt ei

quod laborauit in ventum. Sapiẽ.9.c. Cogitationes enim mortalium timidę.d. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animã,& terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Eccleſiaſtici.40.a. Occupatio magna creta eſt omnibus hominibus,& iugũ graue ſuper filios Adę. Omnia quæ de terra ſunt in terram conuertentur,& aquę omnes in mare conuertentur.

HOnorandus deus cordialiter per debitam dilectionem. Prouerbiorum.7.a Fili honora dominum & valebis. Eccleſiaſtici.1.d. Execratio peccatori cultura dei. 7.d. Honora dominum ex tota anima tua. Malach.1.b. Filius honorat patrem. Filius.3. Mich.6.b. Quid dignum offeram domino? Curuabo genu deo excelſo. Nunquid offeram ei holocauſtomata? Nunquid placari poteſt deus in milibus arietum?c. Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudicium & diligere miſericordiã, & ſolicitum ambulare cum deo tuo. 1.Tit.1.d. Regi autem ſeculorum immortali,inuiſibili,ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculorum,Amen. I

¶ Reuerentialiter per deuotam laudationem. Deutero.10.d. Ipſe eſt laus tua & deus tuus. Pſalm.8.a. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ. 28.a. Afferte domino gloriam & honorem.33.a. Benedicam dominum in omni tẽpore,ſemper laus eius in ore meo. Magnificate dominum mecum.47.b. Secundum nomen tuũ deus ſic & laus tua. 49.c. Immola deo ſacrificium laudis. Peccatori autem dixit deus,quare tu enarras iuſtitias meas.d. Sacrificium laudis honorificabit me.18.f. Laudabo nomen dei cum cãtico. Et placebit deo ſuper vitulum cornua producentem. 118.e. Septies in die laudem dixi tibi. Prouerb.25.c. Acetum in nitro qui cantat carmina cordi peſſimo. Eccleſiaſtici.15.b. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. 39.d. Et nũc in omni corde & ore collaudate,& benedicite nomen domini. 43.d. Glorificantes dominum quantumcũque potueritis,ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominum exaltate illum quãtum poteſtis,maior eſt enim omni laude. Exaltãtes illum replemini virtute. 51.a. Cõfitebor tibi domine rex,& col- II

laudabo te deum ſaluatorem meum. Eſaiæ.12.a. Quia for titudo mea & laus mea dominus. 29.d. Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me: cor autem eius longe eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi. 42.b. Ponét domino gloriam, & laudem eius in inſulis nunciabunt. 43.d. Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit. 48.b. Propter nomen meum longe faciam furorem meum laude mea infrenabo te ne intereas. Threno.3.e. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlos. Oſee.7.d. Et non clamauerũt ad me in corde ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis. Amos.5.g. Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. Matth.15.b. Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſaias dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. 21.b. Videntes autem principes ſacerdotum & ſcribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Oſanna filio Dauid, indignati ſunt, & dixerunt, Audis quid iſti dicunt? Ieſus autẽ dixit eis: Nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Lucæ.19.f. Dico vobis quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. 1. Corin.14.c. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Ephe.5.d. Sed impleamini ſpiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis & cãticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domino. Coloſ.3.c. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia docẽtes & cõmonentes vobiſmetipſos in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritalibus in gratia cantantes deo in cordibus veſtris. Iaco.5.c. Triſtatur autẽ aliquis veſtrũ: oret æquo animo & pſallat. Apoc. 19.a. Et vox de throno exiuit dicens: Laudẽ dicite deo noſtro omnes ſancti eius, & qui timetis deũ puſilli & magni.

III ¶ *Virtualiter per dignam oblationeem ut ſit bona ſine defectu.* Gene.4.a. Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Et

reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit. Exod.23.b.Non apparebis in conſpectu meo vacuus.35.c.Egreſſáque omnis multitudo filiorũ Iſrael de cõſpectu Moſi obtulerũt mente prõptiſſima atque deuota.d.Omnes viri mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierẽt opera quæ iuſſerat dominus per Moſen. Leu.22.c.Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationẽ ſuam,vel vota ſoluens,vel ſponte offerens,quicquid illud obtulerit in holocauſtum domini,vt offeratur per vos,maſculus immaculatus erit, ſi maculam habuerit non offeretis neque erit acceptabile.Deut.16.d.Non apparebit ante dominum vacuus,ſed offeret vnuſquiſque ſecundum quod habuerit, iuxta benedictionem dei ſui quam dederit ei.2. Para.29.d.Tua ſunt omnia &quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Pſal.52.b. Voluntariè ſacrificabo tibi. Eccleſiaſtici.35. a. Non apparebis ante conſpectum domini vacuus.b. Bono animo gloriam redde deo,& non minuas primitias manuum tuarum.In omni dato hylarem. Decimatio.2. Malach.1.c.Si offeratis cæcum ad immolãdum, nónne malum eſt ? Et ſi offeratis claudum & languidum, nónne malum eſt?Offer illud duci tuo,ſi placuerit ei,& ſi ſuſceperit faciem tuam. d. Maledictus doloſor qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile domino.Quia rex magnus ego dicit dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

¶*Pura ſine peccato.*Leui.22.d.De manu alienigenę nõ offeretis panes deo veſtrò.Deutero.23.c.Non offeres mercedem proſtibuli.Pſal.50.d.Sacrificium deo ſpiritus contribulatus.Prouerbio.15.a. Victimæ impiorum abominabiles domino,vota iuſtorum placabilia.21.d.Hoſtiæ impiorum abominabiles,quę offeruntur ex ſcelere.Eccleſiaſtici.7.a. Ne dicas in multitudine munerum meorum reſpiciet deus, & offerente me deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet. d. Datum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offeres domino initia ſanctorum.35.a. Sacrificium ſalutare eſt, attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.b.Oblatio iuſti impinguat altare,& IIII

odor ſuauitatis eſt in conſpectu altiſſimi. Sacrificium iuſti acceptum deo, & memoriam eius non obliuiſcetur deus. Eſa.1.c. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum dicit dominus? Plenus ſum.d. Quum veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris? Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Incenſum abominatio eſt mihi. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Hie.11. a. Quid eſt quod dilectus in domo mea facit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es. Oſee.8.d. Hoſtias offerent, immolabunt carnes & comedent, & dominus non ſuſcipiet eas. Nunc recordabitur iniquitatis eorum.9.a. Non libabunt domino vinum, & non placebunt ei. Sacrificia eorum quaſi panis lugentium. Amos.5.f. Quod ſi obtuleritis mihi holocauſtomata & munera veſtra, non ſuſcipiam, & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam. Matth.27.a. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbonã, quia precium ſanguinis eſt. Marc. 7.b. Inuanum autem me colunt, docentes doctrinas hominum. Relinquentes enim mandata dei tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum, & calicum, & ſimilia his facitis multa.

V ¶ *Iuſta de populo.* 1. Paralippom.21.d. Dixítque rex Dauid Chornam. Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre domino holocauſtomata gratuita. Prouerbio.3.a. Honora dominum de tua ſubſtantia. Eccleſiaſtici.34.c. Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata: Dona iniquorum non probat altiſſimus, nec reſpiciet in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. d. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperis: quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.35.b. Noli offerre munera praua, non enim ſuſcipiet illa. Et noli inſpicere ſacrificium iniuſtum: quoniam dominus vindex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ. Non accipiet dominus perſonam in pauperem, & deprecationem læſi exaudiet. Eſaiæ.61.c. Ego dominus diligens iudicium & odio habens rapinam in holocauſtum. Marci.12.d. Et ſedens

dens contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa: Quum veniſſet autem vidua pauper, miſit duo minuta quod eſt quadrans. Et conuocans diſcipulos ait: Amen dico vobis quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miſerunt. Hæc verò de penuria ſua omnia quæ habuit miſit totum victum ſuum.

H*Onorandi ſunt parentes*. Cordialiter. Thobiæ.4.a. Audi fili mi verba mea, & ea in corde tuo quaſi fundamentum conſtrue. Cum acceperit deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te, in vtero ſuo. Cum autem & ipſa compleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelies eam circa me. Prouerbiorum. 23. c. Audi patrem tuum qui te genuit, & ne contemnas cum ſenuerit mater tua. Eccleſiaſtici.3.b. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui: & non contriſtes eum in vita illius, & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in tua virtute. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies ſoluentur peccata tua. Vnde dominus matrem in cruce cordialiter Iohanni commendauit. Iohan.19. e. Stabat autem iuxta crucē Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalenę. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrē, & diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. I

¶ *Diligenter*. Prouerbiorum.15. c. Filius ſapiens lætificat patrem, & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. Eccleſiaſtici.3. a. Qui timet dominum, honorat parentes: & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt. 7. c. Honora patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris, & retribue illis, quomodo & illi tibi. Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes. Lucæ.2.g. Et deſcendit cum eis & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Coloſſen. 3.d. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in domino. II

III *Affectualiter propter dei iuſſionem.* Leuiti.19.a. Vnuſquiſque patrem ſuum & matrem ſuam timeat. Deut.5.b. Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcepit tibi dominus, vt longo viuas tempore, & bene ſit tibi in terra quàm dominus daturus eſt tibi. Matthæi.15. a. Quare vos transgredimini mandatum dei propter traditionem veſtram? Nam deus dixit: Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicunque dixerit patri vel matri: munus, quodcunque eſt ex me, tibi proderit & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam.

IIII *Ob boni conſecutionem.* Exod.20.c. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quàm dominus deus tuus dabit tibi. Prouer.17. a. Corona ſenum filij filiorum, & gratia filiorum patres eorum. Eccleſiaſtici.3.a. Iudicium patris audite filij dilecti. Deus enim honorauit patrem in filiis.b. In omni opere & ſermone & omni patientia honora patrem tuum vt ſuperueniat tibi benedictio à deo, & benedictio illius in nouiſſimo manet. Benedictio patris firmat domos filiorũ. Hiere.35.d. Domui autem Rechabitarum dixit Hieremias: Hæc dicit dominus. Pro eo quod obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mãdata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis, propterea hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael. Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Epheſ. 6.a. Filij obedite parentibus veſtris in domino: hoc enim iuſtum eſt, honora patrem tuum, & matrem tuam, quòd eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

X *Mali euaſionem.* Cam patri nudato reuerentiam non exhibens maledictionem incurrit. Deriſio.4. Exo.21.b. Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. Deut.21. d. Si genuerit homo. Filius.9. 27.c. Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem ſuam. Vnde Abſalon perſequendo patrem tribus lanceis transfoſſus interiit. 2. Reg.18.b. Accidit autem vt occurreret Abſalõ ſeruis Da-

uid ſedens mulo. Prouerb. 19.d. Qui affligit patrem, & fugat matrem ignominioſus erit & infœlix. 20.c. Qui maledicit patri & matri extinguetur lumẽ eius in mediis tenebris. 28.d. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo & à matre, & dicit hoc nõ eſſe peccatum particeps homicidæ eſt. 29.d. Verbum cuſtodiens filius extra perditionem erit. 30.e. Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus.

¶*Honor debite exhibendus.* Prouerb. 3.d. Gloriam ſapientes poſſidebunt, ſtultorum exaltatio ignominia. 26.b. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem. Eccleſiaſt. 4.a. Et magnato humilia caput tuum. 10.c. Semen hominum honorabitur hoc quod timet deum, ſemen autem hoc exhonorabitur quod præterit mandata dei. 11.a. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum comedere eum faciet. 21.d. Tacitus & ſenſatus honorabitur. 37.d. Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. XI

¶*Honeſte conſeruandus.* 1. Regum. 2.f. Quicunque honorificauerit me glorificabo eum, qui autem contemnunt me erunt ignobiles. Prouerb. 3.b. Ne des alienis honorem tuum. Eccleſi. 10.c. Gloria diuitum honoratorum & pauperum timor dei eſt non deſpicere hominem iuſtum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem. d. Fili in manſuetudine ſerua animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum. Peccãtem in animam ſuam quis iuſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? XII

¶*Inique non ambiendus.* Abimelech fratricidium ob honoris faſtigium conſequendum committens per mulierem fragmine molæ interfectus eſt. Iudicum. 9.a. Abiit autem Abimelech filius Hierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ. Prouerb. 26.a. Quomodo nix in æſtate & pluuiæ in meſſe: ſic indecẽs ſtulto gloria. Eccleſi. 7.a. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. 10.d. Inſcius non honorabitur, & eſt homo qui honorificabitur propter ſubſtantiam ſuam. Luc. 14.b. Cum inuitatus XIII

fueris. Humilitas.4. 20.g. Attendite à ſcribis, qui volunt ambulare in ſtolis & ſalutationes amant in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuiis. Qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem. Hi accipiẽt damnationem maiorem. Saluator quæſitus in regem fugit. Iohan.6. b. Ieſus ergo cum cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eum & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. Ad paſſionem autem & opprobria quæſitus occurrit. Iohan. 18. a. Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum proceſſit,& dixit eis:Quem quæritis?

I Hoſpitalitas ordinate conſeruatur. Vnde Abraham pro hoſpitibus colligendis ad oſtium tabernaculi ſui excubabat. Geneſis.18.a. Apparuit autem ei dominus in conualle Mambræ. Sic Loth in foribus ciuitatis Sodomæ. Geneſis.19. a. Venerúntque duo angeli Sodomam veſperi, ſedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidiſſet eos ſurrexit,& iuit obuiam eis. Iob.31.d. Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit. Roman.12.c. Hoſpitalitatem ſectantes.1.Petri.4.c. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.

II ¶ Copioſe remuneratur. Eſaiç.58.c. Frange eſurienti. Eleemoſyna.6. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum,& ſanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet te,clamabis, & dicet adſum. Matth.10.d. Qui recipit vos me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.18. a. Et qui ſuſceperit vnum paruulum talẽ in nomine meo, me ſuſcipit.26.c. Venite benedicti patris mei. Eleemoſyna. 2. Iohannis. 13.c. Amen amen dico vobis qui accipit, ſi quem miſero, me accipit. Hebræo.13.a. Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis.

I Humilitas vera deum placat. Vnde Achab. Pœnitentia.1. Sic filij Iuda ſub Roboan. 2.Para.13.a. Semeias autem propheta

propheta ingreſſus eſt ad Roboan. Quia humiliati ſunt non diſperdam eos.

¶*Chriſto aſſimilat.* Matthæi.11.d. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. 20.d. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus. Sicut filius hominis nõ venit miniſtrari ſed miniſtrare, & dare animã ſuam redemptionem pro multis. Iohan.13.b. Vos vocatis me magiſter & mine, & bene dicitis. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Philippen.2.a. Hoc enim ſentite in vobis quod eſt in Chriſto Ieſu. Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum factus obediẽs vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illũ, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur: quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. II

¶*Homines magnificat apud deum.* Hinc Sauli dicitur.1.Regum.15.d. Nónne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? Iudith.9.d. Humilium & mãſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Iob.5.b. Qui poſuit humiles in ſublime. 23.d. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria. Pſal.17.d Quoniam tu populum humilem ſaluum facies. 33.d. Et humiles ſpiritu ſaluabit. 50.d. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus. 112.b. Quis ſicut dominus deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra. Suſcitans de terra inopem. Vt collocet eum cum principibus. 114.b. Cuſtodiens paruulos dominus, humiliatus ſum & liberauit me. Prouerb.15.d. Gloriam præcedit humilitas. 18.b. Antequam conteratur exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur humiliatur. 29.d. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Eccle.3.c. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies III

gratiam. Eſaiæ. 57. d. Quia hæc dicit excelſus & ſublimis, habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito & humi ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. 66. a. Ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos. Matthæi. 18. a. Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum. 23. b. Et qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Lucæ. 1. c. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. Iacobi. 4. c. Humiliamini in conſpectu domini, & exaltabit vos. 1. Petri. 5. b. Humiliamini ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

IIII ¶ *Apud homines.* Prouerbiorum. 11. a. Vbi autem eſt humilitas, ibi ſapientia. 25. a. Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnatorum ne ſteteris. Melius eſt enim vt dicatur tibi. Aſcende huc, quàm vt humilieris coram principe. Eccle. 10. c. Radices gentium ſuperbarum arefecit dominus, &c.

V ¶ *Memoriam ſuperborum perdidit deus, & relinquit memoriam humilium ſenſu.* Sapientia humiliati. Honor. 11. Luc. 14. b. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade recumbe in nouiſſimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice aſcende ſuperius, & tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus, quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & omnis qui ſe humiliat exaltabitur.

VI ¶ *Humilitas uera deum attendit.* Sic Dauid coram arca ludens ſe humiliauit. 2. Regum. 6. c. Abiit ergo Dauid & adduxit arcam dei. Eccleſ. 13. b. Humiliare deo & expecta manus eius. Eſaiæ. 45. d. Mihi curuabitur omne genu. Lucæ. 17. c. Sic & vos cum feceritis omnia quę pręcepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles ſumus. Iacob. 4. b. Subditi eſtote deo.

VII ¶ *Seipſam uilipendit.* Sic Abraham. Geneſis. 18. d. Loquar

ad dominum meum cum ſim puluis, & cinis. Deuterono. 9.b. Scito ergo, quòd non propter iuſtitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſſionem, cum duriſſimæ ceruicis ſis populus. Memento & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuum. 2. Regum. 6.d. Dixítque Dauid ad Michol. Viuit dominus, quia ludam ante dominũ. Et ludam & vilior fiam plus quàm factus ſum: & ero humilis in oculis meis. Eccle. 7.b. Humilia valde ſpiritũ tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. 16.b. Attende ne ſeductus in ſtultitia humilieris. Noli eſſe humilis in ſapiẽtia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. Lucæ. 18.c. Et publicanus à lõge ſtans, nolebat nec oculos in cœlum leuare. Dico autem vobis deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

¶ *Proximum magnipendit.* Sic Moſes alium aptiorem pro populi de AEgypto eductione iudicans ait. Exo. 3.c. Quis ſum ego vt vadam ad Pharaonem & educam filios Iſrael de AEgypto? Roma. 12.d. Non alta ſapientes ſed humilibus conſentientes. Epheſ. 4. Obſecro itaque vos. Dilectio proximi. 5. Subiecti inuicem in timore domini. Philip. 2.a Sed in humilitate. Ibidem. 1. Petr. 5.b. Omnes enim inuicem humilitatem inſinuate. VIII

¶ *Humilitas ficta malum intendit.* Sic Abſalon ficta apud populum humiliatione regnum patris ambiuit. 2. Reg. 15.a. Igitur poſt hęc fecit ſibi Abſalon currus & equites. Eccle. 19.d. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. Et eſt iuſtus qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate: & eſt iuſtus qui inclinat faciem ſuam, & fingit non videre ſe quod ignoratum eſt. Et ſi ab imbecillitate virium vetatur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi malefaciet. IX

HYpocriſis *prohibitio.* Eccleſiaſtici. 1.d. Ne fueris hypõcrita. Cor. 3. Lucæ. 12.a. Attendite à fermento Phariſæorum quod eſt hypocriſis. I

¶ *Conditio.* Eſaiæ. 65.a. Qui dicunt recede à me: non appropinques mihi quia immundus es. Matth. 23.a. Omnia II

vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. c. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

III ¶ *Punitio*. Iob. 8.c. Spes hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia eius. 13.e. Non enim veniet in cõſpectu eius omnis hypocrita. 15.d. Congregatio enim hypocritę ſterilis. 20.a. Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit. Quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant dicent, vbi eſt? Velut ſomnium auolans non inuenietur. b. Filij eius atterentur egeſtate, & manus illius reddent ei dolorem ſuum. 27.b. Quæ eſt enim ſpes hypocritæ, ſi auare rapiat, & non liberet deus animam eius? Nunquid audiet deus clamorem eius, cum venerit ſuper eum anguſtia? Eccle. 3.d. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus. Matth. 24.d. Partémque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium.

## I

I IDololatriæ prohibitio ſtricta. Exod. 20.a. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quę eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorebis ea, neque coles. d. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. 23.c. Non adorabis deos eorũ, nec coles eos. 34.c. Deos conflatiles non facies tibi. Leuit. 19.a. Noli conuerti ad idola, nec deos cõflatiles facietis vobis: Ego dominus deus veſter. Deut. 4.c. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis dominus in Oreb de medio ignis. Ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem, maſculi vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum quæ

ſunt

ſunt ſuper terram, vel auium ſub cœlo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium quæ ſub terra morantur in aquis, ne fortè eleuatis oculis. Aſtrologia. 15.a. Non habebis deos alienos in conſpectu meo. Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cœlo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra. Non adorabis ea & non coles. 16.d. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare domini dei tui, nec facies tibi atque conſtitues ſtatuam, quæ odit dominus deus tuus. 4. Reg. 17.g. Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos neque colatis eos. Pſal. 95 b. Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Eſaiæ. 40.e. Cui ergo ſimilem feciſtis deum, aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid ſculptile conflabit faber, aut artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius.

¶ *Conditio uana.* Iudic. 6.f. Nunquid vltores eſtis Baal. Si deus eſt, vindicet ſe de eo, qui ſuffodit aram eius. Iob. 31. c. Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & oſculatus ſum manum meam ore meo. Et lætatum eſt in abſcondito cor meum. Quę eſt iniquitas maxima, & negatio contra deum altiſſimum. Pſal. 113.b. Simulachra gentium argentum & aurum. Os habent & non loquentur. Aures habent & non audient. Manus habent & non palpabunt. Sapientiæ. 13.b. Infœlices autem ſunt & inter mortuos ſpes illorum, qui appellauerunt deos opera manuum hominum. d. Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt, & pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt, & de acquirendo, & de operando: & de omnium rerum euentu, petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis. 14.d. Infandorum enim cultura idolorum omnis mali cauſa & initium, & finis. Aut enim dum lætantur inſaniunt, aut certè vaticinātur falſa, aut viuunt iniuſtè, aut periurant citò. Eſaiæ. 2.c. Opus manuum ſuarum adorauerunt quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir. 40. e. Forte lignum & imputribile elegit ſibi artifex ſapiens. Quęrit quomodo ſtatuat ſimulachrum, quod non mouea-

tur.44.b.Nunquid eſt deus abſque me, & formator quem ego non nouerim? Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amātiſſima eorum non proderunt eis. Ipſi ſunt teſtes eorum quia nō vident,neque intelligunt,vt confundantur.c.Plātauit pinum quàm pluuia nutriuit, & facta eſt hominibus in focum. Sumpſit ex eis & calefactus eſt, & ſuccendit & coxit panes; de reliquo operatus eſt deum,& adorauit,fecit ſculptile & curuatus eſt ante illud. Medium eius combuſſit ignis,& de medio eius carnes coxit, comedit & ſaturatus eſt,& calefactus eſt, & dixit neque cognoſcūt, neque ſentiunt vt dicant. Medietatem eius combuſſi igni & coxi ſuper carbones eius, panes coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam. Ante truncum ligni procidam. Vah calefactus ſum quia vidi focum. Reliquum autem eius deum fecit, & ſculptile ſibi. Curuatur ante illud & adorat illud, & obſecra dicens: Libera me quia deus meus es tu. Neſcierunt neque intellexerunt. Non recogitant in mente ſua. Cor inſipiens adorabit illud & non liberabit animam ſuam,neque dicet fortè mendacium eſt in dextera mea.46.b.Cui aſſimilaſtis me & adęquaſtis & cōparaſtis me,& feciſtis ſimilem. Qui confertis aurū de ſacculo,& argentum ſtatera ponderatis, conducentes artificem vt faciat deum, & procidunt, & adorant. Portant illum in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo, & ſtabit ac de loco ſuo non mouebitur.c.Sed & cum clamauerint ad eum nō exaudiet: de tribulatione non ſaluabit eos. Mementote illud & confundamini: redite præuaricatores ad cor.

II ¶ *Punitio dura.* Vnde ob vitulum conflatilem per Aaron factum occiſi fuerunt quaſi viginti tria millia hominum. Exodi.32.a.Videns autem populus quòd moram faceret deſcendendi de monte Moſes. Deutero.4.d. Si genueritis filios ac nepotes,& morati fueritis in terra,deceptíque feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram domino deo veſtro, vt eum ad iracundiam prouocetis,teſtes inuoco hodie cœlum & terram, citò perituros vos eſſe de terra, quàm tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. 13.b. Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris

tuæ

tuæ aut filius tuus, vel filia, ſiue vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clàm dicens: Eamus & ſeruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarum in circuitu gentium quæ iuxta vel procul ſunt ab initio vſque ad finem terræ, non acquieſcas ei nec audias, neque parcat ei oculus tuus, vt miſerearis & occultes eum, ſed ſtatim interficies. c. Sit primum manus tua ſuper eum: & poſt te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur. 27.c. Maledictus homo qui facit ſculptile. Pſalmo. 96.a. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia. 113.b. Similes illis fiant qui faciunt ea. Eſaiæ.42.b. Gloriam meam alteri non dabo & laudem meam ſculptilibus. c. Confundantur confuſione qui confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili vos dij noſtri. Hieremię.2.c. Tranſite ad inſulas cethim, & videte ſi factum eſt huiuſcemodi, ſi mutauit gens deos ſuos. Et certè ipſi non ſunt dij. Populus verò meus mutauit gloriam ſuā in idolum. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer dicit dominus.

¶ *Occaſio voluptuoſa.* Exod. 32.b. Surgentéſque mane obtu- III
lerunt hocauſta & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Sap.14.b. Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ eſt. Neque enim erat ab initio, neque erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominū hæc adinuenit. Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc, quaſi homo mortuus fuerat, nunc tāquam deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.

I*Eiunii boni modus quo ad intentionem.* Matth.6.c. Tu autem I
cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuā laua: ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcōdito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

¶ *Proſecutionem.* Nume.30.c. Si vouerit & iuramento ſe II
conſtrinxerit, vt per ieiunium vel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animā ſuam, in arbitrio viri erit ſi faciat (vxor ſcilicet) ſiue non faciat: Quod ſi audiens vir tacuerit, & in alterā diem diſtulerit ſententiā quicquid vouerat

atque promiſerat reddet, quia ſtatim vt audiuit tacui. Sin autem contradixerit poſtquàm reſciuit portabit ipſe iniquitatem eius. Eſa.58.b. Nónne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti ſunt liberos & omne onus dirumpe. Frange eſurienti. Eleemoſyna.6. Ioel.1.c. Sanctificate ieiuniũ.2.d. Canite tuba in Sion: ſanctificate ieiuniũ.2.Cor.6.a. In omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros in multa patientia, in ieiuniis.

III ¶ *Fructus deum placat.* Hinc Moſes iram domini placaturus pro vituli adoratione quadraginta diebus ieiunauit. Deutero.9.c. Et procidi ante dominum ſicut prius quadraginta diebus & noctibus panẽ non comedens, & aquã non bibens propter omnia peccata veſtra, quę geſſiſtis cõtra dominum, & eum ad iracundiam prouocaſtis. Timui enim iram & indignationem illius, qua aduerſum vos concitatus delere vos voluit. Et audiuit me dominus etiam hac vice. Achab comminationem domini per prophetam audiens in cilicio & ieiunio ſe humiliauit. 1.Regũ.21.g. Itaque cum audiſſet Achab ſermones iſtos. Sic Niniuitæ audientes prophetam Ionam ſubuerſionem ciuitatis prophetantem in humilitate ieiunarunt. Ionæ.3.b. Et crediderunt viri Niniuitæ domino & prędicauerunt ieiunium.

IIII ¶ *Victoriam præſtat de hoſte ſpirituali.* Matth.17.d. Hoc autem genus non eiicitur niſi per orationem & ieiunium.

V ¶ *Corporali.* Sic & filij Iſrael bis debellati à Philiſtiim ieiunantes & orantes tertia vice victores fuerunt. 1.Regum.7.b. Dixit autem Samuel congregatę vniuerſum Iſrael in Maſphat, & orem pro vobis dominum.

VI ¶ *Carnem refrenat.* Pſal.34.c. Humiliabam in ieiunio animam meã.108.c. Genua mea infirmata ſunt propter oleũ.

VII ¶ *Orationem iuuat.* Thob.12.b. Bona eſt oratio cum ieiunio. Daniel in ieiuniis ſacco & cinere orauit dominum. Dan.9.a. In anno primo Darij filij Aſſueri.

VIII ¶ *Ieiunii mali qualitas.* Eſaiæ.68. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens quę

iuſtitiam

iuſtitiam fecerit, & quæ iudicium dei ſui non dereliquerit. Rogant me iudicia iuſtitię, & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur volũtas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutis pugno, impie. b. Nolite ieiunare ſicut vſque in hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiuniũ quod elegi per diem affligere hominem animã ſuam? Nũquid iſtud vocabis ieiunium acceptabile domino? Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum: & ſaccum & cinerem ſternere? Matth. 6. b. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

¶ *Vanitas*. Hiere. 14. b. Cum ieiunauerint non audiã preces eorum. Eccli. 34. d. Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit mortuum, quid prodeſt lauatio illius: ſic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliãdo ſe? Orationem eius &c. Matth. 6. b. Amẽ amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. IX

¶ *Ieiunium Chriſti* Matth. 4. a. Tũc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo & cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Mar. 1. b. Et ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum. Lucæ. 4. a. Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane, & agebatur à ſpiritu in deſertum. X

I*Gnorantia turpiter admittitur*. Iob. 21. b. Qui dixerunt deo. Cognitio. 2. Sap. 13. a. Vani autẽ ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia dei. Hiere. 8. c. Miluus in cœlo cognouit tẽpus ſuum. Oſee. 4. a. Audite verbũ domini filij Iſrael. Non eſt enim veritas. Cognitio. 1. 6. c. Miſericordiam volui. Ibidẽ. 1. Cor. 15. e. Ignorantiã enim dei quidã habẽt. Eph. 4. e. Hoc igitur dico & teſtificor in domino: vt iam nõ ambuletis ſicut & gentes ambulant. Cęcitas. 21. I

¶ *Grauiter punitur*. Eſaiæ. 5. d. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. 27. d. Non enim populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius qui II

fecit eum. Bar.3.c. Et quoniam non habuerunt ſapientiã, interierunt propter ſuã inſipientiam. Oſee.4.b. Quia tu ſcientiam repuliſti repellãte ne ſacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorum tuorũ & ego. d. Et populus non intelligens vapulabit. 1.Cor.14.g. Si quis ignorat ignorabitur.

I Imitandus deus. Singulariter. Deut.13. Dominũ deum veſtrum ſequimini. 3.Regũ.18.d. Vſquequo claudicatis in duas partes. Si dominus eſt deus ſequimini eum. Eſa.51.a. Audite me qui ſequimini quòd iuſtũ eſt, & quæritis dominũ. Attẽdite ad petram vnde exciſi eſtis. Hiere.3.f. Patrẽ vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Matth.8.c. Et accedẽs vnus ſcriba ait illi: Magiſter ſequar te quocunq; ieres. Et dixit ei Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet.16.d. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum.19.c. Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis theſaurũ in cœlis, & veni ſequere me. Ioh.10.e. Oues meę vocẽ meam audiunt, & ego cognoſco eas: & ſequuntur me, & ego vitã ęternam do eis, & non peribunt in ęternũ, & non rapiet eas quiſquã de manu mea. 13.b. Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Eph.5.a. Eſtote ergo imitatores. Dilectio dei.2. 1.Ioh.2.a. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ãbulare

II ¶ *Celeriter*. Matth.4.d. At illi continuò relictis retibus & patre (Petrus & Andreas) ſecuti ſunt eum. 8.c. Alius autẽ de diſcipulis eius ait illi: Domine permitte me primum ire & ſepelire patrem meum. Ieſus autem ait illi: Sequere me & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Luc.5.f. Et poſt hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui ſedẽtem ad theloneum, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus ſurgens ſecutus eſt eum.

III ¶ *Diligenter*. Iob.23.c. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus viam eius cuſtodiui, nec declinaui ex ea. Hierem.17.b. Et ego non ſum turbatus te paſtorẽ ſequens. Matth.10.d. Et qui nõ accipit. Crux.4. Luc.9.c. Si quis vult poſt. Crux.5. g. Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu autem vade & annuncia

annuncia regnum dei. Et ait alter; Sequar te domine,ſed permitte mihi primo renunciare his qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus: Nemo mittens manum ad aratrũ, & aſpiciens retro,aptus eſt regno dei.1.Pet.2.d. Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.4.a.Chriſto igitur paſſo. Voluntas.2.

IIII ¶ *Exultanter.* Ecclés.2.c. Quid eſt inquam homo vt ſequi poſſit regem factorem ſuum. Eccle.23.d.Gloria magna eſt ſequi dominum: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. Matt.11.d.Tollite iugum meum ſuper vos,&diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.19.d.Amen dico vobis quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Iohan.8. b. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitę.12.d.Si quis mihi miniſtrat me ſequatur. Et vbi ſum ego illic & miniſter meus erit.14. a. Ego ſum via, veritas & vita.

V ¶ *Imitandus homo prudenter.* Pſal.38. a. Noli æmulari in malignãtibus.b.Noli ęmulari in eo qui ꝓſperatur.Prou.3. d.Ne æmuleris hominẽ iniuſtũ,nec imiteris vias eius.4.c. Ne delecteris in ſemitis impiorũ.24.a.Ne ęmuleris viros malos.Hie.10.a.Iuxta vias.Aſtrologia.2.1.Cor.4.d.Rogo ergo vos imitatores mei eſtote,ſicut&ego Chriſti:ideo miſi ad vos Timotheũ, qui vos cõmonefaciat vias meas q̃ ſunt in Chriſto Ieſu.1.Cor.2.d.Chriſti bonus odor ſumus deo:in iis qui ſalui fiũt,&in iis qui pereũt. Aliis quidẽ odor mortis in mortẽ:aliis autẽ odor vitę in vitã.Phil.3.d.Imitatores mei eſtote. Crux.3.4.b.De cętero fratres,Cogitatio.2.Theſ.3.b.Denũciamus autẽ vobis in nomine domini Ieſu Chriſti,vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinate,& non ſecundum traditionẽ quàm accepiſtis à nobis. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos.Heb.6.c. Cupimus autẽ vnumquenque veſtrum eandem oſtentare ſollicitudinem, ad expletionem ſpei, vſque in finem,vt non ſegnes efficiamini,verũ imitatores eorum qui fide & paciẽtia hæreditabanṫ promiſſiones.3.Iohan.c.

Chariſſime noli imitari malum ſed quod bonum eſt.

I IMpii *deum contemnunt*. Iob.21.b. Qui dixerunt deo rece-de à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quid eſt omnipotens vt ſeruiamus ei, & quid nobis proderit ſi o-rauerimus illum? Pſalmo.11.b. In circuitu impij ambulant. 13. a. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti. 35. a. Dixit in-iuſtus vt delinquat in ſemetipſo. Quoniam doloſe egit in conſpectu eius. Iniquitaté meditatus eſt in cubili ſuo. Pro-uerbio. 2. c. Qui relinquunt iter rectum & ambulant per vias tenebroſas qui lætantur cum malefecerint: & exultant in rebus peſſimis. 11. c. Impius facit opus inſtabile. 15. b. Abominatio eſt domino via impii. d. Longe eſt dominus ab impiis. 18. a. Impius cum in profundum venerit pecca-torum contemnit, & ſequitur eum ignominia & oppro-brium 21. d. Vir impius proeaciter obfirmat vultum ſuum. Eccleſia. 8. e. Eſt & alia vanitas quæ fit ſuper terram. Sunt iuſti quibus mala proueniunt, quaſi opera egerint impio-rum, & ſunt impij qui ita ſecuri ſunt quaſi opera iuſtorum habeant. Sapientiæ. 14. b. Similiter autem odio ſunt deo impius & impietas eius. Eſaiæ. 28. d. Audite verbum do-mini viri illuſores. Dixiſtis enim: Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Poſuimus menda-cium ſpem noſtram : & mendacio protecti ſumus. 38. c. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt. Euangelium. 17. Hieremiæ. 7. b. Ecce vos confiditis vobis in ſermoni-bus mendacij, quæ non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter. libare Baalim, ire poſt deos alienos quos ignoratis. Et veniſtis & ſtetiſtis coram me in domo hac in qua inuocatum eſt nomen meum, & dixi-ſtis, liberati ſumus eo quòd fecerimus omnes abominatio-nes iſtas. 44. d. Sermonem quem Euangelium. 18. Ma-lach. 3. d. Inualuerunt ſuper me verba veſtra dicit domi-nus. Et dixiſtis: Quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis: Va-nus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumentum quia cuſto-diuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes co-ram domino exercituum. Ergo nunc beatos dicimus ar-rogantes. Siquidem ædificati ſunt facientes impietates, &

tentauerunt deum & ſalui facti ſunt. Tunc locuti ſunt timentes deum vnuſquiſque ad proximum ſuum. Et attendit dominus, & audiuit & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo, timentibus dominum & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi ait dominus exercituum in die qua ego facio, in peculium, & parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo, ſeruienti ſibi. Et conuertimini & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo, & non ſeruientem ei.

¶ *Proximum opprimunt*. Sic AEgyptij filios Iſrael. Exod. 1.b. Surrexit interea rex nouus ſuper AEgyptum. Iob. 15. c. Cunctis diebus ſuis ſuperbit impius, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eis. 21.a. Quare ergo impij viuunt ſubleuati ſunt, confortatíque diuitiis. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum? Semen impiorum permanet coram eis. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga dei ſuper illos. Bos eorum concepit & non abortiuit, vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum. Gaudium. 8. Prouer. 10.b. Os impiorum operit iniquitas. 12. a. Verba impiorum inſidiantur ſanguini. 21.b. Anima viri impij deſiderat malum, non miſerebitur proximo ſuo. 25. d. Fons turbatus pede & vena corrupta iuſtus cadens coram impio. 27.d. Cor iniqui inquirit mala. 28.a. Viri mali non cogitant iudicium. b. In exaltatione iuſtorum multa gloria, regnãtibus impiis ruinæ hominum. d. Cum ſurrexerint impij abſcondentur homines. 29. a. In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus, cum impij ſumpſerint principatum gemet populus. 29.b. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera & iuſti ruinas eorum videbunt. Sapien. 2. c. Opprimamus pauperem & iuſtum, & non parcamus viduæ, nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ. Eccleſiaſtici. 27. b. Narratio peccatium odioſa. Eſa. 57. d. Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Non eſt pax impiis dicit dominus omnipotens. 59. Opera eorum opera

inutilia,& opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorũ ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinẽ innocentẽ. Vaſtitas & contritio in viis eorũ. Viam pacis neſcierunt,& non eſt iudicium in greſſibus eorũ. Semitæ eorũ incuruatę ſunt eis,omnis qui calcat in eis ignorat pacẽ.

III ¶ *Seipſos perdunt.* In anima. Iob.10.c. Et ſi impius fuero væ mihi eſt. 21.d. Quia in diem perditionis ſeruatur impius,& ad diem furoris ducetur. Pſalmo.20.c. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Pones eos vt in clibanum ignis in tempore vultùs tui. Quoniam declinauerunt in te mala. Prouer.5.d. Iniquitates ſuæ capient impium,& funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Ipſe morietur quia non habuit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur. 10.d. Anni impiorum breuiabuntur. 11.a. In impietate ſua corruet impius. 14.d. In malitia ſua repelletur impius. Eccleſiaſtes. 7.c. Ne impie agas multum, & noli eſſe ſtultus ne moriaris in tempore non tuo. Sapien.3.b. Impij ſecundum quæ cogitauerunt correptionem habebunt, qui neglexerunt iuſtum, & à domino receſſerunt. 5.c. Talia dixerunt, in inferno hi qui peccauerunt,quoniam ſpes impij tãquam lanugo quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur. Eccleſiaſtici. 7.b. Vindicta carnis impij ignis & vermis. 41.b. Væ vobis viri impij, qui dereliquiſtis legem altiſſimi. Et ſi nati fueritis in maledictione naſcemini: & ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra. Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur, ſic impij à maledicto in perditionem. Eſaiæ.3.b. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. 26.b. Misereamur impio & non diſcet iuſtitiam facere. In terra ſanctorũ iniqua geſſit,& non videbit gloriam domini. Ezec.18.f. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatem ſecũdum omnes abominationes quas operari ſolet impius,nũquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius, quas fecit, non recordabuntur. In præuaricatione qua præuaricatus eſt,& in peccato ſuo quòd peccauit,in ipſis morietur.

IIII ¶ *Prole.* Iob.11.d. Oculi autem impiorum deficient,& effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ.

21.c.

21.c. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & ſuperue-
niet eis inundatio, & dolores diuidet furoris ſui, erunt ſi-
cut paleæ ante faciem venti & ſicut fauilla quàm turbo di-
ſpergit. Deus ſeruauit filiis illius dolorem patris, & quum
reddiderit, tunc ſciet. 27. c. Hæc eſt pars impij apud deū.
Pſal. 29. c. Fructum eorum de terra perdes & ſemen eo-
rum. 36. e. Iniuſti autem diſperibunt ſimul reliquiæ im-
piorum. Sapientiæ. 4. a. Multigena autem. Arbor. 3. b. Ex
iniquis enim. Filius. 8. Eccleſiaſtici. 40. c. Nepotes im-
piorum non multiplicabunt ramos. 41. b. Filij abomina-
tionum. Filius. 9.

¶ *Fama.* Prouer. 10. b. Nomen impiorum putreſcet. 28 a. V
Qui derelinquunt legem, laudant impium. Sapientiæ. 4. c.
Condemnat autem iuſtus mortuus viuos impios, & iuuen-
tus celerius conſummata, longam vitam iniuſti. d. Vide-
bunt enim finem ſapientis, & non intelligent quid cogi-
tauerit de illo deus, & quare minuerit illum dominus. Vi-
debunt enim & contemnent eum: illos autem deus irri-
debit, & erunt poſt hæc decedentes ſine honore & in con-
tumelia inter mortuos in perpetuum.

¶ *Subſtantia temporali.* Iob. 8. d. Tabernaculum impiorum VI
non ſubſiſtit. Pſal. 1. b. Non ſic impij non ſic, ſed tanquam
puluis. 36. c. Vidi impium ſuperexaltatum: & trāſiui & ec-
ce non erat. Prou. 3. d. Egeſtas à domino in domo impij.
10. d. Quod timet impius veniet ſuper eum. 12. a. Non ro-
boratur homo ex impietate. 14. b. Domus impiorum dele-
bitur. 28. a. Fugit impius nemine perſequente. Eccleſiaſti-
ci. 40. b. Subſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur,
& ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt.

I*nduratio oritur ex gratiæ ſubtractione iuſta.* Exod. 4. e. Vide I
omnia oſtēta quæ poſui in manu tua facias corā Pharao-
ne. Ego indurabo cor eius, & nō dimittet populū meū. 7. a.
Sed ego indurabo cor eius. 9. c. Idcirco autē poſui te, vt o-
ſtēdam in te fortitudinē meā, vt annūcietur nomē meū in
vniuerſa terra. 10. a. Ego enim induraui cor eius, & ſeruorū
illius. 14. a. Et indurabo cor eius, & glorificabor in Pharao-
ne. d. Ego autē indurabo cor Aegyptiorū vt perſequantur
vos. Ro. 9. Igitur non eſt volētis neque currētis ſed miſe-

rētis dei. Dicit enim ſcriptura. Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutē meā. Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. 10. d. Nunquid Iſrael non cognouit? Primus Moſes dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem inſipientem, in iram vos mittam. Eſaias autem audet & dicit: Inuentus ſum à non quærentibus, palàm apparui his qui me non interrogabāt. Ad Iſrael autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi.

II ¶ *Ex gratiæ repulſione iniqua.* Deutero. 10. d. Ceruicem veſtram ne induretis. Acceptio perſonarum. 1. 4. Regum. 17. c. Et teſtificatus eſt dominus in Iſrael & Iuda. Reuertimini à viis veſtris peſſimis. Qui non audierunt ſed indurauerunt ceruicem ſuam, iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui noluerunt obedire domino deo ſuo. Eſaiæ. 46. d. Audite me duro corde, qui longe eſtis à iuſtitia. Propè feci iuſtitiam meam, non elongabitur & ſalus mea non morabitur. 48. a Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua & frons tua ærea. Hieremiæ. 2. f. Quare dixit populus meus. Receſſimus, non veniemus vltra ad te. 3. b. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltem amodo voca me pater meus es tu. Ecce loquuta es, & feciſti mala, & potuiſti. Et pro verbis pœnitentiæ, verbis ſuperbiæ blaſphemaſti 5. a. Percuſſiſti eos & non doluerunt, attriuiſti eos & renuerunt accipere diſciplinam. Ego autem dixi: Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam domini, & iudicium dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis. Ipſi enim cognouerunt viam domini, & iudicium dei ſui. b. Et ecce magis hi ſimul confregerunt iugum, ruperunt vincula. 15. b. Laboraui rogans. 16. b. Hæc dicit dominus. Cogitatio. 5. Zacha. 7. c. Et noluerunt attendere. Euangelium. 19. Hebræo. 3. b. Quapropter ſicut dicit ſpirituſſanctus. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra. c. Videte fratres. Fides. 1. Actuum. 7. f. Dura ceruice. Circuncifio. 4.

III ¶ *Induratio dire punitur.* Pharaō corde indurato filios Iſrael perſequens in mari rubro ſubmerſus eſt. Exod. 14. f. Perſequentéſque AEgyptij ingreſſi ſunt poſt eos. Eccl. 3. d. Cor

durum

durum habebit male in nouiſſimo. Eſa.45.b.Væ qui contradicit factori ſuo. Hiere.19.d. Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala quæ loquutus ſum aduerſum eam, quoniam indurauerunt ceruicem ſuam,& non audierunt ſermones meos.

INfernalis pœna. Horribilis ob abſentiam omnis boni. Iob I
10.d.Dimitte ergo me.Conuerſio.7. Pſalm.48.c.Sicut oues in inferno poſiti ſunt. 111.b. Peccator videbit & iraſcetur dentibus ſuis fremet. Eſaiæ.65.c.Ecce ſerui mei comedent:&,Beatitudo.2. Matth.8.b.Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores,ibi erit fletus & ſtridor dentium. Lucæ.13.f.Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis.Ibi erit fletus & ſtridor dentium. 16.f. Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longe,& Lazarum in ſinu eius,& ipſe clamans dixit:Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

¶*Propter præſentiam omnis mali.* Deute.32.c.Ignis ſuccen- II
ſus eſt in furore meo, & vſque ad inferos peccatum illius. Iob.24.c. Ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium. Pſal.10.b. Pluet ſuper peccatores laqueos ignis.20.b. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Sap.11.c. Per quę peccat quis per hęc & torquetur. Eccleſiaſtici.21.b Stuppa collecta ſynagoga peccantium,& conſummatio illorum flamma ignis. Eſaiæ.30.g. Præparata eſt enim ab heritophet à rege pręparata, profunda,& dilatata.Nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus domini ſicut torrens ſulphuris ſuccēdens eam. 33.b. Concipietis ardorem & parietis ſtipulam. Audite qui longe eſtis quæ fecerim,& cognoſcite vicini fortitudinem meam. Conterriti ſunt in Sion peccatores,poſſidebit timor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante,aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis. 34.b. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur. Hiere.9.c. Ecce ego cibabo populum iſtum abſynthio,& potum dabo eis aquam fellis. Malach.4.a. Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, & erunt omnes ſuperbi, &

omnes facientes impietatem ſtipula. Et inflammabit eos dies veniens,dicit dominus exercituum,quæ non derelinquet eis radicem & germen. Matthæi.13.f.Et mittent eos. Eccleſia.3.Apocalyp.18.b.Quantum glorificauit ſe,& in delitiis fuit,tantum date illi tormentum & luctum.19.d. Et apprehenſa eſt. Antichriſtus.3. 20.d. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. 21.b.Timidis autem.Fornicatio.1.

III ¶*Interminabilis*. Eſaiæ.66.g.Vermis eorum non morietur,& ignis eorum nõ extinguetur. Matth.25.b.Diſcedite à me maledicti, ite in ignem æternũ,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Marci.9.g. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum dei:quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. 2.Theſſal.1.d. Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius. Apocalyp.14.c. Si quis adorauerit beſtiam & imaginem eius, hic bibet de vino iræ dei, quòd mixtum eſt mero.

I INfirmitas *contingit quandoque propter peccatum*. Luc.13.d. Hanc autem filiam Abrahæ quàm alligauit ſatanas ecce decem & octo annis. Iohan.5.c. Ecce ſanus factus es,iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Act.12.d. Confeſtim autem percuſſit eum(Herodem ſcilicet) angelus domini, eo quòd non dediſſet honorem deo, & conſumptus à vermibus expirauit.

II ¶*Quandoque ob meritum*. Eccleſiaſtici.31.a.Infirmitas grauis ſobriam facit animam. Iohannis.9. Neque hic peccauit neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera dei in illo (ait dominus de cæco nato) Lazarus mendicus & vlceroſus ab angelis in ſinum Abrahæ deportatus eſt. Lucæ 16.e. Et erat qnidam mendicus nomine Lazarus. 2.Cor. 12.c. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

III ¶*Infirmitas curatur quandoque per deum*.1.Regum.2.a.Dominus mortificat & viuificat. Miraculoſe Ezechiam curauit. 4.Regum.20.a. In diebus illis ægrotauit Ezechias

vſque

vſque ad mortem. Sapien.16.b. In memoria enim ſermo-
num tuorum examinabantur, & velociter ſanabantur. Ec-
cleſiaſtici.38.a. Fili in tua infirmitate ne deſpicias teip-
ſum, ſed ora dominum & ipſe curabit te.

¶*Per medicum.* Eccleſiaſtici.18.e. Ante languorem adhi- IIII
be medicinam. 30.c. Melior eſt mors quàm vita amara, &
requies æterna quàm languor perſeuerans. 38.a. Honora
medicũ propter neceſſitatẽ, etenim illũ creauit altiſſimus.
A deo eſt enim omnis medela, & à rege accipiet donatio-
nem. Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir pru-
dens non abhorrebit eam. Nónne à ligno dulcorata eſt
aqua amara? b. Da locum medico, etenim illum dominus
creauit, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſa-
ria. Eſt enim tempus quando in manus illorum incurras.
Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum incidet in
manus medici.

¶*Infirmorum conſolatio.* Eccleſiaſtici.7.d. Non te pigeat. V
Dilectio proximi.6. 38.c. In requie mortui requieſcere fac
memoriam eius, & conſolabere illum in exitu ſpiritus ſui.
Matth.25.d. Infirmus, & viſitaſtis me. Iacobi.5.d. Infir-
matur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſię, & orent
ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine domini, & ora-
tio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum dominus, & ſi
peccatis ſit remittentur ei.

INg*ratitudo diligenter uitanda.* Hinc rex Sodomorum A- I
braham reuertenti de cæde regum gratus obtulit mune-
ra. Geneſis.14.c. Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in
occurſum eius. Rex Aſſuerus reuelationem in mortem
ſuam machinantium ſibi factam per Mardocheum gra-
tanter remunerauit. Heſter.6.a. Noctem illam duxit rex
inſomnem. Pſalm.102.a. Benedic anima mea domino, &
noli obliuiſci omnes retributiones eius. Eccleſiaſtici.32.c.
Super his omnibus benedicito dominum qui fecit te, &
inebriantem te in omnibus bonis ſuis. Epheſ.5.d. Gratias
agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri
Ieſu Chriſti deo & patri. Coloſſ.3.c. Et grati eſtote. Om-
ne quodcunque facitis. Gloria.1. 1.Theſſal.5.d. In omni-
bus gratias agite.

II ❡*Potenter punienda*. Hinc Dauid ingratitudinem regis Ammon nuncios ſuos deturpantis miſſo exercitu grauiter puniuit. 2.Reg.10.a. Factum eſt autem poſt hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon. Prouerb. 17.c. Qui reddit mala pro bonis,nõ recedet malum de domo eius. Sapien. 16.d. Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua. Eſaiæ.1.a. Filios enutriui,& ex exaltaui,ipſi autem ſpreuerũt me. Hieremiæ.18.d. Nunquid reddetur pro bono malum. Matth. 13.b. Qui enim habet dabitur ei, & abundabit:qui autem non habet,& quod habet auferetur ab eo.23.c.Omni habenti dabitur, & abundabit ei:aut qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.

I *Nimicus diligenter probandus*. Prouerb.26.d. Labiis ſuis intelligitur inimicus, quum in corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vocem ſuã ne crediderıs ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Eccleſiaſtici.12.d. Non agnoſcitur. Amicitia.3.

II ❡*Prudenter uitandus*. Eccleſiaſtici.6.b. Ab inimicis tuis ſe parare.12.b. Non credas inimico tuo inæternum. Sicut enim æramentum eruginat nequitia illius.c. Et ſi humiliatus vadat curuus, abiice animũ tuum & cuſtodi te ab illo. Non ſtatuas illum penes te. d. In labiis ſuis indulcat inimicus,& in corde ſuo inſidiatur vt ſubuertat te in foueam. In oculis ſuis lachrymatur inimicus, & ſi inuenerit tempus non ſatiabitur ſanguine:& ſi incurrerint tibi mala inuenies eum illic priorem,& quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas.Caput ſuum mouebit & plaudet manu. 19.b.Amico,& Amicitia.15.

III ❡*Decenter reconciliandus*. Eccleſiaſtici.6.a.Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos. Matth.5.d. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris,quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum,& vade prius reconciliari fratri tuo,& tunc veniens offeres munus tuum. 18.c. Tunc accedens Petrus ad eum dixit : Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei vſque ad ſepties ? Dicit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Lucæ.6.f. Dimittite,

mittite,& dimittetur vobis. Col.3.b. Donantes vobiſmetipſis,ſi quis aduerſus aliquem habet querelam: ſicut & dominus donauit vobis,ita & vos.

INuidia deum prouocat. Prouerb.28.d. Vir qui feſtinat. Diuitiæ.3. Sap.6.d. Neque cum inuidia tabeſcente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ. Gal.5.d. Non efficiamur inanis glorię cupidi inuicē prouocantes,inuicē inuidentes. Iac.3.d. Quòd ſi zelum. Zelus.3. 1.Pet.2.a. Deponētes igitur omnem. Detractio.4. I

¶ *Proximũ ſupplantat.* Hinc Saul inuidia motus perſequebatur Dauidem. 1.Reg.18.b. Porrò quũ reuerteretur percuſſo Philiſteo Dauid. Eccleſiaſtes.4.b. Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominũ, & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi. Sap.2.d. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius. Matth.17.b. Sciebat enim (Pilatus) quòd per inuidiam tradidiſſent eum. II

¶ *Seipſam cruciat.* Hinc dominus per Samuelem dicit Heli. 1.Regũ.2.g. Et videbis æmulum tuũ in templo in vniuerſis proſperis Iſrael. Iob.5.a. Paruulum occidit inuidia. Prouerb.14.d. Putredo oſſium inuidia. Eccleſiaſtici.14.a. Qui ſibi inuidet. Diuitiæ.13. III

IRa dei incurritur. Ex præceptorum tranſgreſſione. Hinc Ioſaphat rex dixit iudicibus.2.Paralip.19.c. Omnē cauſam quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum, qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & cognationem, vbicunque quæſtio eſt de lege,& de mandato, & de cæremoniis, & de iuſtificationibus oſtendite eis vt non peccent in dominũ,ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros. Sic ergo agentes nō peccabitis.34.d. Magnus enim furor domini ſtillauit ſuper nos (ait rex Ioſias) eo quòd non cuſtodierint patres noſtri verba domini. Eccleſiaſtici.7.b. Memento iræ quoniam non tardabit.39.c. Et quomodo cathaclyſmus aridam inebriauit, ſic ira ipſius gentes,quæ non exquęſierunt eum hæreditabit. Quomodo conuertit aquas in ſiccitatem,& ſiccata eſt terra,& viæ illius viis illorum directæ ſunt, ſic peccatoribus offenſiones in ira illius. Naum.1.a. Deus æmulator & vlciſcens dominus, & I

habens furorem,vlciſcens dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis.b. Ante faciem indignationis eius quis ſtabit, & quis reſiſtet in ira furoris eius. Roma.1.c. Reuelatur enim ira dei. Cognitio.1. 2.b.Ira & indignatio,tribulatio,& anguſtia in omnẽ animam hominis operantis malum. Hebrę.o.10.f. Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis. Apocalyp.19.c. Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus, vt in ipſo percutiat gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea, & calcat torcular vini furoris irę dei omnipotentis. Et habet in veſtimento,& in fœmore ſuo ſcriptũ:Rex regũ,& dominus dominantiũ.

III ¶*Proximum oppreſſione*. Exodi.15.a. Miſiſti irã tuam, quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam, & in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. Core cum ſuis contra Moſen & Aaron inſurgens terra viuus abſorptus eſt. Nume.16.a.Ecce autem Core filius Iſaar. Hiere.10.d.Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo ne fortè ad nihilum redigat. Effunde indignationem tuam ſuper gentes quæ non cognouerunt te, & ſuper prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & conſumpſerunt illum. Matth.18.d. Et iratus dominus eius (qui non fecit miſericordiam in conſeruum)tradidit eum tortoribus.

IIII ¶*Beneficiorum neglectione: ſic filiis Iſrael de mannæ beneficio ingratis iratus fuit dominus*. Num.11.b. Vulgus quippe. Gula.1.Pſalm.37.a.Domine ne in furore tuo arguas me. Eccleſiaſtici.2.d.Si pœnitentiam non egerimus. Miſericordia.4.5.b.Miſericordia enim & ira ab illo citò proximãt, & in peccatores reſpicit ira illius. Marci.3.a. Et circumſpiciens.Cæcitas.2.

V ¶*Ira per zelum uitia corrigit*. Sic Moſes idololatras. Exod. 32.e.Cúmq; appropinquaſſet ad caſtra vidit vitulũ & choros. Iratúſque valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radices montis. Arripienſque vitulum quem fecerant combuſſit atque cõtriuit vſque ad puluerem.f. Cecideruntque in die illo (filij Leui mandato Moſi) quaſi viginti tria millia hominum. Sic dominus ementes è templo eiecit & vendentes. Iohannis.2.c. Et inuenit in templo

plo

plo vendentes oues & boues & columbas, & numularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo. Ephe.4.f. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.

¶*Ira per uitium periculoſe acceptatur, quia hominem deſtruit.* VI
Iob.5.a. Virum ſtultum interficit iracundia. Prouerbio.12.c. Fatuus ſtatim indicat iram ſuam. 29.d. Vir iracundus prouocat rixas, & qui ad indignationem facilis eſt, erit ad peccandum procliuior. Eccleſiaſtici.27.d. Ira & furor vtraque execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum. 30.d. Zelus & iracundia minuent dies. Iaco.1.c. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iuſtitiam dei non operatur.

¶*Proximum lædit.* Pſal.4.a. Iraſcimini & nolite peccare. VII
Prouerbiorum.15.b. Vir iracundus prouocat rixas; qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. 17.b. Semper iurgia quęrit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum. 18.c. Spiritum verò ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? 26.c. Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignem: ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. 27.a. Graue eſt ſaxum & oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit? Eccleſiaſtici.28.b. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Secundum etiam ligna ſyluæ ſic ignis exardeſcit: & ſecũdum virtutem hominis ſic iracundia eius erit, & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam.

¶*Gratioſe ſedatur.* Prouerbiorum.15.a. Reſponſio mollis VIII
frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. 26.b. Qui imponit ſtulto ſilentium ira mitigat.

¶*Fructuoſe deuitatur.* Iob.36.c. Non te ergo ſuperet ira, IX
vt aliquem opprimas. Prouerb.22.d. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. 30.d. Qui autẽ fortiter premit vbera ad eliciendũ lac exprimit butyrũ, & qui vehementer emungit, elicit ſanguinẽ, & qui

prouocat iras producit diſcordias. Eccleſiaſtes.7.b. Ne ſis velox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. 11.d. Aufer iram à corde tuo. Eccleſiaſtici.20.a. Quàm bonum eſt arguere quàm iraſci. 28.a. Homo homini. Dilectio inimicorum.1. Matth.5.c. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Romano. 12.d. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Epheſ.4.g. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Coloſſ.3.b. Nunc autem deponite vos omnia. Blaſphemia.3.

I ¶ *Vdicium temerarium vitioſe operatur*. Iob.13.a. Nunquid deus veſtro indiget mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitemini? Pſalmo.57.a. Si vere vtique iuſtitiam loquimini rectè iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra. Eccleſiaſtes.10.a. Sed & in via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos æſtimat. Matt.7.a. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: frater ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabes eſt in oculo tuo? Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucã de oculo fratris tui.11.c. Venit enim Iohãnes, neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. 12. a. Si autem ſciretis quid eſt miſericordiam volo & non ſacrificium, nunquam condemnaſſetis innocentes. Lucæ.7. c. Venit autem Iohannes baptiſta, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet. Venit filius, vt ſuprà.18.c. Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Iohannis.7.d. Nolite iudicare ſecundum faciem: ſediuſtum iudicium iudicate. 8.c. Vos ſecundum carnem iudicatis.

II ¶ *Virtuoſe contemnitur*. 1. Corinthio.4.a. Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer aut ab humano die, ſed neque

que meipſum iudico. Qui autem me iudicat dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoaduſque veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.

¶ *Serioſe punitur.* Eſaię.5.c. Vę qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Matthæi.7.a. Nolite iudicare & non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Romanorum.2.a, Propter quòd inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum teipſum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Exiſtimas autem hoc ô homo omnis qui iudicas eos, qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei. 14.a. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum. Domino ſuo ſtat, aut cadit. b. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare ſpernis fratrem tuum. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. c. Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum vel ſcandalum fratri. Iacobi.4.d. Tu autē quis es, qui iudicas proximum tuum. III

¶ *Iudicium proprium fructuoſum.* 1. Corin.11.g. Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus: non vtique diiudicaremur. IIII

¶ *Iudicium diuinum ineuitabile ob potentiæ immenſitatem: quia ſuper omnes uniuerſaliter.* Exo.20.b. Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filiis vſque in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia, his qui diligũt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Deutero.10.d. Dominus deus veſter. Acceptio perſonarum.1.32.f. Ego occidam & ego viuere faciam. Iob.9.a. Sapiens corde eſt & fortis robore, quis reſtitit ei & pacem habuit? 11.b. Excelſior cœlo & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? Longior terra menſura eius. Si ſubuerterit omnia vel in vnũ coartauerit quis contradicet ei? vel quis dicere poteſt cur ita facis? 36.c. Ecce deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Quis poterit ſcrutari vias eius, aut quis audet ei dicere, operatus eſt iniquitatē. 41.a. Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo? Aut quis ante dedit mihi & reddam ei? omnia quæ ſub cœlo ſunt mea V

ſunt. Non parcam ei & verbis potentibus,& ad deprecandum compoſitis. Pſal.23.a. Domini eſt terra & plenitudo eius.b. Dominus fortis & potens. 75.b. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi. 88.b. Domine deus virtutum quis ſimilis tibi. Tu dominaris poteſtati maris. Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Tui ſunt cœli & tua eſt terra. 102.d. Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam. Sapiē.12.b. Quis enim dicet tibi quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum. Nec enim eſt alius deus quam tu cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas quoniam non iniuſtè iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti. Ecclēs.8.a. Omne quod voluerit faciet,& ſermo illius poteſtate plenus eſt. Eccli. 18.a. Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul, deus ſolus iuſtificabitur,& manet inuictus rex in æternum. 43.d. Multa dicemus deficiemus in verbis. Terribilis dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius. Eſa. 14.g. Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus extenta & quis auertet eam? 43.b. Et ab initio ego ſum, & non eſt qui de manu mea eruat. 44. d. Ego ſum dominus. Aſtrologia.2. 45.a. Ego dominus. Deus.1. Hiere.32.c. Heu heu domine deus, ecce tu feciſti cœlum & terram, in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento. Non erit tibi difficile omne verbum, qui facis miſericordiam in milibus,& iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos.d. Fortiſſime. Conſilium.1. 50.g. Quis enim ſimilis mei,& quis ſuſtinebit me? Et quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Ezec.21.a. Ecce ego ad te & eiiciā gladium meū de vagina ſua:& occidā in te iuſtum & impium. Apoc.c. Et habet in veſtimento. Ira.1.

VI ¶ *Super animas ſingulariter.* Sapien.16.b. Tu es enim domine qui vitæ & mortis habes imperium,& deducis vſque ad portas mortis & reducis. Matth.10.c. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. 28.d. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Romanorū.14.b. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit: vt viuorū & mortuorū dominetur. Viuo ego dicit dominus mihi flectetur omne genu. Iac.4. Vnus eſt

enim legiſlator & iudex:qui poteſt perdere & liberare.
¶ *Præter omnes æternaliter.* Thob.13.a. Magnus es domi- VII
ne in æternum,& in omnia ſecula regnum tuum,quoniam
tu flagellas & ſaluas,deducis ad inferos & reducis & non
eſt qui effugiat manum tuam. Pſalm.75.b.Terribilis & ei
qui aufert ſpiritum principum.14.c.Regnũ tuum regnum
omnium ſeculorum, Hiere.10.a.Non eſt ſimilis tui domi
ne, magnus es tu,& magnum nomen tuum in fortitudine.
Quis non timebit te ô rex gentium? b. Opus artificũ vni-
uerſa hæc, dominus autem deus viuens & rex ſempiter-
nus, Ab indignatione eius commouebitur terra.Daniel,7.
c.Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & re-
gnum eius quod non corrumpetur.Luc,1.c.Et regnabit in
domo Iacob in æternum. d. Quia non erit impoſſibile a-
pud deum omne verbum.
¶ *Iudicium diuinum irreprehenſibile ob iuſtitiæ ueritatem.* Non VIII
enim perſona flectitur.1.Regum.15.f.Porrò triumphator
in Iſrael non parcet,&pœnitudine non flectitur.16.b.Ne
reſpicias vultum eius neque altitudinem ſtaturæ eius,quo-
niam abieci eum:nec iuxta intuitum hominis ego iudico.
2.Para.19.c.Non eſt apud.Acceptio perſonarum.1.Tho-
biæ.3.a. Iuſtus es domine & omnia iudicia tua vera ſunt.
Iob.9.d. Verebar omnia opera mea,ſciens,quòd non par-
ceres delinquenti.34.b.Abſit à deo impietas,& ab omni-
potente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta
vias ſingulorum reſtituet eis. Vere enim deus non condẽ-
nabit fruſtra,nec omnipotens ſubuertet iudicium.Pſal.61.
c.Tu reddes vnicuique ſecundũ opera ſua.98.c. Iudicabit
orbẽ terræ in æquitate &.118.c. Iuſtus es domine & rectũ
iudicium tuũ.Prou.16.b.Pondus & ſtatera iudicia domini
ſunt.Sap.6.b.Non enim ſubtrahet perſonã cuiuſquã deus,
nec verebitur magnitudinem cuiuſquam quoniã puſillũ &
magnũ ipſe fecit,& æqualiter eſt illi cura de omnibus. Eſa.
11.a. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit,neque
ſecundum auditum aurium arguet,ſed iudicabit in iuſtitia
pauperes. 27.c. Et ponam in pondere iudicium & iuſti-
tiam in menſura. Hiere.25.d.Et reddam eis ſecũdum ope-
ra eorum,& ſecundum facta manuum ſuarum.Ezech.18.a.

Quid eſt quòd inter vos parabolam vertitis prouerbium
iſtud in terra Iſrael, dicentes: Patres noſtri comederunt
vuam acerbam,& dentes filiorum obſtupeſcunt. Viuo ego
dicit dominus,ſi erit vltra parabola hęc in prouerbium in
Iſrael. Ecce omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris, ita
& anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit ipſa morietur.
g. Idcirco vnumquenque iuxta vias ſuas iudicabo. 33.
ę. Vnumquenque iuxta vias ſuas iudicabo de vobis. Rom.
2.a. Scimus enim quoniam iudicum dei eſt ſecundum veritatem.
b. Qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua.
Galat. 6.b. Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. Ephe.
6.a. Vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet
à domino ſiue ſeruus, ſiue liber. 1. Pet. 1.c. Et ſi panem inuocatis
eum, qui ſine perſonarum acceptione iudicat, ſecũdum
vniuſcuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore
conuerſamini.

IX ¶ *Verbis non fallitur.* Iob. 41.a. Non parcam ei & verbis potentibus
& ad deprecandum compoſitis. Pſal. 6.b. Parauit
in iudicio thronum ſuum. f. Propter quid irritauit impius
deum, dixit enim in corde ſuo non requiret. 10.b. Dominus
interrogat iuſtum & impium. Prouerbio. 6.d. Nec acquieſcet
cuiuſquam precibus.

X ¶ *Munere non decipitur.* Pſalmo. 48.b. Qui confidunt in
virtute ſua. Frater non redimet. Et precium redemptionis
animæ ſuæ. Prou. 6.d. Nec ſuſcipiet pro redemptione dona
plurima. Ezech. 7.f. Argentum eorum & aurum eorum
non valebit liberare eos in die furoris domini. Sophon. 1.
d. Sed & argentum eorum,& aurum eorum, non poterit liberare
eos in die iræ domini. In igne zeli eius, deuorabitur
omnis terra, quia conſummationem faciet cunctis habitãtibus
in terra cum feſtinatione. Malac. 3.b. Ego enim
dominus,& non mutor Matth. 16. d. Quid enim prodeſt
homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ
detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem
pro anima ſua. Filius enim hominis venturus eſt
in gloria patris ſui cum angelis ſuis,& tunc reddet vnicuique
ſecundum opera ſua.

X ¶ *Iudicium diuinum indeclinabile ob ſcientiæ claritatem.* Cognoſcit

gnoſcit enim omnia generaliter. Iob.10.c. Scio quia vniuerſorum memineris.34.c.Oculi enim eius ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum conſiderat. Non ſunt tenebræ & non eſt vmbra mortis,vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem. Pſalmo.32.c. De cœlo reſpexit dominus,vidit omnes filios hominum. Qui finxit ſingilatim corda eorum.138.c. Quia tenebrę non obſcurabuntur à te. Prouerbio.5.d. Reſpicit dominus omnes vias hominis: & omnes greſſus eius conſiderat. Eccl.15.d. Ipſe agnoſcit omnem operam hominis. 17.b. Et omnia opera illorum velut ſol in conſpectu dei, & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum. Non ſunt abſconſa teſtamenta propter iniquitatem eorum, & omnes iniquitates illorum in conſpectu dei. 39.c. Opera omnis carnis coram illo, & non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius. A ſeculo & in ſeculum reſpicit. Hiere.23.e. Putáſne deus è vicino ego ſum,& non deus de longe? Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum dicit dominus. Nunquid non cœlum & terram ego impleo dicit dominus. 32.d. Fortiſſime magne & potens. Cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam,&c. Conſilium.1. Ezec.8.e. Certè vides fili hominis quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſque in abſcondito cubilis ſui. Dicunt enim: Non videt dominus nos. Daniel.2.d. Ipſe reuelat abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Sopho.1.c. Et erit in tempore illo, ſcrutabor Hieruſalem lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis. Non faciet bene dominus & non faciet male. 3.a. Dominus iuſtus in medio eius, non faciet iniquitatem. Mane mane iudicium ſuum dabit in luce, non abſcondetur: Neſciuit autem iniquus confuſionem ſuam. Malach.3.b. Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis,& adulteris,& periuris,& qui calũniantur mercedem mercenarij,& humiliant viduas & pupillos,& opprimũt peregrinum,nec timuerunt me dicit dominus exercituum. Heb.4.c. Viuus eſt enim ſermo dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti,& pertingẽs vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagũmque

ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius.

XII ¶ *Scrutatur corda ſpecialiter.* 2. Para. 6. f. Tu enim ſolus noſti corda filiorum hominum vt timeant te, & ambulent in viis tuis cunctis diebus. Iob. 9. c. Si fortitudo quæritur robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere. 23. Ipſe verò ſcit viam meam. 42. a. Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Pſalmo. 43 d. Quoniam ipſe nouit abſcondita cordis. 93. b. Intelligite inſipientes in populo. Qui plantauit aurem non audiet? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. 138. c. Non eſt occultatum os meum. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Prouerbio. 21. a. Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda dominus. 24. b. Qui inſpector eſt cordis ipſe intelligit, & ſeruat orem animæ tuæ nihil fallit, reddétque homini iuxta opera ſua. Sap. 1. b. Quoniam renum illius teſtis eſt deus, & cordis illius ſcutator. Eccleſia. 7. a. Non te iuſtifices ante deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt. 16. b. Non dicas à deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur: in populo magno non agnoſcat. c. Ecce cœlum & cœli cœlorum, abyſſus & vniuerſa terra, &c. in conſpectu illius commouebuntur, montes ſimul & colles, &c. cum conſpexerit illa deus, tremore concutientur. Et in omnibus his inſenſatum eſt cor: & omne cor intelligitur ab illo, & non abſcondit ſe ab illo vllus ſermo. 23. c. Et non intellexit. Adulterium. 2. d. Domino enim deo antequam crearentur omnia ſunt agnita: ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. 42. d. Abyſſum & cor hominum inueſtigabit. Non præterit illum omnis cogitatus. Eſa. 29. c. Væ qui profundi. Conſilium. 12. Hier. 17. b. Prauum eſt cor. 1. Cor. 4. a. Itaque nolite. Iudicium. 2. Actuum. 1. d. Tu domine qui corda noſti omnium. Apocalyp. 2. f. Et ſcient omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutans renes & corda. 15. b. Magna & mirabilia ſunt opera tua domine. Quis non timebit te domine & magnificabit nomen tuum, quoniam omnia iudicia tua manifeſta ſunt.

¶ *Iudicium*

¶*Iudicium extremum*. Admirabile ob iudicis maieſtatem. XIII
Pſal.2.c.Dominus dixit ad me filius meus es tu. Poſtula à me & dabo tibi Reges eos in virga ferrea. 9.d. Exurge domine non confortetur homo. Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos. Daniel.7. d. Aſpiciebam ergo in viſione noctis:& ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit eis poteſtatem,& honorem & regnum, & omnes populi tribus & linguæ ſeruient ei. Matthæi.19.d.filius enim. Suprà.10.24.c. Et tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cũ virtute multa & poteſtate.26.f. A modo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis dei,& venientem in nubibus cœli. Marc.13.c. Et tunc videbunt filium hominis. Iohannis.5.d. Neque enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere. e. Sicut audio iudico,& iudicium meum iuſtum eſt. Roma.14.b. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet deo. 2.Corinth.5.b. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis provt geſſit ſiue bonum, ſiue malum. 2. Timothei.4. a. Teſtificor coram Deo. Euangelium.8. Actuum.1.b. Hic Ieſus qui. Aſcenſio.2.10. f. Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à deo iudex viuorum & mortuorum.17.g. Nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant, eo quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitatem, in viro in quo ſtatuit fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis. Iacobi.4.c. Vnus eſt enim legiſlator, & iudex qui poteſt perdere & ſaluare. Apocalypſi.1.b. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus & qui eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ. d. Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.22.c. Ecce venio citò & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.

XIIII *Societatis iucunditatem.* Eſa.3.c. Stat ad iudicandum dominus. Zach.14.a.Veniet dominus deus meus omnéſque ſancti eius cum eo.Matth.19.d. Amen dico vobis.Imitatio.4. 1.Cor.6.a. An neſcitis quoniam ſancti de hoc mũdo iudicabunt. Et ſi in vobis iudicabitur mundus.Neſcitis quoniam angelos iudicabimus?Iud.c. Ecce veniet dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium.

XV *Loci congruitatem.* Ioel.3.a. Congregabo omnes gentes & deducam eas in vallem Ioſaphat & diſceptabo cum eis ibi.c.Conſurgant &aſcendant gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Populi in valle conciſionis, quia iuxta eſt dies domini in valle conciſionis. Matthæi.24.c. Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorum vſque ad terminos eius.

XVI *Iudicium extremum horribile.*Propter ſignorum multiplicitatem.In cœleſtibus. Eſa.29.b. Erítque repentè confeſtim à domino exercituum,viſitabitur in tonitruo & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempeſtatis, & flamma ignis deuorantis. 66.c. Quia ecce dominus in igne veniet. Ioel.2.a. Ante faciem eius ignis vorans: & poſt eum exurens flamma.c. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt lumen ſuum. Magnus enim dies domini & terribilis valde,& quis ſuſtinebit eum?Sophon.1. d. Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta eſt velox nimis. Vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis,dies tubæ & clangoris. Malach.4.a. Ecce enim dies, veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem in ſtipulam. Et inflammabit eos dies veniens, qui non relinquet eis radicem & germen. Matth.24.c. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur,&luna non dabit lumen ſuum,& ſtellæ cadent de cœlo,&virtutes cœlorum commouebuntur.Luc.21.e.Et erũt ſigna in ſole,& luna & ſtellis.Apoc.6.d.Et vidi cum apparuiſſet ſigillũ ſextum,&

ecce terræmotus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis, & ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos, cum à vento magno mouetur.

¶ *In terreſtribus.* Malach. 4. b. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Matth. 17. b. Helias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. 24. a. Sedente autem eo ſuper montem Olíueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto dicentes: Dic nobis quando hæc erunt, & quòd ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi. Et reſpondens Ieſus dixit: Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini. b. Et quoniam abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum. Erit enim tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſque modo neque fiet. 2. Pet. 3. c. Aduenıet autem dies domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. Cum hæc igitur omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus expectantes & properantes in aduentum dei noſtri, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. XVII

¶ *Propter iudicandorum diuerſitatem.* Nam boni cõſolabuntur. Eſaiæ. 33. d. Dominus enim iudex noſter, dominus legifer noſter, dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Danie. 12. a. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Malach. 4. a. Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Egrediemini & ſalietis, ſicut vitulus de armento, & calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die qua ego facio, dicit dominus. Matth. 25. c. Tunc dicit rex his qui à dextris, &c. Lucæ. 21. f. His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, &c. 1. Theſſ. 5. d. Ipſe autem deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela, in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. 2. Timoth. 4. b. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quàm reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi, XVIII

ſed & his qui diligunt aduentum eius.

XIX ❡*Mali à bonis ſeparabuntur.* Ecclés.3.c. Iuſtum & impium iudicabit dominus,& tempus omnis rei tunc erit. Sapien. 5.a. Tunc ſtabunt. Filius.4.d. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Eſaiæ.30.f. Ecce nomen domini venit de longinquo ardens furor eius,& grauis ad portandum. Labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorãs. Spiritus eius velut torrens inundans, vſque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum. Matth.3.c. Cuius ventilabrum in manu ſua,& permundabit aream ſuam:& congregabit triticum ſuum in horreum ſuum. Paleas autem comburet igni extinguibili. 13.g. Sic erit in conſummatione ſeculi. 25.c. Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris,hœdos autem à ſiniſtris. 1.Petri.4.d. Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?

XX ❡*De malitiis accuſabuntur.* Iob.20.d. Reuelabunt cœli iniquitatem eius,& terra conſurget aduerſus eum. 31.b. Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum deus, & cum quæſierit quid reſpondebo ei? Pſalmo.48.a. Cur timebo in die mala,iniquitas calcanei mei circũdabit me. Ecclés. 12.d. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium,pro omni errato ſiue bonum,ſiue malum ſit. Sapien.1.c. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, & interrogatio hominum in conſummatione eſt. Eccleſi.11.d. In fine hominis denudatio operum eius. 16.c. Longe enim eſt teſtamentum à quibuſdam. 18.c. Ante iudicium para iuſtitiam. Ante iudicium interroga teipſum:& in conſpectu dei inuenies propitiationem. Eſaiæ.10.a. Quid facietis in die viſitationis,& calamitatis de longe venientis? Ad cuius cõfugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam veſtram. Hieremiæ.2.d. Arguet te. Accuſatio.2. Ezech.24.d. Iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te. Danielis.7.d. Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt. Malac.3.b.

Et accedam ad vos.Iudicium.11.Marc.4.c.Non eſt enim aliquid abſconditum quòd non manifeſtetur, nec factum eſt occultum quòd non veniat in palàm. Lucæ.11.d. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquàm Salomon hic. e. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac & condemnabunt illam,quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ,& ecce pluſquàm Iona hic.Iohã.12.g Qui ſpernit me. Euãgelium.17. Rom.2.c.Teſtimonium reddente.Lex.1. 1.Timo.5.d.Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt,præcedentia ad iudicium,quorundam autem ſequuntur. Similiter & facta bona, manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent abſcondi non poſſunt. Apoc.20.d. Et vidi mortuos magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt,& alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ,& iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum.

¶ *Cum malis ſociabuntur.* Amos.5.f.Væ deſiderãtibus diem domini.Dies domini iſta tenebræ & non lux.Matth.13.f. Sicut ergo colligũtur.Eccle.3. 25.d.Tunc dicet rex & his qui à ſiniſtris ſunt.Diſcedite à me. Infernus.3. XXI

¶ *Propter temporis uelocitatem.* Zachariæ.14.b.Et erit dies vna quæ nota eſt domino. Matth.27.c.Sicut enim fulgur exit ab Oriente & paret vſque in occidentem, ſic erit aduentus filij hominis. d. De die autem illa & hora nemo ſcit,neque angeli cœlorum niſi pater ſolus.Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibẽtes,nubentes, & nuptui tradentes vſque ad eum diem qua intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes,ita erit & aduẽtus filij hominis.25.a. Media autem nocte clamor factus eſt. Marci.13.d. De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neque filius niſi pater. Luc.17.e. Nõ veniet regnum dei cum obſeruatione,neque dicent hic vel illic.f. Et ſicut factũ eſt in diebus Noe. Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth. 21.g. Attendite autẽ vobis ne fortè grauentur corda veſtra XXII

in crapula & ebrietate & in curis huius ſeculi,& veniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes,& ſedent ſuper faciem terrę.1.Theſſal.5.a. De temporibus autem & momentis fratres non indigetis vt ſcribamus vobis. Ipſe enim diligenter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint pax & ſecuritas:tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut in dolor in vtero habentis & non effugient. Vos autem fratres non eſtis in tenebris. Hebr.10.g. Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus eſt veniet & non tardabit. Actu.1.a. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater in ſua poſuit poteſtate. Iacob.5.c. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. 2.Pet.3.c. Aduenlet autem dies domini vt fur. Apoc.16.c. Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua,ne nudus ambulet & videant turpitudinem eius.

XXIII ¶*Iudicium humanum.* Dignè culpatur. Matth.5.f. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere,da ei & pallium. Lucæ.6.e. Omni autem petenti te tribue,& qui aufert quæ tua ſunt ne repetas. 1.Cor.6.b. Iam quidem omnino delictum eſt in vobis,quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis,& fraudatis & hoc fratribus.

XXIIII ¶*Iuſte ordinatur, cauſam diligenter examinando*. Sic dominus tranſgreſſionem Adæ examinauit ante punitionem. Gene.3.b. Et cum audiſſent vocem domini. Similiter & Sodomorum. 18.c. Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint,an non eſt ita vt ſciam. Dauid malè iudicauit contra Miphiboſeth non examinando falſam Sibe delationem. 1.Regum.16.a. Cúmque Dauid.1. Delator.1. Econtrà Salomon bene inter duas mulieres de infante. 3.Regum.3.c. Tunc venerunt duæ mulieres meretrices. Exod.18.d. Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes deum, in quibus ſit veritas,& qui oderint auaritiam qui iudicent populum omni tempore.

Deut.

Deut.16.d. Iudices & magiſtros cõſtitues in omnibus portis tuis qui iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Iob.29.c. Cauſam quam neſciebam diligentiſſimè inueſtigabam. Prou.28.a. Viri mali non cogitant iudicium, qui autem inquirũt dominum aduertunt omnia. Actu.25.d. Non eſt Romanis conſuetudo donare aliquem hominem niſi priuſquàm is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locúmque defendẽdi accipiet ad abluenda crimina quæ ei obiiciuntur.

¶ *Prudenter exequendo.* Leuit.19.c. Iuſtè iudica proximo tuo. Deu.16.d. Iuſtè, quòd iuſtum eſt perſequeris. 17.b. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinẽ, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum quem elegit dominus deus tuus, veniénſque ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quærẽſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo, & decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael. 25.a. Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt, quem impium, condemnabunt impietatis. Pro mẽſura peccati erit & plagarum modus. 2. Paralip.19.c. In Hieruſalem quoque conſtituit Ioſaphat leuitas & ſacerdotes, & principes familiarum ex Iſrael, vt iudicium & cauſam domini iudicarent habitatoribus eius. Præcepítque eis dicẽs: Sic agetis in timore domini, & corde perfecto. Omnem cauſam. Ira.1. Prou. 16.b. Iudicium determinat cauſas. Sapien.1.a. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Eccle.8.c. Non iudices contra iudicem, quoniam ſecundum quod iuſtum eſt iudicat. Hiere.21.d. Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis. Zach.7.c. Iudicium verum iudicate. 8.c. Veritatẽ & iudicium. Mendacium.1. 1. Timo. XXV.

5.d. Teſtor coram deo, & Chriſto Ieſu & electis angelis eius, vt hæc cuſtodias, ſine præiudicio nihil faciens in alteram partem declinando.

XXVI ¶ *Iudicium humanum deprauatur* Amore. Exod. 23.a. Non ſuſcipies vocem mendacij. Non ſequeris turbam ad faciẽdũ malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententię, vt à veritate deuies. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio. Leuitici 19.d. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum diuitis. 24 d. Aequum iudiciũ ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit. Deute. 1.c. Quod iuſtum eſt iudicare, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum. Ita paruum audietis vt magnũ, nec accipietis cuiuſquam perſonam quia dei iudicium eſt. 24.d. Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli. Mar. 15.b. Pilatus autem volens populo ſatisfacere dimiſit illis Barrabam, & tradidit Ieſum flagellis cęſum vt crucifigeretur. Prouer. 18.a. Accipere perſonam impij nõ eſt bonum, vt declines à veritate iudicij. 24.c Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. 28.a. Qui derelinquunt legem laudant impium, qui cuſtodiunt: ſuccenduntur contra eum.

XXVII ¶ *Timore, iudices Ieſrael timore Ieſabel Naboth iuſtum iniuſte occiderunt.* 3. Regum. 21.a. Poſt verba autem hęc. Eccleſiaſtes. 7.a. Noli quærere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Abac. 1.a. Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe. Et factum eſt iudicium, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit ad finem iudicium. Quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.

XXVIII ¶ *Munere.* Deute. 16.d. Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & peruertunt verba iuſtorũ. 1. Reg. 8.a. Factum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel poſuit filios ſuos iudices in Iſrael, & non ambulauerunt in viis eius. Acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. 12.a. Loquimini de me, ait Samuel, coram domino, & coram Chriſto eius vtrũ bouem cuiuſquã tulerim,

tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & cõtemnam illud hodie. Pſal.14.b. Qui munera ſuper innocentes non accepit. Prouerb.17.d. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij 28.d. Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benefacit, iſte & pro buccella panis deſerit veritatem. Ecclẽs.8.a. Multos enim perdidit aurum. Diuitiæ.17. 20.d. Xenia & dona. Donũ.6. Eſa.1.f. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. Micheæ.3.d. Principes eius muneribus iudicabant. 7.a. Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt.

¶*Odio.* Exod.23.a Inſontem & iuſtum non occides. Iob. 31. Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, quum diſceptarẽt aduerſum me. Sic odio moti Iudæi occiderunt Chriſtum. Matthæi.26.g. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit. At illi dixerunt: Reus eſt mortis. XXIX

¶*Iudicium iuſtum ſalubriter remuneratur.* Prouer.21.c. Gaudium iuſto eſt facere iudicium. 24.c. Qui dicunt impio. Correctio.4. Ecclẽs.4.b. In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui plus quàm mater.10.a. Iudex ſapiẽs iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius.c. Gloria diuitum. Honor.12.46.c. Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui nõ ſunt auerſi à domino: vt ſit memoria illorum in benedictione. Eſaię.1.e. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite dicit dominus. Hiere.22.a. Facite iudicium & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris, & aduenã & pupillũ & viduam nolite contriſtare, neq; opprimatis iniquè, & ſanguinẽ innocentẽ ne effundatis in loco iſto.b. Si enim facientes feceritis verbũ iſtud, ingredietur per portas iſtas reges ſedentes ſuper ſolium Dauid, XXX

¶*Iniuſtum grauiter punitur.* Deute.27 c. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ pupillæ & viduę. 2. Para.19.b. XXXI

Videte(ait Ioſaphat rex iudicibus)quid faciatis.Nō enim hominis exercetis iudicium,ſed domini,& quodcunque iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiſcū, & cum diligentia cuncta facite. Iob.15.d. Ignis deuorabit tabernacula eorum,qui munera libēter accipiunt.Prouerbio.17.c.Et qui iuſtificat impium,& qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud deum. Eccleſiaſtici. 20.a.Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam, ſic qui facit per vim iudicium iniquum.40.b. Omne munus & iniquitas delebitur. Eſaiæ 5.c,f. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. 10.Vę qui condunt leges iniquas,& ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt,vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorū, & pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitationis,& calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium. 59.c. Concepimus & loquuti ſumus. Auerſio.1. 61.c.Ego dominus diligens iudicium.Hiere.5.g.Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt, iudicium pauperum non iudicauerunt.Nunquid ſuper his non viſitabo,dicit dominus. Daniel.13.f. Inueterate dierum malorum(ait Daniel iudici iniquo) nunc venerūt peccata tua quæ operebaris prius,iudicans iudicia iniuſta,innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente domino: Innocentem & iuſtum non interficies. Amos.6.d. Quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſynthium, qui lætamini in nihili. Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos gentem & conteret vos.

I *Iumentorum uſus debitus*. Deuteron.25.b. Non ligabis os bouis triturantis fruges tuas in area.Prouerbio.12.b.Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia. Eccleſiaſti.7.c. Pecora tibi ſunt,attende illis,& ſi ſunt vtilia,&c.

II *Fructus bonus*. Prouerb.27.d. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui,tuóſque greges cōſidera.Non enim habebis iugiter poteſtatē. Agni ſunt ad veſtimentū tuum,& hœdi ad agri precium.Sufficiat tibi lac caprarū in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

*Iuramenti*

I*Vramenti uani deuitatio, quia probitum.* Exod.20.b.Nõ aſ- I
ſumes nomen domini dei tui in vanum. Nec enim habebit inſontem dominus eum, qui aſſumpſerit nomen domini dei ſui fruſtra.23.b. Et per nomen externorum deorum non iurabitis. Deuterono.5.b. Non vſurpabis nomen dei tui fruſtra, quia non erit impunitus qui ſuper re vana nomen eius aſſumpſerit. Zacha.8.c. Et iuramentum mẽdax ne diligatis. Matthæi.5.f. Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius. Sit autem ſermo veſter: eſt eſt: non, non, quod autem his abundantius eſt à malo eſt. 23.b. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi debitor eſt. Stulti & cæci, quid eſt maius aurum an templum quod ſanctificat aurum? Quicunque iurat in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

*Quia periculoſum.* Leuiti.19.c. Non periurabis in nomine II
meo. Eccleſiaſtici.23.b. Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa. Nominatio verò dei non ſit aſſidua in ore tuo, & in nominibus ſanctorum non admiſcearis, quoniam non eris immunis ab eis. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit fratrem, delictum illius ſuper ipſum erit, & ſi diſſimulauerit delinquit dupliciter. Et ſi in vacuũ iurauerit non iuſtificabitur.27.b. Loquela multum iurans horripilationem capiti ſtatues. Iaco.5.c. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt: non non, vt nõ ſub iudicio decidatis.

*Iuramenti neceſſarii qualificatio.* Deuterono.6.c. Dominum III
deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Eſaiæ.48.a. Audite hæc domus Iacob, qui iuratis in nomine domini & dei Iſrael recordamini non in veritate neque in iuſtitia, 5.c. Et qui iurat in terra, iura-

bit in deo amen. Hiere. 4. a. Et iurabis viuit dominus in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia. Heb. 6. c. Abrahę nãque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorẽ, iurauit per ſemetipſum. d. Homines enim per maiorem ſui iurant, & omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum.

IIII ¶ *Obſeruatio.* Pſal. 14. b. Qui iurat proximo ſuo & non decipit. Vnde Sedechias rex Iudæ ob præuaricationem iuramenti punitus fuit. Ezec. 17. e. Viuo ego dicit dñs deus.

V ¶ *Iuramentum perniciosum non implendum.* Hinc Herodes perniciosè iurans, perniciosus impleuit Iohannem decollando. Matth. 14. a. Herodes enim tenuit & alligauit Iohannem. Mar. 6. c. Et quum dies opportunus accidiſſet.

I IVſtitiæ phariſaicæ defectio. Matth. 5. c. Dico autem vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. 23. Omnia verò. Hypocriſis. 2. Luc. 16. d. Et ait illis (ſcilicet phariſæis.) Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã hominibus, deus autem nouit corda veſtra, quia quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt apud deum.

II ¶ *Legalis imperfectio.* Ro. 3. c. Scimus, quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro corã illo. 9. g. Quid ergo dicemus quod gẽtes, qui nõ ſectabãtur iuſtitiam, apprehẽderunt iuſtitiam: iuſtitiam autẽ quæ ex fide eſt, Iſrael verò ſectando legem iuſtitiæ in legẽ iuſtitię nõ peruenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. 10. a. Ignorantes enim iuſtitiam dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Gal. 2. d. Scientes autẽ quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. 5. a. Euacuati eſtis à Chriſto qui in lege iuſtificamini. Phil. 3. b. Verũtamen exiſtimo omnia detrimẽtũ eſſe propter eminentẽ ſcientiã Ieſu Chriſti domini mei, propter quẽ omnia detrimentũ feci, & arbitror vt ſtercora vt Chriſtũ lucrifaciã, & inueniar in illo, non habens meã iuſtitiã quę ex lege eſt, ſed illã quę ex fide Chriſti Ieſu, quę eſt ex deo iuſtitia in fide. Actu. 13. f. Notũ igitur ſit vobis viri fratres, quia per hũc vobis remiſſio peccatorũ annũciatur ab omnib⁹, quibus nõ potuiſtis in lege Moſi iuſtificari.

¶ *Iuſtitiæ*

¶*Iuſtitiæ euangelicæ perfectio.* A deo imputatur. Geneſis. 15.b. Credidit Abraham deo,& imputatum eſt illi ad iuſtitiam. Pſalmo.18 b. Iuſtitiæ domini rectè lætificantes corda.21.g. Et annunciabunt cœli iuſtitiam eius. Eſa.45. d. Meæ ſunt iuſtitiæ & imperium. Ad eum venient & confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iuſtificabitur. & laudabitur omne ſemen Iſrael.46.d. Audite me duro. Induratio.2. 40.c. Iuxta eſt qui iuſtificat me,quis cõtradicet mihi? Romano.2.b. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum.3.c. Nunc autem ſine lege. Fides.9. Quoniam quidem vnus eſt deus, qui iuſtificat circunciſionem.4.a. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus acceptam fert iuſtitiam ſine operibus. 5.d. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi. Vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. 8.a. Nihil ergo nunc damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati, & mortis. Nam quòd impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium ſuum mittẽs in ſimilitudinem carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis,qui non ſecundum carnem ambulamus,ſed ſecundum ſpiritum.g. Deus,qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet? 11. a. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ ſecũdum electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia iam non ex operibus, alioqui gratia iam non eſt gratia. 1.Corinth.1.d. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu,qui factus eſt nobis ſapientia à deo& iuſtitia, &ſanctificatio &redemptio,vt quemadmodũ ſcriptum eſt: qui gloriatur,in domino glorietur.2.Corinthio.5.d. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo. Ephe.2.b. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc. Gratia.2. 2.Timoth.1.b. Qui nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum &

gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia. Titum.3.b. Quum autem benignitas. Aduentus.5. Iaco.2.b. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.

IIII ¶ *Ad deum ordinatur.* Gene.6.b. Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis cum deo ambulauit. Eccleſiaſtici.3.d. Sapiens cor: &, Abſtinentia.1. 14.c. Beatus vir qui in ſapientia ſua morabitur, & qui iuſtitia ſua meditabitur.21.b. Qui cuſtodierit iuſtitiam continebit ſenſum eius. Eſa.56.a. Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam: quia iuxta eſt ſalus mea, vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. 64.b. Occurriſti lætanti & facienti iuſtitiam, in viis tuis recordabuntur tui. Matthæi.6.a. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non. Phil.1.b. Et hoc oro. Charitas.2. Act.10. In veritate comperi. Acceptio perſonarum.1. Iac.5.d. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem.1. Iohan.3.b. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt.

V ¶ *A deo remuneratur.* Noe cum ſuis à diluuio liberatus fuit. Gene.7.a. Dixitque dominus ad eum. Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam, te enim vidi iuſtum coram me, in generatione hac. 1. Reg.26.d. Dominus autem retribuet vnicuique ſecundum iuſtitiam ſuam, & fidem. Pſal. 16.d. Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo.105.a. Beati qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam. Prou. 10.a. Iuſtitia liberabit à morte.11.a. Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iuſtitia autem liberabit à morte.12.d. In ſemita iuſtitiæ vita.15.b. Abominatio eſt domino via impij: qui ſequitur iuſtitiam diligitur ab eo.16.a. Initium viæ bonæ facere iuſtitiam, accepta eſt apud deum magis quàm immolare hoſtias. Sapien.1.d. Iuſtitia enim perpetua eſt & immortalis: iuſtitia autem mortis acquiſitio. De voluptuoſis & bonorum oppreſſoribus dicitur. Sapien. 2. d. Excæcauit enim eos malitia eorum, & neſcierunt ſacramenta dei: neque ſperauerunt mercedem iuſtitiæ. Eccleſiaſtici.14.e. Ante obitum tuum operare iuſtitiã, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum. Et omne opus electum iuſtificabitur, & qui operatur illud honorabitur in

illo.

illo.27.b. Si ſequaris iuſtitiam apprehendes illam, & indues quaſi ponderem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in ſempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum.30.c. Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, & melior eſt omni auro & argento. Eſaiæ.32.d. Et erit opus iuſtitiæ pax: & cultus iuſtitiæ ſilentium & ſecuritas vſque in ſempiternum. Ezechiel.14.e. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius. Noe, Daniel & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.2.Timoth.4.b.In reliquo.Iudicium.18.Hebræo.12.c.Omnis autem.Diſciplina.7.

¶*Iuſtitia noſtra quomodo ad deum comparatur.* Iob.9.a. Vere ſcio quod ita ſit: & quod non iuſtificetur homo compoſitus deo.c. Si iuſtificare me voluero os meum cōdemnabit me.4.d. Nunquid homo dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? 25. b. Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus deo? Pſal. 142. a. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Prou.24. b. Septies enim in die cadet iuſtus & reſurget. Ecclés.7. c. Non eſt enim homo iuſtus in terra qui faciat bonum & non peccet. Eccleſiaſtici.7.a.Non te iuſtifices ante deum.18.a. Deus ſolus iuſtificabitur. Eſa.43.d. Reduc me in memoriā & iuducemur ſimul, narra ſi quid habes vt iuſtificeris. Pater tuus primus peccauit. 64. b. Ecce tu iratus es & peccauimus, in ipſis fuimus ſemper & ſaluabimur. Et facti ſumus & immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitię noſtræ.1.Corinth.4.a.Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum. VI

¶*Iuſtificatio reſpectu peioris.* Hier.3.d.Iuſtificauit animam ſuam aduerſatrix Iſrael, comparatione præuaricatricis Iuda. Ezech.16.f. Ergo & tu porta confuſionem tuam, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agens ab eis. Iuſtificatæ ſunt enim à te. VII

¶*Iuſtitiæ humanæ conſeruatio.* Prou.14.d.Iuſtitia eleuat gē-tem.21.c. Qui ſequitur iuſtitiā & facit miſericordiā inueniet vitam. Eccl.4.d. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua vſque ad mortē, certa pro iuſtitia, & deus expugnabit pro te inimicos. 20.d. Qui operatur iuſtitiam, ipſe exaltabitur, VIII

IX ¶*Ordinatio*. Thobiæ.4.c. Quod ab alio oderis. Dilectio proximi.5. Ezech.45. d. Statera iuſta & Ephi iuſtum, & Batus iuſtus erit vobis.

X ¶*Violatio*. Prou.11.a. Statera doloſa. Diuitiæ.7.20.b. Pōdus & pondus, vbi ſuprà. Eſa.1.f Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij: Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua.

I IVſti *bene ordinantur erga deum*. Gen.6.b. Noe vir. Iuſtitia. 4. Iob.17.c. Et tenebit iuſtus viam ſuam.27.a. Iuſtificationem meam quàm cœpi tenere non deſeram. Pſal.36.e. Lex dei eius in corde ipſius.111.b. Paratum cor eius ſperare in domino. Prou.11.a Simplicitas iuſtorum diriget eos. 18.b. Turris fortiſſima nomen domini, ad ipſam currit iuſtus & exaltabitur. Eze.18.b. Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiā, in montibus non comederit, oculos ſuos nō leuauerit ad idola domus Iſrael, & vxorē proximi ſui non violauerit, & ad mulierē menſtruatam non acceſſerit, hominem non cōtriſtauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuit veſtimēto, ad vſuram non cōmodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manū ſuā, & iudicium verū fecerit inter virū & virū, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatē, hic iuſtus eſt, vita viuet, ait dominus. Lucę.1.a. Erant autē iuſti ambo ante deū.1. Iohā.2.d. Si ſcitis quoniā iuſtus eſt: ſcitote quoniā & omnis qui facit iuſtitiā, ex ipſo natus eſt.

II ¶*Erga proximum in uerbo* Pſal.36. e. Os iuſti meditabitur ſapientiam & lingua. Prou.10.b. Vena vitæ os iuſti.c. Argentum electum lingua iuſti. Labia iuſti erudiunt plurimos.d. Os iuſti parturit ſapientiam.18.c. Iuſtus prior eſt accuſator ſui.

III ¶*Opere*. Prou.10.c. Opus iuſti ad vitam.12.a. Cogitationes iuſtorū iudicia. Ecclēs.7.c. Noli eſſe iuſtus multum.

IIII ¶*Plene remunerantur*. Quantum ad ſe. Prou.11.a. Iuſtitia rectorum liberabit eos.b. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt. d. Fructus iuſti lignum vitæ.12.c. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Sapien.3.a. Iuſtorum, Homo.3.4.b.

Iuſtus

Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.5.c. Iuſti autem in perpetuũ viuent,& apud dominum eſt merces eorum & cogitatio eorum apud altiſſimũ. Ideo accipient regnum decoris,& diadema ſpeciei de manu domini,quoniã dextera ſua reget eos.Pſal.17.c.Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam.33.d. Multæ tribulationes iuſtorũ:&,Cuſtodit dominus omnia oſſa eorũ. Eſa.3.d.Dicite iuſto quoniã bene,quoniam fructum adinuentionum ſuarũ comedet.Ezech.18.e.Iuſtitia iuſti ſuper eum erit.Matt.13.f.Tunc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris eorum.25.d. Iuſti autem(ibunt)in vitam æternam.

❡*Prolem.* Prou.20.b. Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua,beatos poſt ſe filios relinquet. Eccleſiaſtici.44.b.Sed & illi viri miſericordiæ ſunt,quorum pietates non defecerunt.Cum ſemine eorũ permanent bona,hæreditas ſancta nepotes eorum. Pſal.36.d. Iunior fui etenim ſeruì,& non vidi iuſtum derelictum.Tota die miſeretur & commodat. V

❡*Famam.* Pſal.111.b.In memoria æterna erit iuſtus. Prou. 10.b. Memoria iuſti cum laudibus. Eccleſiaſtici. 44.c. Nomen eorum viuet in generatione &generationem.46. c. Nomen eorum permanet in æternum, permanente ad filios illorum ſanctorum virorum gloria. VI

❡*Subſtantiam temporalem.* Iob.31.a. Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula.Seram & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Pſalmo. 36.e. Iuſti autem hæreditabunt terram.Prouerbio.2.d.Qui enim recti ſunt habitabunt in terra,& ſimplices permanebunt in ea.Impij verò de terra perdentur.3. d. Habitacula iuſtorum benedicentur. 10.a.Non affliget dominus fame animam iuſti. Eccleſiaſtici.39.c..Bonis bona creata ſunt ab initio. Initium neceſſari. Abſtinentia.2. VII

❡*Iuſtos mali abominantur.* Pſalmo.39.e. Conſiderat peccator iuſtum.Prouer.24.b.Ne inſidieris,& quæras impietatem in domo iuſti,neque vaſtes requiẽ eius.29.d. Abominantur iuſti virum impiũ,& abominantur impij eos qui in recta ſunt via.Sapien.2.c.Opprimamus pauperem iuſtum, quoniã inutilis eſt nobis,& cõtrarius eſt operibus noſtris, VIII

& improperat nobis peccata legis,& diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtrę. Circunueniamus ergo iuſtum,quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Grauis eſt nobis etiam ad vidēdum. Eſa.57.a. Iuſtus perit,& nō eſt qui recogitet in corde ſuo,& viri miſericordię colligunt̄,quia nō eſt qui intelligat. A facie enim malitię collectus eſt iuſtus. Veniat pax requieſcat in cubili ſuo.

## L

I Labor neceſſarius propter peccatum. Gen.3.c. Adæ verò dixi. Gula.2. 5.d. Iſte(ſcilicet Noe)conſolabitur nos ab operibus,& laboribus manuū noſtrarū in terra,cui maledixit dominus. Iob. 5.b. Homo naſcitur ad laborē. Prou.16.d. Anima laborantis, laborat ſibi, compulit enim eum os ſuum. Eccleſiaſtici.7.b. Non oderis laborioſa opera,& iuſtificationem creatam ab altiſſimo. Zacha.13.b. Non ſum propheta, homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea.

II ¶ *Exemplum.* 1.Cor.4.c. Et laboramus operantes manibus noſtris. 1.Theſ.2.b. Memores enim eſtis fratres laboris noſtri,& fatigationis, nocte & die operantes,ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangelium dei. 4.c. Rogamus autem vos fratres,vt abundetis magis, & operam detis vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium agatis,& operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis,& vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt,& nullius aliquid deſideretis. 2.Theſ.3.b. Ipſi enim ſcitis quēadmodum oporteat imitari nos,quoniā nō inquieti fuimus inter vos,neque gratis panem māducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione die ac nocte operātes, ne quem veſtrū grauaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatē, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitādum nos. c. Quoniā ſi quis non vult operari,nec māducet. Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulantes inquiete nihil operātes curioſe agentes: his autem qui eiuſmodi ſunt, denūciamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto,vt cum ſilētio

operantes ſuum panem manducent. Actu.20.g. Argentum & aurum,aut veſtem, nullius concupiui,ſicut ipſi ſcitis:quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt miniſtrauerũt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis,quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi domini Ieſu,quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare quàm accipere.

¶*Fructum*. Geneſis.2.c. Tulit ergo dominus deus hominem,& poſuit eum in paradiſum voluptatis,vt operaretur, & cuſtodiret illum. Prouerb.10.a. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat. Qui congregat in meſſe,filius ſapiens eſt,qui autẽ ſtertit æſtate filius eſt confuſionis.14.c.In omni opere bono erit abundantia,vbi autẽ verba ſunt plurima,ibi frequenter egeſtas. Eccli.10.d. Melior eſt qui operatur, & abundat in omnibus,quàm qui gloriatur,& eget pane.40.c. Vita ſibi ſufficientis operarij conduleabitur, & in ea inuenies theſaurũ. III

¶*Labor improbus*. Sapien.5.b.Laſſati ſumus in via iniquitatis,& perditionis,ambulauimus vias difficiles,viam autem domini ignorauimus. Hieremiæ.9.b.Vt iniquè agerent laborauerunt. IIII

L*Apis dicitur Chriſtus angularis*. Eſaiæ.28.a.Eece ego mittam in fundamẽtis Sion lapidem probatum angularem, pretioſum,in fundamento fundatum. Qui crediderit non feſtinet. Matthæi.21.d. Dicit illis Ieſus:Nunquam legiſtis in ſcripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A domino faſtum eſt iſtud. Actu.4.b. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus,qui factus eſt in caput anguli. Epheſ.2.d.Superædificati ſuper fundamentum apoſtolorum. I

¶*Offenſionis*. Eſaiæ.8.c.Dominum exercituum ipſum ſanctificate,ipſe pauor veſter, ipſe terror veſter,& ipſe erit vobis in ſanctificationem, in lapidem autem offenſionis, & petram ſcandali duabus domibus Iſrael, & in laqueum, & in ruinam habitantibus Hieruſalem. Et offendent ex eis plurimi,& cadent,& contererentur, & irretientur,& capientur. Matth.21.d. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum,cõfringetur,ſuper quem verò ceciderit contra eum. Luc.2.e. II

Ecce poſitus eſt hic in ruinā, & in reſurrectionem multorum in Iſrael.20.c. Omnis qui ceciderit ſuper lapidem illum cōquaſſabitur, ſuper quem verò ceciderit comminuet eum. Iohan.9.g. In iudicium veni, vt qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant. Roma.9.g. Offenderunt enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali, & omnis qui credit in eum non confundetur. 1.Petri.2.b. Propter quod continet ſcriptura: Ecce ponā in Sion lapidem ſummum, angularem. Vobis igitur honor. Fides.1.

III ¶ *Lapis dicitur Petrus.* Iohan.1.f. Intuitus autem eum Ieſus dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quòd interpretatur Petrus.

IIII ¶ *Lapis dicitur omnis Chriſtianus.* 1.Petr.2.a. Ad quem accedentes. Domus.5.

I Laudatur homo. A deo fœliciter. 1.Corin.4.a. Tunc laus erit vnicuique à deo.

II ¶ *A ſeipſo uiliter.* Prouerb.27.a. Laudet te alienus, & nō os tuum, extraneus & non labia tua.

III ¶ *Ab alio congruenter in abſentia.* Sic Saluator Iohannē diſcipulis ipſius diſcedentibus laudibus extulit. Matth.11.a. Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ab turbas de Iohanne. Lucæ.7.d. Et cum.

IIII ¶ *De innocentia.* Pſal.63.b. Laudabuntur omnes recti corde. Eccleſiaſtici.11.a. Non laudes virum in ſpecie ſua. d. Ante mortem ne laudes hominem quenquam.27.a. Ante ſermonem non laudes virum, hæc enim tentatio eſt hominum.44.a. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis. c. Sapientiam ipſorum narrant populi, & laudem eorum nunciet eccleſia.

I Legis naturæ illuſtratio. Pſalm.4.b. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Rom.2.c. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorū, & inter ſe inuicem

cogitationum

cogitationum accuſantium, aut etiam defendẽtium, in die qua iudicabit dominus occulta hominum ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum.

¶ *Legis Moſaicæ ordinatio* Exo.13.b. Et erit quaſi ſignum in manu tua,& quaſi monumentum ante oculos tuos,& vt lex domini ſemper ſit in ore meo Roma.3.c. Per legem enim cognitio peccati. 7.b. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret: Non concupiſces. c. Itaque lex quidem ſancta. Galat.3.c. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris.d. Prius autem quàm veniret fides ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. II

¶ *Operatio.* Pſalmo.24.b. Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Pſalmo.18.b. Lex domini immaculata conuertens animas. Roma.4.c. Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. 7.b Occaſione autem accepta peccatum per mandatum, operatum eſt in me omnem cõcupiſcentiam.c. Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt. III

¶ *Oneratio.* Galatas.3.b. Quicunque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem. Actuum.15.c. Nunc ergo quid tentatis deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quòd neque nos neque patres noſtri portare potuimus. IIII

¶ *Conſummatio per Chriſtum.* Matthæi.5.c. Nolite putare quoniam veni ſoluere legem. Non enim veni ſoluere, ſed adimplere.11.b. Omnes enim prophetæ & lex vſque ad Iohannem prophetauerunt. Luc.16.d. Lex & prophetæ vſq; ad Iohannẽ. Iohan.1.b. Lex per Moſen data eſt: gratia & V

veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.5.g.Si enim credide-
ritis Moſi.Cognitio.4. Roma.6.c.Peccatum enim vobis
non dominabitur:non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.
7.a.An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor)
quia lex in homine dominabitur, quanto tempore viuit.
Itaque fratres.Fructus.1.10.a. Finis enim legis Chriſtus.
Galat.2.d. Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt deo
viuam.4.a. At vbi venit plenitudo temporis.5.d.Quòd ſi
ſpiritu ducemini,non eſtis ſub lege. Hebr.7.b. Tranſlato
enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat.c.Re-
probatio quidem fit præcedentis mandati propter infir-
mitatem,& inutilitatem. Nihil enim ad perfectum addu-
xit lex.8.d.Dicendo nouum veterauit prius.Quòd autem
antiquatur & ſeneſcit propè interitum eſt. 10.a. Vmbram
enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imagi-
nem rerum per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis quas
offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfe-
ctos facere.

VI ¶ *Legis euangelicæ fructificatio.* Hiere.31.f. Ecce dies ve-
nient dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iu-
da fœdus nouum, nō ſecundum pactum quòd pepigi cum
patribus veſtris,ſed hoc erit pactū quòd feriam. Poſt dies
illos, dicit dominus, dabo legem meam in viſceribus eo-
rum, & in corde eorum ſcribam illam, & ero eis in deum,
& ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vltra vir
proximum ſuum,& vir fratrem ſuum dicens,cognoſce do-
minum. Omnes enim cognoſcent me, à minimo eorum
vſque ad maximum, ait dominus:quia propitiabor iniqui-
tati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.
Hebr.8.c. Vituperans enim eos dicit : Ecce dies venient
dicit dominus.10.c.Conteſtatur autem nos. Euangeliū.2.

I LEproſorum probatio. Leuit.13.Homo in cuius cute & car-
ne ortus fuerit diuerſus color ſiue poſtula, aut quaſi lu-
cens quippiam,id eſt,plaga lepræ,adducetur ad Aaron ſa-
cerdotem,vel ad vnumquemlibet filiorum eius.

II ¶ *Segregatio.* Leuit.13.f. Quicunque ergo maculatus fue-
rit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis, habebit
veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum,cō-
taminatum

taminatum ac ſordidum ſe clamabit. Omni tempore quo leproſus eſt & immundus, ſolus habitabit extra caſtra. Numeri.5.a. Præcipe filiis Iſrael vt eiiciant extra caſtra omnem leproſum.

*Mundatio ſecundum legem.* Leuitici.14.a. Hic eſt ritus le- proſi quando mundandus eſt. Heliſæus miraculoſè Naaman Syrum mundauit.4.Reg.5.a. Naaman princeps militiæ regis Syriæ. III

*Leproſorum mundatio per Chriſtum.* Matth.8.a. Cum autem deſcendiſſet Ieſus de monte. Marci.1.d. Et venit ad eum leproſus deprecans eum. Luc.5.c. Et factum eſt cum eſſet in vna ciuitatum. 17.c. Et cum ingrederetur quoddam caſtellum. IIII

L*iberum arbitrium ad bonum cognoſcendum illuminatur.* Pſal. 31.c. Intellectum tibi dabo & inſtruã te in via hac. Nolite fieri ſicut equus & mulus. 35.c. In lumine tuo videbimus lumen. 93.b. Beatus quem tu erudieris domine & de lege tua docueris eum. 118.c. Reuela oculos meos & conſiderabo. Iohan.1.a. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Roma.1.c. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim dei. Cognitio.3. 1.Iohan.2. Et non neceſſe habetis vt aliquis vos doceat, ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus. I

*Ad perficiendum adiuuatur.* Matthæi.23. Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui admiſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Iohannis.15.a. Qui ſine me nihil poteſtis facere. Roma.7.d. Infœlix ego homo quis. Gratia.2. Roman.8.c. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. 2.Corinth.3.b. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Philip.2.b. Deus eſt enim qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. II

*A nullo uiolentatur.* Geneſis.4.a. Dixitque dominus ad Cain. Quare iratus es? Nónne ſi bene egeris recipies? Sin autem malè ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. Sed ſub te erit appetitus eius & tu dominaberis illum. Pſal.50. III

Voluntarie ſacrificabo tibi. Ecclēs.15.c. Deus ab initio. Nemini mandauit impiè agere. Oſee.13.c. Perditio tua Iſrael, tantūmodo in me auxiliū tuum. Luc.7.e. Phariſæi autem & legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt, &c. Heb.10.e Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio quæ conſumptura eſt aduerſarios. Apocalyp.3.d. Ecce ſto ad oſtium. Cibus.2.

I L*ibertas praua*. Reprobatur. Iob.11.c. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat. Hiere.34.d. Vos nō audiſtis me, vt prędicaretis libertatem, vnuſquiſque fratri ſuo, & vnuſquiſque amico ſuo. Et ecce prędico libertatem ait dominus, ad gladiū, ad peſtem, ad famē. Oſee.7.d. Reuerſi ſunt vt eſſent abſq; iugo.1. Petri.2.d. Superbia. Hæreticus.3.

II ¶ *Libertas euangelica per Chriſtum datur*. Iohan.8.e. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Roma.8.a. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis.2.Cor.3.d. Vbi autem ſpiritus domini ibi libertas. Galatas.4.d. Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus vos liberauit.

I ¶ *Ad deum ordinatur*. Roma.6.d. Liberati autem à peccato ſerui facti eſtis iuſtitię. Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructū. Fructus.2. Nūc verò liberati à peccato: ſerui autem facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem verò vitam æternam. Gala.5.d. Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini. Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres tantum ne libertatē in occaſionem detis carnis.1.Corinth.7.c. Similiter qui liber vocatus eſt: ſeruus eſt Chriſti. Iaco.1.d. Qui autem perſpexerit in lege perfectę libertatis, & permanſerit in ea non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. 2.c. Sic loquimini & ſic facite ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.1.Petri.2.c. Quaſi liberi & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.

IIII ¶ *Libertas humana commendatur*.1.Corint.7.d. Seruus vocatus

catus es, nō ſit tibi curę: ſed ſi poteſt fieri liber magis vtere. Precio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.

**L***iber uitæ*. Exo.32.g. Obſecro domine peccauit populus iſte peccatum magnum, feceruntque ſibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quē ſcripſiſti, ſi non facis. Cui reſpondit dominus. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo. Pſal.68.f. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Luc.10.c. Gaudete autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Apocalyp.3.a. Qui vicerit ſic veſtietur veſtimentis albis, & nō delebo nomen eius de libro vitę. 13.b. Et adorauerunt eam omnes qui inhabitabant terram: quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ agni. 20.d. Et qui non inuetus eſt in libro vitę ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnū ignis. I

¶ *Liber conſcientiæ*. Danielis.7.d. Iudicium ſedit & libri aperti ſunt. Apocalypſis. 20.d. Et vidi mortuos. Iudicium. 20. II

**L***ingua diſtrictæ eſt refrenanda*. Prou.10.c. In multiloquio non deerit peccatum. 12.b. De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis. 13.a. De fructu oris homo ſatiabitur bonis. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. 17.d. Qui moderatur ſermones ſuos doctus & prudens eſt, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Stultus quoque ſi tacuerit ſapiens reputabitur, & ſi compreſſerit labia ſua intelligens. 18.d. Mors & vita in manibus linguæ, & qui diligunt eam comedent fructus eius. 21.d. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam: cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam. Sapien.1.c. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ. Eccleſiaſtes.14.a. Beatus vir qui nō eſt lapſus verbo & ore ſuo. 19.c. Eſt qui labitur lingua ſua, ſed nō ex animo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? 20.a. Eſt tacens qui inuenitur ſapiens: & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendū. 21.d. Suſurro inquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur. 22.d. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea non perdat me. 23.b. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum, eſt enim in illa verbum I II III

peccati. Thren.3.c. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe. Matth.12.c. Dico enim vobis quoniam omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines: reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Lucæ.6.g. Bonus homo de bono theſauro cordis profert bonum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Iacob.1.c. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. 3.a. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. 1.Petri.3.b. Qui enim vult vitam diligere & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo.

II ¶ *Debite ordinanda conſiderando tempus quando loquendum.* Prouer.15.c. Lætatur homo in ſententia oris ſui, & ſermo opportunus eſt optimus. 25.b. Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore ſuo. Eccleſiaſtes.3.b. Tempus tacendi & tempus loquendi. 8.a. Tempus & reſponſionẽ cor ſapientis intelligit. Eccleſiaſtes.11.a. Priuſquàm audias ne reſpondeas verbum: & in medio ſermonũ ne adiicias loqui. 20.a. Eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus. 32.b. Audi tacens & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in tua cauſa vix cum neceſſe fuerit. Si his interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius. 33.a. Qui interrogationem manifeſtat parabit verbum, & ſic deprecatus exaudietur, & conſeruabit diſciplinam, & tunc reſpondebit.

III ¶ *Perſonam cui loquendam.* Prouerb.23.b. In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquij tui. 26.a. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam: ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtultiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur. Eccleſiaſtes.27.b. In medio inſenſatorum ſerua verbum temporis. 32.a. Loquere maior natu (te enim decet) primum verbum diligenti ſcientiam. Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem.b. In medio magnatorum loqui non præſumas: & vbi ſunt ſenes non multum loquaris.

IIII ¶ *Quid loquendũ.* Iob.27.a. Quia donec ſupereſt halitus in me, &

me,& ſpiritus dei in naribus meis,nō loquentur labia mea iniquitatē, nec lingua mea meditabitur mendacium. Pſal. 34.d. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam.38.a. Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. Prouerb.15.d. Abominatio domini cogitationes malę,& purus ſermo,pulcherrimus firmabitur ab eo. 24.c. Labia deoſculabitur qui recta verba reſpondet. Eccleſiaſtes.9.d. Verba ſapientum audiuntur in ſilentio,plus quàm clamor principis inter ſtultus. Eccleſiaſtes.5.d.Si eſt tibi intellectus reſponde proximo,ſin autem,ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati.9.d. Et omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi. 18.c. Et antequam loquaris diſce. 42.a. Non duplices ſermonem auditus. Amicitia.7. 51.d. Dedit enim mihi dominus linguam mercedem meam:& in ipſa laudabo eum. Eſa.50.b. Dominus dedit mihi linguā eruditam: vt ſciam ſuſcitare eum qui laſſus eſt verbo. Matt.12.c. Bonus homo de bono theſauro profert bona. Epheſ.4.g. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat,ſed ſiquis bonus ad ædificationem,vt det gratiam audientibus.1.Petr.4.c.Si quis loquitur tanquam ſermones dei.

V ❡ *Quomodo loquendum*. Abigail dulcedine verborum iram Dauid contra virum ſuum & domum fregit.1.Regum.25.a. Erat autem vir quiſpiam in ſolitudine Maon. Iob.6.d. Reſpondete obſecro abſque contentione, & loquentes id quòd iuſtum eſt iudicate, & non inuenietis in lingua mea mendacium. Prouer.15.a. Lingua placabilis, lignum vitæ.16.c. Eruditus in verbo reperiet bona. Et qui dulcis eloquio maiora reperiet. Fons vitæ eruditio poſſidentis. Fauus mellis cōpoſita verba. 18.d. Cum obſecrationibus loquetur pauper, diues effabitur rigidè. 29.b. Totum ſpiritum ſum profert ſtultus: ſapiens differt & reſeruat in poſterum. Eccleſiaſtes.10.c. Verba oris ſapientis gratia. Eccleſiaſtes. 4.d. Noli citatus eſſe in lingua tua. 5.c. Eſto manſuetus ad audiendum verbum dei vt intelligas:& cum ſapientia profer reſponſum verum. 6.a. Verbū dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos,& lingua eucharis in

bono homine abundabit. Colo. 4.a. Sermo veſter ſemper in gratia ſit ſale conditus: vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere.

I **L***ingua indiſcreta deum prouocat.* Vnde cum eſſet terra labij vnius in turris ædificatione diſſipati ſunt homines, & linquæ diuiſæ. Gene.11.a. Erat autem terra labij vnius & ſermonũ eorundẽ. Leui.19.c. Nõ eris criminator nec ſuſurro in populis. Pſal.51.a. Quid gloriaris in malitia? Tota die iuſtitiã cogitauit lingua tua. Dilexiſti malitiã. Dilexiſti omnia verba præcipitationis. Propterea deus deſtruet te. Sap.1.b. Propter hoc qui loquitur iniqua non poteſt latere. Ecclẽs.2.c. Vę duplici corde & labiis ſceleſtis, 27.b Narratio peccantium odioſa. Hiere. 8.b. Atttendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur. Iohan.3.d. Qui eſt de terra de terra eſt, & de terra loquitur. 1. Timo.5.b. Non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ loquentes quæ non oportet.

VII ❡*Seipſam damnificat.* Ioh.13.a. Atq; vtinã taceretis vt putaremini ſapientes. Pſal.139.b. Vir linguoſus non dirigetur in terra. Prou.14.c. Vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.17.a. Malus obedit linguæ iniquæ.18.b. Os ſtulti contritio eius: & labia ipſius ruina animę eius. 25.b. Nubes & ventus, & pluuię nõ ſequentes: vir glorioſus & promiſſa non cõplens.d. Sicut vrbs patens abſq; murorũ ambitu: ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritũ ſuum. Ecclẽs.10.c. Labia inſipientis præcipitabunt eũ. Initium verborum eius ſtultitia, & nouiſſimum oris illius error peſſimus. Ecclẽs.5.d. Lingua verò imprudentis ſubuerſio eſt ipſius. 20.b. Qui multis vtitur verbis lædet animã ſuam.c. Homo acharis quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinatorum aſſidua erit. 21.d. In ore fatuorum cor illorũ. 28.d. Aurum tuum & argẽtum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram: & frenos ori tuo rectos, & attende ne fortè labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorũ inſidiantiũ tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. 37.c. Qui ſophiſtice loquitur odibilis eſt: in omni re defraudabitur. Non eſt enim illi data à domino gratia, omni enim ſapientia defraudatus eſt. Iaco.3.a. Poteſt etiã

freno

freno circunducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad conſentiendum nobis omne corpus illorum circunferimus.b. Ita & lingua modicum quidem mēbrum eſt:& magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam ſyluam incendit. Et lingua ignis eſt vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris,quæ maculat totum corpus,& inflammat rotam natiuitatis noſtrę, inflammata à gehenna. Omnis natura beſtiarum & volucrum,& ſerpētium,& cęterorum domantur,& domita ſunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt: iniquictum malum, plena veneno mortifero. c. In ipſa benedicimus deum & patrem, & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginem & ſimilitudinem dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio, Non oportet fratres mei hæc ita fieri.

VIII ¶ *Proximum moleſtat.* Iob.6.d. Ad increpandum tantum eloquia concinnatis,& in vētum verba profertis. Pſal.56. a. Filij hominum dentes eorum arma ſagittę.119.a. Domine libera animam meam à labiis iniquis,& à lingua doloſa. Prou.12.a. Verba impiorum inſidiantur ſanguini,26.d. Lingua fallax non amat veritatem & os lubricum operatur ruinas. Eccle.21.c. Narratio fatui quaſi ſarcina in via. 22.c. Pungens oculū deducit lachrymas,& qui pungit cor profert ſenſum. 37.c. Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur,bonū & malum,vita & mors, & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua.

IX ¶ *Diſcordiam ſeminat.* Prou.4.d. Remoueate os prauū.16. d. Homo peruerſus ſuſcitat lites,& verboſus ſeparat principes. Vir inſipiens fodit malum,& in labiis eius ignis exardeſcet.18.a. Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat, b. Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris. Eccleſia.9.d. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit. 23.c. Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem. Anima callida quaſi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat,& homo nequam in ore carnis ſuę,non deſinet donec incendat ignem.28.c. Suſurro & bilinguis maledictus

multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Lingua tertia mulieres iuratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requieſcat. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam.

X ¶ *Modum non ſeruat, ſcilicet quando loquendum.* Prou. 18. c. Qui prius reſpondet quàm audiat ſtultum ſe eſſe demonſtrat. 29. c. Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperāda eſt quàm illius correctio. Eccleſiaſtici. 19. b. A facie verbi parturit fatuus. Sagitta infixa fœmori canis: ſic verbum in corde ſtulti. 20. a. Laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus. c. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore ſuo.

XI ¶ *Cui loquendum.* Eccle. 7. b. Noli verboſus eſſe in multitudine presbyterorum. 21. d. Labia imprudentium ſtulta narrabunt. 22. a. Muſica in luctu importuna narratio. Qui narrat verbum non audienti quaſi qui excitat dormiētem de graui ſomno. b. Cum ſtulto ne multum loquaris.

XII ¶ *Quomodo loquendum.* Roboan durè reſpondens populo parte regni ſe priuauit. 3. Regum. 12. c. Reſponditque rex populo dura. Iob. 11. a. Nunquid qui multa loquitur non audiet? & vir verboſus iuſtificabitur? Tibi ſoli tacebunt homines. 32. d. Reſpōdebo & ego partem meam, & oſtendam ſcientiam meam. Plenus ſum enim ſermonibus, & coartat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quòd lagũculas nouas dirumpit. Loquar & reſpirabo paululũ, 33. a. Veruntamen miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non ſit tibi grauis. (Verba Heliu ad Iob.) Prou. 17. b. Non decent ſtultum verba compoſita. 36. b. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorũ. Ecclés. 5. a. In multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. 10. c. Stultus verba multiplicat. Eccle. 19. b. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis.

I L*onganimitatis diuinæ fructus.* 2. Regum. 14. d. Nec vult deus perire animam: ſed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt. Eccleſia. 5. b. Altiſſimus enim eſt patiens

patiens redditor.Sapientiæ.11.d. Et miſeris omnium quia omnia poteſt : diſſimulans peccata propter pœnitentiam. Eſa.30. d. Propterea expectat dominus vt miſereatur veſtri,& ideo exaltabitur parcens vobis,quia deus iudicij dominus. Beati omnes qui expectant eum.Lucæ.13.a. Arborem fici. Arbor.3. 2.Petri.3. c. Non tardat dominus promiſſionem, ſicut quidam exiſtimant, ſed pacienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.d.Propter quod.

¶*Contemptus*.Pſalmo.102.b. Miſerator & miſericors dominus,longanimis. Eſaiæ.28.c.Et erit eis verbum domini,manda remanda, manda remanda,modicum ibi modicum ibi,expecta expecta,vt vadant & cadant retrorſum,& conterantur, & illaqueantur, & capiantur. 42. c. Tacui, ſemper ſilui,patiens fui:ſicut parturiens loquar. 65.a.Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas. Ezec.12. f. Fili hominis quod eſt prouerbium iſtud in terra Iſrael dicentium. In longum differentur dies, & peribit omnis viſio.Non enim erit vltra omnis viſio caſſa,neque diuinatio ambigua, in medio filiorum Iſrael, quia ego dominus loquar, & quodcunque locutus fuero fiet. Romano.2.a. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis?Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. II

LV*gendum in oratione deuote*. Sic Ezechias rex audiẽs denunciationem mortis.4. Regum.20. a. In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem. Sic Ioſias audiens legem.4.Regum.22.d. Regi autem Iuda qui miſit vos,vt conſuleretis dominum,ſic dicetis. Sic Thobias.ibidem.3. a.Tũc Thobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis. Similiter Sara filia Raguelis. b. Ad hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ,& tribus diebus & tribus noctibus non mãducauit neque bibit, ſed in oratione perſiſtens cum lachrymis deprecabatur deum, vt ab iſto im- I

properio liberaret eam. d. In illo tempore exauditæ ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi dei. Matth. 5. a. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.

II ¶ *Super peccato amare.* Sic filij Iſrael audientes angelum pro peccatis corripientem. Iudic. 2. a. Aſcendítque angelus domini. Iudith. 8. b. Sed quia patiens dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus. Iob. 10. d. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me. Infernus. 1. Pſal. 6. b. Laboraui in gemitu meo. Diſcedite à me omnes inimici mei. 55. b. Deus vitam meam annunciaui tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. 118. c. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierũt legem tuam. Eccleſiaſtes. 3. a. Tempus flendi. Eſaiæ. 22. d. Et vocabit dominus. Gaudium. 8. Hieremiæ. 3. f. Vox in viis audita eſt, ploratus & vlulatus filiorum Iſrael, quoniam iniquam fecerunt viam ſuam. 31. b. In fletu venient, & in miſericordia reducam eos. Ioel. 2. c. Nunc ergo, dicit dominus, cõuertimini ad me, in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu, & in planctu, & ſcindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra. d. Inter veſtibulum, & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini, & dicent: Parce domine, parce populo tuo. Matth. 26. g. Et egreſſus foras (Petrus ſcilicet) fleuit amare. Sic Maria Magdalena. Lucæ. 7. f. Rogabat autem illum quidam.

III ¶ *Super proximo fructifere.* Iob. 30. d. Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat. Eccle. 7. d. Non deſis plorantibus in rogatione, & cum lugentibus ambula. Hiere. 13. c. Quod ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorans plorabit anima mea à facie ſuperbiæ plorans plorabit & deducet lachrymas oculus meus, quia captus eſt grex domini. Luc. 19. f. Et vt appropinquauit videns. Pax. 12. Iohan. 11. e. Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorãtes, infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum Et lachrymatus eſt Ieſus. Romano. 12. c. Flete cum flentibus. 1. Corinthio. 7. f. Et qui flent tanquam non flentes 2. Corinth. 12. g. Et lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, ſed non egerunt pœnitentiam ſuper immundicia,

&

& fornicatione, & impudicitia, quam geſſerunt.

¶ *Super mortuo moderate*. Sic Dauid mortuo infante pro IIII
cuius vita orauerat deſiit flere. 2. Reg. 12. c. Percuſſit quoque dominus paruulum. Ecclés. 7. a. Melius eſt ire. Gaudium. 7. Eccle. 22. b. Supra mortuum plora, defecit enim lux eius. Modicum plora ſupra mortuum quoniam requieuit. Luctus mortui ſeptem dies. 30. b. Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus, incipe plorare. Propter delaturam autem amare fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundum meritum eius, vno die vel duobus propter detractionem. A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem.

¶ *In inferno miſere*. Matth. 8. b. Fili autem regni eiicientur V
in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. 24. d. Partémque eius ponent cum hypocritis, illic erit fletus. Luc. 6. d. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. 13. f. Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Iacobi. 5. a. Agite nunc diuites. Diuitiæ. 13.

LVx *deus in ſe incomprehenſibilis*. Iob. 36. d. In manibus I
abſcondit lucem. Annunciat de ea amico ſuo quod poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere. Pſal. 103. a. Amictus lumine ſicut veſtimento. Iohannis. 8. b. Ego ſum lux mūdi. 1. Timo. 6. c. Lucē habitat inacceſſibilem. 1. Iohan. 1. c. Quoniam deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllę.

¶ *Lux gratiæ illuminat intellectum*. Pſalmo. 4. b. Multi di- II
cunt quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. 88. e. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. 111. a. Exortum eſt in tenebris lumen rectis. Eſaię. 9. a. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. 42. b. Et dedi te in fœdus. Cæcitas. 3. 49. b. Dedi te in lucem gentium. 50. d. Quis ambulauit. Ibidem ſupra. 60. a Surge illumināre. Ibidē ſupra. Micheæ. 7. b. Dum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt. Matth. 4. c. Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trans Iordanem Galilęę gentiū, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem

magnam,ſedentibus &c. Iohan.1.a.Erat lux vera,quæ illuminat hominem.Ephe.5.c.Surge qui dormis,& exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.

III ¶*Inflammat affectum.* Pſalmo.42.a.Emitte lucem tuam & veritatem tuam.96.b.Lux orta eſt iuſto.Eſa.2.b.Domus Iacob venite,&ambulemus in lumine dei noſtri.60.c.Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Iohan. 9.a. Quandiu ſum in mundo,lux ſum mundi.12.f. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadit. Dum lucem habetis, credite in lucem vt filij lucis ſitis.Epheſ.5.c. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino vt filij lucis ambulate. Fructus autem lucis eſt in omni bonitate,& iuſtitia & veritate. 1. Theſſa.5. a. Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis eſtis,& filij dei. Non ſumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut cæteri,ſed ſobrij ſimus &vigilemus.1.Iohannis.1.c.Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce,ſocietatem habemus adinuicem. 2.b. Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quia verum eſt & in ipſo & in vobis:quia tenebræ tranſierunt,& verum lumen iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe,& fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt.

IIII ¶*Lux gratiæ malis eſt odibilis.* Iob.24.d. Ipſi fuerunt rebelles lumini.38.b.Auferetur ab impiis lux ſua.Iohan.3.c. Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum:& dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Omnis enim qui malè agit, odit lucem:& non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.

V ¶*Lux naturalis iucunda.*Thob.5.b.Et ait Thobias:Quale gaudiũ mihi eſt,qui in tenebris ſedeo,&lumẽ cœli non video?Prou.15.d.Lux oculorũ lætificat animã. Ecclés.11.c. Dulce lumẽ &delectabile eſt oculis videre ſolẽ.Eſa.45.a. Ego dominus & non alter,formãs lucẽ,& creãs tenebras.

¶Lux

¶ *Lux exemplaris.* Prouerb.15.b.Lux oculorum lætificat. VI
Matth.5.b. Vos eſtis lux mundi. Sic luceat lux veſtra co-
ram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorifi-
cent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Iohan.3.c. Qui au-
tem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur ope-
ra eius, quia in deo ſunt facta. 5.f. Ille erat lucerna ardens
& lucens. Roma.12.d.Prouidentes bona non tantum co-
ram deo, ſed etiam corā omnibus hominibus. 2.Cor.4.a.
Commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam ho
minum coram deo. 8.d. Prouidemus enim bona non ſo-
lum coram deo, ſed etiam coram hominibus. Philip.2.b.
Scitis ſine querela & ſimplices filij dei, ſine reprehenſio-
ne in medio nationis prauę & peruerſæ, inter quos lucetis
ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. 4.a.
Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Coloſ.4.a.
In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redi-
mentes. Titum.2.b.In omnibus teipſum. Euangeljum.7.
1.Petri.2.b. Conuerſationem veſtram inter gentes haben
tes bonam, vt in eo quòd detractant de vobis tanquam de
malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glo- II
rificent deum in die viſitationis.

## M

MAgiſterium non ambiendum. I
Matthæi.23.a.Vos autem nolite vocari
Rabbi: Vnus eſt enim magiſter veſter.
Nec vocemini magiſtri, quia magiſter
veſter vnus eſt Chriſtus. Iacobi.3.a.No
lite plures magiſtri fieri fratres mei, ſci-
entes quoniam maius iudicium ſumitis.

M*Aledictio firmiter prohibetur.* Exod.22.d. Et principi po I
puli tui non maledices. Nume.23.b.Quomodo male-
dicam, cui non maledixit deus? Deut.23.a. Et quia condu-
xerunt contra te Balaan filium Beor de Meſopotamia Sy-
riæ vt malediceret tibi, & noluit dominus deus tuus audi-
re Balaan, vertitque maledictionem eius in benedictio-
nem tuam, eo quòd diligeret te. Prouerbiorum.26.a.Nam
ſicut auis ad alia tranſuolans, & paſſer quolibet vadens: ſic

IV malediƈtum fruſtra prolatum, in quempiam ſuperueniet. Eccle.21.d. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam. Iacobi.3.c. In ipſa (ſcilicet lingua) benedicimus. Lingua.7.

II ¶ *Acriter punitur*. Geneſis.27.b. Qui maledixerit tibi, ait Iſaac filio ſuo, ſit ille malediƈtus. Leuit.20.b. Qui maledixerit patri ſuo aut matri, moriatur.24.c. Homo qui maledixerit deo ſuo. Blaſphemia.2. Nume.24.b. Qui maledixerit tibi (ait Balaan de filiis Iſrael) in malediƈtione reputabitur. Semei Dauidi maledicens occiſus fuit. 2.Reg. 16.b. Venit ergo rex Dauid vſque Bahurim. Et ecce egrediebatur vir. 3.Reg.2.b. Habes quoque apud te Semei.

III ¶ *Malediƈtio bonorum ſolicite cauenda*. Vnde Cham patrem deridens. Deriſor.4. Sic pueri irridentes Heliſæum. Ibidem ſuprà. Eccle.3.b. Malediƈtio matris eradicat fundaméta.44.a. Ab inope ne auertas oculos tuos, propter irã, & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum.

IIII ¶ *Malediƈtio malorum pacifice tolleranda*. Hinc Dauid ait. 2.Regum.16.c. Dimitte eum vt maledicat iuxta præceptum domini, ſi fortè dominus reſpiciat affliƈtionem meã, & reddat mihi bonum pro malediƈtione. Pſal.108.d. Maledicent illi & tu benedices. Eccleſ.7.c. Sed & cunƈtis ſermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne fortè audias ſeruum maledicentẽ tibi. Scit enim conſcientia tua, quia & tu crebro maledixiſti aliis. Matth.5.a. Beati eſtis. Perſequutio.4. Rom.12.c. Benedicite perſequentibus vos, benedicite & nolite maledicere. 1.Cor.4.c. Maledicimur & benedicimus. 1.Tim.4.c. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia ſperamus in deum viuum, qui eſt ſaluator omnium hominum. 1.Pet.2.d. Qui cum malediceretur nõ maledicebat.3.b. Non reddentes malũ pro malo, nec malediƈtum pro malediƈto, ſed econtrariò benedicentes.

V ¶ *Malediƈtio dei incurritur ex præcepti tranſgreſſione*. Geneſis.3.c. Quia audiſti. Gula.2. Deuterono.27.d. Malediƈtus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Malach.2.a. Si noſueritis audire, maledicam

cam benedictionibus veſtris,& maledicam illis:quia non poſuiſtis ſuper cor. Matth.25.d.Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.

¶*Ex innocentis oppreſſione*. Geneſis.4.b.Nunc igitur maledictus eris ſuper terram,quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Pſal.108.b.Fiant contra dominum ſemper. Et perſequutus eſt hominem inopem. Et dilexit maledictionem & veniet ei. Et induet maledictionem ſicut veſtimentum. VI

M*Alum culpæ à nobis eſt*. Eccle.15.d. Nemini mandauit deus impiè agere. Iacobi.1.b. Nemo quum tentatur. Concupiſcentia.1. I

¶*Pœnæ a deo*. Eccleſiaſtici.11.b.Bona & mala,vita& mors paupertas& honeſtas,à deo ſunt.Amos.3.b.Si erit malum in ciuitate, quòd dominus non fecerit. II

M*Anſuetudo deo placet*. Pſalm.149.a.Exaltauit manſuetos in ſalutem. Eccleſiaſtici.10.d.Fili mi in manſuetudine ſerua. Honor.12. Matthæi.5.a. Beati mites,quoniam ipſi poſſidebunt terram. 11.d.Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcedite à me,quia mitis ſum & humilis. I

¶*Proximo prodeſt*. Pſalmo.36.b.Manſueti autem hæreditabunt terram.Prouer.16.c.Melius eſt humiliari cum mitibus,quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis.Eccleſiaſtici.3.c Fili in manſuetudine opera tua perfice,& ſuper hominum gloriam diligeris.10.b.Sedes ducum ſuperborum deſtruxit deus,& ſedere fecit mites pro eis. II

M*Atris Chriſti deſponſatio*. Matth.1.c.Quum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. I

¶*Commendatio*. Lucæ.11.d. Factum eſt autem quum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit: Beatus venter qui te portauit,& vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit:Quinimò. II

M*Atrimonium a deo inſtitutum*. Geneſ.1.d. Et creauit deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem dei creauit illum,maſculum & fœminã creauit eos.Leui.18.a.Omnis homo ad proximum ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius.20.b.Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte moriantur I

ambo. Matth. 19.a. Quod ergo deus coniunxit, homo non ſeparet. Iohan. 2.a. Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. 1. Timo. 4.a. Spiritus autem. Cibus. 8.

II ❡*Ad bonum conſtitutum.* Prolis procreationem. Gene. 1.d. Benedixítque deus illis, & ait: Creſcite & multiplicamini. Ideo Sara conceptui ſciens ſe ineptam dixit. Geneſ. 18.b. Poſtquàm conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Thob. 3.c. Tu ſcis domine (ait Sara filia Ragulis) quia nunquam concupiui virum. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea, conſenſi ſuſcipere. 6.d. Tunc angelus Raphael dixit: Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt quibus prævalere poteſt dæmonium. Hi nanque qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium. Tranſacta autẽ tertia nocte accipies virginem cum timore domini amore filiorum magis quàm libidine ductus. 8.a. Tunc hortatus eſt virginem Thobias: Sara ſurge & deprecemur deum, hodie, cras, & ſecũdum cras, quia his tribus noctibus deo cõiungemur: tertia autem tranſacta nocte in noſtro erimus coniugio. Filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi, ſicut gentes quæ ignorant deum. Malach. 2.d. Et quid vnus quærit niſi ſemen dei? Hebr. 13.a. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.

III ❡*Peccati deuitationem.* 1. Corin. 7.a. Bonum eſt homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro. Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram. f. Hoc itaque dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium.

IIII ❡*Mutuam conſolationem.* Gene. 2.d. Dixit quoque dominus. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Immiſit ergo dominus deus ſoporem in Adam. Cúmque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius, & repleuit

& repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dominus deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, dixitque Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Thob. 10. d. Et apprehendentes. Filius. 8. Eccleſ. 7. c. Trade filiam & grande opus feceris, & homini ſenſati da illam. 36. d. Qui poſſidet mulierem bonã inchoat poſſeſſionem. Adiutorium ſecundum illum eſt, & columna vt requies. Vbi non eſt mulier ingemiſcit egens. Cui credit qui non habet nidum? Et deflectens vbicunque obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem. Ephe. 5. e. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut domino. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ſic mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam. f. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt propria corpora. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. g. Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum. Coloſ. 3. d. Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. 1. Pet. 3. a. Similiter & mulier ſubditę ſint viris ſuis, vt & ſi qui non credunt verbo per mulierum conuerſationem bonam ſine verbo lucrifiant, conſiderantes in timore ſanctam cõuerſationem veſtram. Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu dei locuples. Sic enim aliquãdo & ſanctæ mulieres ſperantes in deo ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ dominum eũ vocans, cuius eſtis filiæ benefacientes, & non pertimeſcẽtes vllam perturbationem. b. Viri ſimiliter cohabitantes ſecũdum ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri, impartientes honorem tanquam cohæredibus gratiæ vitę, vt non impediantur orationes veſtræ.

¶ *Matrimonium eſſe debet uoluntarium.* Vnde parentes. Rebeccæ conſenſum requirebant. Gene. 24. f. Et dixerunt: Vocemus puellam & quæramus ipſius voluntatem. V

VI ¶ *Firmum.* Malac.2.d.Cuſtodite ergo ſpiritũ veſtrũ,& noli deſpicere vxorem adoleſcentiæ tuæ. Cũ odio habueris eam dimitte dicit dominus deus Iſrael : operiet autẽ iniquitas veſtimentum eius. Hinc ſaluator vxorẽ non niſi cauſa fornicationis dimittẽdam dixit. Matth.5.e. Dictum eſt autem: Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam,det ei libellũ repudij. Ego autem dico vobis:quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam,excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari:& qui dimiſſam duxerit,mœchatur. Mar.10.a. Et accedentes Phariſæi interrogabant eum: Si licet viro vxorem dimittere? At ille dixit:Quid vobis præcepit Moſes? Qui dixerunt: Mõſes permiſit libellum repudij ſcribere & dimittere. Quibus reſpondens,ait : Ad duritiam cordis veſtri,ſcripſit vobis præceptum iſtud. Ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos deus. Propter hoc, vt ſuprà. Luc 16.d. Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit,mœchatur:& qui dimiſſam duxerit,mœchatur. Rom.7.a. Nam quæ ſub viro eſt mulier. Adulterium.2. 1.Corinth.7.b. His autem qui matrimonio iuncti ſunt præcipio:non ego, ſed dominus. Vxorem à viro non diſcedere. Quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam,aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. e. Alligatus es vxori,non quærere ſolutionem.g. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. Epheſ.5.g. Propter hoc relinquet,vt ſuprà. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.

VII ¶ *Matrimonium ſpirituale uirtuoſe inchoatur.* Hiere.2.a. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam,& charitatem deſponſationis tuæ,quando ſequuta es me in deſerto. Oſee.2.d. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum,& ſpõſabo te mihi in iuſtitia,in iudicio,& in miſericordia & miſerationibus. Et ſpõſabo te mihi in fide,dicit dominus. Matth.22.a. Simile eſt regnum cœlorum homini regi,qui fecit nuptias filio ſuo. Iohã.3.d. Qui habet ſponſam,ſponſus eſt. 2.Corinth.11.a. Deſpondi enim vos vni virò virginem caſtam exhibere Chriſto. Ephe.5.g. Sacramentum hoc magnum eſt. Apoca.21.a. Et ego Iohannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cœ-

lō,à deo paratam,ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

¶ *Copioſe remuneratur*. Eſaiæ.49.e. Leua in circuitu oculos tuos,& vide omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi. Viuo ego dicit dominus,quia omnibus his velut ornamẽto veſtieris & circundabis tibi eos quaſi ſponſa.61.d.Gaudens gaudebo in domino.Gaudium.3. Matth.25.a.Tunc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Apoca.19.b. Gaudeamus & exultemus,& demus gloriam deo:quia venerunt nuptiæ agni,& vxor eius preparauit ſe. Et datum eſt illi vt cooperiat ſe biſſino ſplendenti,& cãdido.Biſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. VIII

MEdiator redemptionis ſolus Chriſtus. Gal.3.d. Quid igitur lex?Lex.3. 1.Timo.2.b.Vnus enim deus,vnus & mediator dei & hominũ,homo Chriſtus Ieſus,qui dedit redẽptionẽ ſemetipſum pro omnibus.Heb.9.Et ideo noui teſtamenti mediator eſt,vt morte intercedẽte in redẽptionẽ earũ prẹuaricationũ,quę erant ſub priori teſtamẽto,repromiſſionẽ accipiãt qui vocati ſunt ęternę hęreditatis.f.Nõ enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit exẽplaria verorũ, ſed in ipſum cœlũ, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. I

¶ *Interceſſionis Chriſtus*. Romano.8.g. Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt,imò qui & reſurrexit,qui eſt ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis.1.Iohãnis.2.a.Filioli mei hęc ſcribo vobis,vt nõ peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtum. II

¶ *Spiritus ſanctus*. Romano.8.e. Nam quid oremus ſicut oportet,neſcimus,ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. III

¶ *Angelus*. Iob.33.d. Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus,aut annunciet hominis ęquitatem,miſerebitur eius,& dicet:Libera eum vt non deſcendat in corruptionem.Inueni in quo ei propitier. Zacha.1.c. Et reſpõdit angelus domini,& dixit: Domine exercituũ vſque quo tu non miſereberis. Hieruſalem,& vrbium Iuda quibus iratus es?Et reſpondit dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona verba conſolatoria. IIII

V ¶*Homo.* Iob.42.b. Iob ſeruus meus (ait dominus amicis Iob) orabit pro vobis, faciem eius ſuſcipiã. 2.Mach.15.c. Erat autem huiuſmodi viſio. Oniam qui fuerat ſummus ſacerdos, virum bonum & benignũ, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentẽ orare pro omni populo Iudęorum. Poſt hoc apparuiſſe & aliũ virum, ętate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illum. Reſpodentem verò Oniam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, hic eſt qui multũ orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate Hieremias propheta dei. Ro. 15.g. Obſecro ergo vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad deum.

I MEdicus *ſpiritualis.* Eſaię.61.a. Spiritus domini ſuper me, eo quòd vnxerit me dominus. Ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritos corde. Matthęi.9.b. Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Lucæ.4. Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem. Medicè cura teipſum.5.f. Non egent qui ſani ſunt, medico.20. e. Homo quidam deſcendebat.

II ¶*Corporalis.* Eccleſiaſtici.10.b. Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorem pręcidit medicus.38.a. Honora medicum. Infirmitas.4. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. Ad agnitionem hominum virtus illorũ. In his curans mitigabit dolorem. Vide infirmitas.

I MEndacium *à deo ueratur.* Exod.23.a. Mendacium fugies. Leuiti.19.c. Non mentiemini. Iob.13.a. Nunquid deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Prouerbiorum.6.c. Sex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes ſanguinem innoxium, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum proferentem mendacia, teſtem fallacẽ, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Zacha.8.c. Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in

cordibus veſtris,& iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi,dicit dominus. Epheſ.4. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra. Colloſ.3.b. Nolite mentiri inuicem.

¶ *Diabolum imitatur.* 2.Paral.18.e. Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum. Eſa.28.d. Flagellum inundans cũ tranſierit non veniet ſuper nos,quia poſuimus mendaciũ ſpem noſtrã & mendacio protecti ſumus Iohã. 8.f. Vos ex patre diabolo eſtis. Quũ loquitur mendaciũ,ex propriis loquitur, quia mendax eſt,& pater eius. II

¶ *A bonis euitatur.* Prou.13.a. Verbum mẽdax iuſtus deteſtabitur. 17.b. Non decent ſtultum verba compoſita, nec principem labium mentiens. 30.b. Vanitatem & verbum mendacij longe fac à me. Eccli.4.d. Non cõtradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. 7.b. Noli amare mendaciũ aduerſus fratrem tuum,neq; in amicũ tuum ſimiliter facies. Noli velle mẽtiri omne mendacium,aſſiduitas enim illius non eſt bona. 27.c. Ante omnia opera verbum verax præcedat te. III

¶ *A malis frequentatur.* Prouer.10.a. Qui nititur mẽdaciis, hic paſcit ventos,idem autem ipſe ſequitur aues volantes. 17.a. Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtẽperat labiis mendacibus. 20.c. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo. 26.d. Lingua fallax non amat veritatem. 29.b. Princeps qui libenter audit verba mendacij,omnes miniſtros habet impios. Eccle.20.b. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſidue erit. 34.a. Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur? b. Sine mendacio conſummabitur verbum legis. IIII

¶ *Mendacium proximum decipit.* Sic propheta domini ad increpandum Hieroboan miſſus, per alium prophetam deceptus mendacio contra præceptum domini manducans à leone percuſſus interiit. 3.Reg.13.a. Et ecce vir dei venit de Iuda. Prouer.10.c. Abſcõdunt odium labia mẽdacia. 12.c. Qui quod ſcit loquitur iudex iuſtitię eſt: qui autem mentitur,teſtis eſt fraudulentus. 14.c. Profert mẽda- V

cia verſipellis.18.b.Verba bilinguis ſimplicia:& ipſa perueniunt vſque ad interiora vētris.Eccleſiaſtici.36.c.Fauces contingunt cibum ferè, & cor inſenſatum verba mendacia.Hiere. 9.b.Vnuſquiſque ſe à proximo. Amicitia.15. 1.Timoth. 4.a. Spiritus autem manifeſte.Cibus. 8.

VI ¶Seipſum perdit. Sic diabolus per ſerpentem mendaciter hominē decipiens maledictionē incurrit.Gene.3.c.Et ait deus ad ſerpentem:Quia feciſti hoc maledictus eris. Pſal. 5.b.Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. c. Quoniam nō eſt in ore eorū veritas.Sepulchrū patens eſt guttur eorū.Decidant à cogitationibus ſuis. Prou.11.d. Abominatio eſt domino labia mēdacia.19.a.Et qui mēdacia loquitur non effugiet.b. Et qui loquitur mendacia peribit.c.Et melior eſt pauper iuſtus quàm vir mēdax. Sap.1.c,Os autē quòd mentitur occidit animam.Eccli.2.c. Væ duplici corde & labiis ſceleſtis.20.c.Lapſus falſę linguę,quaſi qui in pauimento cadēs,ſic caſus malorū feſtinanter veniet.d Potior eſt fur, quàm aſſiduitas viri mendacis , perditionē autē ambo hęreditabunt.Mores hominū mendacium ſine honore,& confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione. Eſa.59.c.Multiplicatæ ſunt.Auerſio.1. Oſee.4.a. Audite verbum domini.Non eſt enim veritas & nō eſt miſericordia, non eſt ſcientia dei in terra. Maledictum, & mendaciū,& homicidium,& furtum,& adulterium inundauerūt, propter hoc lugebit terra,& infirmabitur omnis qui habitat in ea.Actu.5.a.Dixit autē Petrus ad Ananiam.Anania cur tentauit ſatanas cor tuū mentiri te ſpiritui ſancto.Audiens Ananias verba hęc,cecidit & expirauit.Apoc.21.c. Timidis aūt:&,Fornicatio.1.g.Nō intrabit.Beatitudo.4.

I MErcenarius debite remunerandus. Hinc Laban dixit Iacob.Gen.29.d.Num quia frater meus es gratis ſeruies mihi?Leui.19.c.Non morabitur opus mercenarij apud te vſque mane.Deut.24.c.Nō negabis mercedē indigentis, ne clamet contra te ad dominū,& reputetur tibi in peccatum.Thob.4.c.Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui omnino apud te non remaneat. 12.a. Tunc vocauit ad ſe Thobias filium ſuum, dixitque ei : Quid poſſumus dare viro

iſti

iſti ſancto qui venit tecum? Luc.10.b. Dignus eſt enim operarius. Roma.4.a. Ei autem qui operatur, merces imputatur non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.

¶ *Iniuſte non defraudandus.* Eccleſiaſtici.34.d. Panis egentium vita pauperis eſt, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt, Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Qui effundit ſanguinem & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Iaco.5.b. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regionem veſtram, quæ fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorum in aures domini Sobaoth introiuit. II

M*iniſterium dei honorificum.* Eccleſiaſtici.7.c. In omni virtute tua dilige eum qui fecit te, & miniſtros eius non derelinquas. Dan.7.c. Millia milliū miniſtrabāt ei. Matt.4.b. Tūc reliquit eum diabolus, & angeli acceſſerūt & miniſtrbant ei. Iohan.12.d. Si quis mihi miniſtrat me ſequatur, & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. 1. Corin.4.a. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti. 2. Cor.6.b. Sed in omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros. I

¶ *Miniſterium humanum ordinatum.* Pſal.100.b. Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Prou.14.d. Acceptus eſt regi miniſter intelligens, iracundiam illius inutilis ſuſtinebit. 22.b. Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Eccleſiaſtici. 10.a. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. II

M*iracula faciunt boni viri, vnde Moſes deo præcipiente plurima in AEgypto fecit miracula.* Exod.4.a. Reſpondens Moſes. Helias ignem de cœlo fecit deſcendere, qui duos cōſumpſit quinquagenarios. 4. Regum. 1.b. Miſitque ad eum quinquagenarium principem. Sic multi prophetæ veteris teſtamenti. Matthæi.10.a. Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Marc.3.b. Et fecit vt eſſent duodecim cum illo. Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eiiciēdi dæmonia. 16.d. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dęmonia eiiciēt. Illi autem I

profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Lucæ.6.c. Et omnis turba quærebat eum tangere,quia virtus de illo exibat & ſanabat omnes. 9. a. Conuocatis autem Ieſus duodecim apoſtolis dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent. Iohan.14.b. Amen amen dico vobis.Fides.4.Actuum.3.b.Petrus autem dixit: Argentum & aurum non eſt mihi,quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge.19.b. Virtutéſque non quaslibet faciebat deus per manum Pauli,ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria, & ſemicincta, & recedebant ab eis languores,& ſpiritus nequam egrediebantur.

II ¶ *Mali*, Matthæi.7.d.Multi dicent mihi in illa die: Domine domine,nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis,quia nunquam noui vos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. 24.b. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur,ſi fieri poteſt, etiam electi. Luc.9.f. Præceptor vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nos,10.c. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.Veruntamen in hoc nolite gaudere,quia ſpiritus vobis ſubiiciuntur.

III ¶ *Miracula deſiderant boni ex pietate.* Sic Gedeon. Iudic.6. d. Si inueni,inquit,gratiam coram te,da mihi ſignum. Sic Ezechias rex. 4.Reg.20.b. Dixerat autem Ezechias ad Eſaiam:Quod erit ſignum,quia dominus me ſanabit?

IIII ¶ *Mali ex infidelitate.* Matth.12.c. Magiſter voluimus à te ſignum videre.Generatio mala & adultera ſignum quærit. Lucæ.11.c.Et alij tentantes ſignum de cœlo quærebant ab eo.23.b. Herodes autem viſo Ieſu,gauiſus eſt valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Iohan.4.g. Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.

creditis.1.Corinthio.1.c.Quoniam Iudæi ſigna petunt.
¶ *Miracula boni acceptant ex fidelitate.* Iohan.2.d.Cum autem eſſet Hieroſolymis in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius quæ faciebat.3.a. Rabbi ſcimus,quia à deo veniſti magiſter:nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi deus fuerit cum eo. 10.g. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio,ſi mihi non vultis credere,operibus credite. V

¶ *Mali refutant ex impietate.* Sic Acham ne gloria dei in contemptum idolorum manifeſtaretur. Eſa.7.b. Et adiecit dominus loqui ad Acham,dicens:Pete tibi ſignum. Et dixit Acham:Non petam. VI

M*Iſericordia dei eſt generalis nullum excludendo.* Exo.33.d. Et miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.34.a.Dominator domine deus,miſericors,& clemens, patiens, & multæ miſerationis ac verax : qui cuſtodis miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & ſcelera atque peccata, nullúſque per ſe innocens eſt : qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem. Deut.5.a. Ego enim ſum dominus deus tuus, & faciens miſericordiam in multa millia, diligentibus me,& cuſtodiētibus præcepta mea.7.b. Et ſcies, quia dominus deus tuus ipſe eſt deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius,in mille generationes. Pſal. 32.a.Miſericordia domini plena eſt terra. 85.c. Et tu domine deus miſerator & miſericors. 144. b. Miſerator & miſericors dominus. Suauis dominus vniuerſis & miſerationes eius.Sap.15.a. Tu autē deus noſter ſuauis & verus es,& patiens,& in miſericordia diſponens omnia. Etenim ſi peccauerimus tui ſumus, ſciētes magnitudinem tuam:& ſi non peccauerimus,ſcimus quoniam apud te ſumus computati.Eccleſiaſtici.8.b.Miſeratio hominis circa proximū ſuum, miſericordia autem dei ſuper omnem carnem.Eſa. 16.b.Et præparabitur in miſericordia ſolium.49.d. Nūquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum. Et ſi illa oblita fuerit,ego tamē non obliuiſcar tui.Ionæ.4.a.Scio enim quia tu deus clemēs,& miſericors es,patiens & multę miſerationis, I

ſerationis, & ignoſcens ſuper malitiam. Matth.18. b. Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis. Ephe.2.a. Deus autem qui diues eſt in miſericordia.

II ¶ *Salutaris mœrentes conſolando.* Pſal.32.d. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. 85.c. Quoniam tu domine ſuauis.102. b. Quoniam ſecundum altitudinem cœli à terra corroborauit miſericordiam ſuam.c. Quomodo miſeretur pater filiorum. Sap.4.c. Quoniam gratia dei & miſericordia eſt in ſancto eius. Eccleſiaſtici.35.d. Specioſa miſericordia dei in tempore tribulationis: quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis. Eſa.63.b. Miſerationum domini recordabor. 64.d. Et nunc domine pater noſter es tu, nos verò lutum in manu tua. 66.a. Ad quem reſpiciam. Humilitas. 3.d. Quomodo ſi cui mater blandiatur: ſic ego conſolabor vos.e. Videbitis & gaudebit cor veſtrū. Matt.9.d. Videns autem turbas miſertus eſt eis, quia erant vexati, & iacentes ſicut oues non habētes paſtorē.15.d. Miſereor turbæ quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habent quòd manducent.2.Cor.1.a. Benedictus deus & pater. Cōſolatio.2.

III ¶ *Peccantes expectando.* Sap.11.d. Et miſereris omnium, quia. Longanimitas.1. Eſaię.30.d. Propterea expectat, vbi ſuprà.65.a. Expādi manus, vbi ſuprà.2. Eze.18.g. Et quare moriemini. Conuerſio.3. Luc.9.g. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.

IIII ¶ *Reuertentes ſuſcipiendo, hinc Dauid ait.* 1. Par.21.b. Ex omni parte me anguſtiæ premunt: ſed melius mihi eſt vt incidā in manus domini (quia multę ſunt miſerationes eius) quàm in manus hominum. Sic Ezechias.2. Para.30.b. Pius enim & clemens eſt dominus deus veſter, & non auertet faciem ſuam à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eum.c. Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt dominū. Eccleſiaſtici.2.d. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini. Secundum enim magnitudinem ipſius ſic & miſericordia illius cū ipſo eſt.17.d. Quàm magna miſericordia domini, & propitiatio illius conuertentibus ad ſe. Eſa.54.c. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momę-

to

co indignationis abſcondi faciem meam parumper à te,& in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Hie.2.a. Recordatus ſum. Matrimonium.7.3.a. Vulgo dicitur: Si dimiſerit vir vxorem. Conuerſio.2. Thre.3.c. Miſericordiæ domini quia non ſumus conſumpti. Luc.15.d. Cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius & miſericordia motus eſt,& occurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Heb.2.d. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. 4.d. Non enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Adeamus ergo. Gratia.1.

M*Iſericordia ad proximum deo placet.* Iob.6. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam timorem domini dereliquit. Pſal.32.a. Diligit miſericordiam & iudicium. 40.a. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. 83.c. Quia miſericordiam & veritatem diligit dominus. Prou.3.a. Miſericordia & veritas te non deſerant. Circunda eas gutturi tuo,& deſcribe in tabulis cordis tui,& inuenies gratiam & diſciplinam bonam coram deo & hominibus. 14. c. Qui credit in domino miſericordiam diligit. 21.a. Facere miſericordiam & iudicium, magis placet domino, quàm victimæ. Eccleſiaſtici.29.a. Qui facit miſericordiam fœneratur proximo ſuo. Oſee.6.c. Quia miſericordiam. Cognitio.1. 12.b. Miſericordiam & iudicium cuſtodi,& ſpera in deo tuo ſemper. Mich.6.c. Indicabo tibi ô homo quid bonum,& quid dominus requirat à te. Vtique facere iudiciũ, & diligere miſericordiã, & ſollicitum ambulare cum deo tuo. Matth.9.b. Euntes autem diſcite quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium. 18.d. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me. Nónne ergo oportebat & te miſereri conſerui tui. Iaco.2.c. Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. I

¶ *Bonum auget gratiæ.* Prou.11.c. Benefacit animæ tuæ vir miſericors. 21.c. Qui ſequitur iuſtitiã & miſericordiã, inueniet vitã & iuſtitiã & gloriã. Eccleſiaſtici.16.b. Omnis VII

miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum. 40. c. Gratia ſicut paradiſum in benedictionibus,& miſericordia in ſeculo permanet. Matth. 5. a. Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiã conſequentur. 1. Tim. 4. c. Pietas autẽ ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt,& futuræ.

VII ¶ *Corporalis ſubſtantiæ*. Prou. 11. c. Clementia præparat vitam. 14. c. Miſericordia & veritas præparant bona. Eccleſiaſtici. 40. c. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis,& ſuper eos miſericordia liberabit. 44. d. Sed & illi viri miſericordiæ. Iuſtus. 5.

VIII ¶ *Miſericordia eſſe debet ordinata*. Erga propriũ ſubiectum. Eccleſiaſtici. 30. d. Miſerere animæ tuæ placens deo, & contine,& congrega cor tuum in ſanctitatẽ. Iac. 3. d. Quæ autem de ſurſum eſt ſapiẽtia primũ quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis cõſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione.

IX ¶ *Erga proximum*. Iob. 29. c. Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum. 31. b. Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Pſal. 111. a. Iucundus homo, qui miſeretur. Prouer. 19. c. Homo indigẽs miſericors eſt. 24. b. Erue eos qui ducuntur ad mortem,& qui trahuntur ad interitum liberare non ceſſes. Si dixeris vires non ſuppetunt, qui inſpector eſt cordis intelligit. Eccleſia. 41. d. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo,& ab auferendo patrem,& non reſtituendo. Zacha. 7. c. Iudicium verum iudicate, & miſericordiam, & miſerationes facite, vnuſquiſque cum proximo ſuo. Luc. 6. f. Eſtote ergo miſericordes. 1. Corinth. 9. d. Factus ſum infirmis infirmus. 12. d. Et ſi quid patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra. 2. Cor. 31. g. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror? Iaco. 1. d. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hęc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,& immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

I MOrs Chriſti *ignominioſa*. Sapientiæ. 2. d. Morte turpiſſima condemnemus eum. Eſaiæ. 53. d. Et cum ſceleratis reputatus eſt.

¶ *Fructuoſa*.

¶ *Fructuoſa*. Eſaiæ.25.c. Præcipitabit mortem in ſempiternũ.43.a. Et nunc hæc dicit dominus. Noli timere,quia redemi te. 53.b. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. d. Et ipſe peccata multorum tulit. Oſee.13.d. Ero mors tua ô mors, morſus tuus inferne. 1.Corin.15.a. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi:quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris.2.Corin.5.c.Charitas enim Chriſti vrget nos æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & hi qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Epheſ.2.a. Deus autem qui diues eſt in miſericordia,propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos,cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit, & conſidere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu.1.Petri.3.c.Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis,vt nos offerret deo,mortificatos quidẽ carne,viuificatos autẽ ſpiritu. II

¶ *Mors gratiæ uitia extirpat*. Roma.6.a. Quid ergo dicemus?Manebimus in peccato,vt gratia abundet? Abſit.Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?An ignoratis fratres.Baptiſmus.6.b.Ita & vos exiſti mate vos mortuos quidem eſſe peccato,viuentes autẽ deo Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.2.Cor.4.c.Semper mortificationẽ Ieſu. Crux.4. Semper enim nos,qui viuimus,in mortem tradimur propter Ieſum,vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra.Galatas.2.d.Viuo autem iam non ego. Crux.5. Coloſſ.3.a. Mortificate ergo. Fornicatio.10. III

¶ *Vitam præſtat*. Roma.6.a. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.b.Si autem mortui ſumus cum Chriſto,credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo. Col.3.a. Mortui enim eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo.Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra,tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. 2.Timo.2.b.Nam ſi commortui ſumus,& conuiuemus:ſi ſuſtinemus,& conregnabimus. IIII

V ¶*Mors culpæ ex peccato oritur.* Sap.16.b. Homo enim per malitiam occidit animam ſuam. Hieremiæ.31.e. Vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur. Ezech.18.a. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Rom.6.c. An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad vitam. Iacobi.1.b. Peccatum verò cum conſummatum fuerit, generat mortem.

VI ¶*Meritis priuatur.* Matth.8.c. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Iohan.8.d. Dixi ergo vobis, quia in peccatis veſtris moriemini. Si enim nō credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.

VII ¶*Per gratiam curatur.* Iohannis.5.d. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint viuent. Roma.6.d. Stipendia peccati mors: gratia autem dei vita æterna. Epheſ.5.c. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Coloſ.2.c. Et vos cū mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtrę, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quòd aduerſum nos erat chirographum decreti, quòd erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci. 1. Iohan.5.c. Qui ſcit fratrem ſuum peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.

VIII ¶*Mors gehennæ perpetuatur.* Pſal.48.c. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet illos. Sap.15.b. Malorū amatores digni ſunt morte. Apo.19.d. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda.

IX ¶*Mors naturæ omnibus miſerabilis, propter peccati tranſgreſſionem.* Geneſis.3.c. Quia audiſti. Gula.2. 2. Regum.14.d. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Iob.30.c. Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. Sapien.1.d. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtrę, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum. Quoniam deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis: iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio. 2.d. Quoniam deus creauit homi-

nem inexterminabilem. Inuidia autem diaboli non introiuit in orbem terrarum. Eccle.25.d. A muliere initium factum eſt peccati: & per illam omnes morimur. 40.b. Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur. Roma.5.b. Propterea ſicut per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors, pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. c. Sed regnauit mors ab Adam, vſque ad Moſen, etiam in eos qui non peccauerunt. 6.d. Stipendia enim peccati mors. 1. Corinth.15.c. Et ſicut in Adam omnes moriuntur. g. Stimulus autem mortis peccatum eſt.

¶ *Propter aduentus ſui incertitudinem.* Eccleſiaſt.7.a. Melius eſt ire. Gaudium.7. 9.c. Neſcit homo diem ſuum. Eccle.14.b. Memor eſto, quoniam mors non tardat. Lucæ.12.c. Dixit autem illi deus, ſtulte hac nocte animam tuam repetunt à te. Iohannis.7. Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. X

¶ *Mors eſt conſolabilis miſeris.* Eccleſiaſtes.2.c. Moritur doctus ſimiliter, vt indoctus. Sapiē.7.a. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. Eccle.30.c. Melior eſt mors, quàm vita amara, & requies æterna quàm languor perſeuerans. 41.a. O mors bonum eſt iudicium tuum, homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate. XI

¶ *Honorabilis bonis, hinc de Iacob dicitur.* Geneſis.49.d. Finitíſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectum & obiit, appoſitúſque eſt ad patres ſuos. Balaan mortem, non vitam deſiderabat bonorum. Numeri.23.b. Moriatur anima mea morte iuſtorum. Sapien.3.a. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt. 4.b. Iuſtus autē ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Eccle.41.a. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante fuerunt, & quæ ſuperuentura ſunt tibi. Hoc iudicium à domino omni carni. Eſaiæ.38.a. Diſpone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. 55.d. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem. 57.a. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo. Luc.16.f. XII

Factum eſt autem vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. 2.Corin.5.a. Scimus quoniam ſi terreſtris domus.Domus.1. Philip.1.c. Coartor autem è duobus,deſiderium habens diſſolui,& eſſe cum Chriſto. Apoca.14.c. Beati mortui qui in domino moriuntur.

XIII ¶*Horribilis malis*. Pſalmo.33.d. Mors peccatorum peſſima. Prouerb.11.a. Mortuo homine impio nulla erit vltra ſpes. Ecclés. 8.b.Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruẽte bello,neque ſaluabit impietas impium. Eccleſia.10.b.Cum enim morietur homo,hæreditabit ſerpentes & beſtias & vermes. 41.a.O mors quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis,viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum.

XIIII ¶*Lamentabilis cunctis*. Vnde iuſti veteris teſtamenti moderatum ſuper mortuos ſuos fecere planctum.Gene.23.a. Vixit autem Sara centum viginti ſeptem annis, & mortua eſt. Venítque Abraham vt fleret & plangeret eam. 50.b. Venerúntque ad aream Adad (filij Iacob)quæ ſita eſt trãs Iordanem,vbi celebrantes exequias planctu magno,atque vehementi,impleuerunt ſeptẽm dies.Numeri.20.d.Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron fleuit ſuper eo triginta diebus. Deutero.34.c. Fleuerúntque eum (ſcilicet Moſen) filij Iſrael in campeſtribus Moab triginta diebus. Eccle.22.b. Supra mortuum plora. Luctus.4. Ezec.24.a. Ingemiſce tacens,mortuorũ luctũ non facies.

XV ¶*Mortuorum ſuſcitatio per prophetas*. Helias filium viduæ Sareptanæ à morte ſuſcitauit. 3.Regum.17.d. Factum eſt autem poſt verba hæc ægrotauit filius matrisfamiliàs. Itẽ Heliſæus filium Sunamitidis. 4.Regum.4.b.Facta eſt autem quædam dies, & tranſibat Heliſæus per Sunam ciuitatem.Cadauer cuiuſdam mortui proiectum ſuper oſſa Heliſæi in ſepulchro reuixit.4.Regum.13.d.Mortuus eſt ergo Heliſæus & ſepelierunt eum.

XVI ¶*Per Chriſtum filia Archiſynagogi*. Matthæi.9.c.Hæc illo loquente ad eos,ecce princeps vnus acceſſit.Filius mulieris viduæ. Lucæ.7.b. Et factum eſt deinceps ibat Ieſus in ciuitatem,

ciuitatem, quæ vocatur Naim. Lazarus frater Mariæ & Marthæ. Iohannis.11.a. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania.

¶ *Per apoſtolos.* Petrus Tabitham, quę interpretata dicitur Dorcas, in Ioppe ciuitate excitauit. Act. 9.f. In Ioppe autem fuit quædam diſcipula nomine Tabitha. Paulus adoleſcentem. Act. 20.b. Vna autem ſabbathi. XVII

Mulier *bona deum reuenter honorat.* Sic Iudith, de qua laudabiliter dicitur. Iud. 8.a. Erat autem Iudith relicta vidua iam annis tribus, & mẽſibus ſex. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter ſabbatha & feſta. 15.d. Tu gloria Hieruſalem. Benedictio. 8. Prouer. 31.d. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier autem timens deũ, ipſa laudabitur. Eccleſiaſtes. 26.d. Fũdamenta æterna ſupra petram ſolidam, & mandata dei in corde mulieris ſanctæ. I

¶ *Viro humiliter obtemperat.* Prouerb. 12.a. Mulier diligens corona eſt viro ſuo. 31.b. Mulierem fortem quis inuenit, procul & de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri ſui. Eccleſiaſtes. 7.b. Noli diſcedere à muliere ſenſata, & bona, quàm ſortitus es in timore domini, gratia enim verecũdiæ illius ſuper aurum. 9.a. Non zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te maliciam doctrinę ſuæ. Non des mulieri poteſtatem animę tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. 25.a. In tribus beneplacitum. Fraternitas. 1. b. Beatus qui habitat cum muliere ſenſata. 26.a. Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illius duplex. Mulier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitę illius in pace implebit. Pars bona mulier, bona in parte, bona timentium deum dabitur viro pro factis ſuis. c. Gratia mulieris ſedula delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit. Diſciplina illius datum dei eſt. 36.d. Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnem concupiſcentiam hominũ ſuperducet deſiderium. Cui credit. Matrimonium. 4. 40.c. Amicus & ſodalis in tempore conuenientes, & ſuper vtroſque mulier cum viro. Epheſ. II

5.e.Mulieris viris. Matrimonium.4.1.Petri.3.a. Simili-
ter & mulieres.3.

III ¶ *Domum diligenter curat.* Sic parentes Sarę docuerunt ip-
ſam. Thob.10.d. Et apprehendẽtes. Filius.8. Prou.18.d.
Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet
iucunditatem à domino.19.b. Domus & diuitiæ dantur à
parentibus, à domino autem proprie vxor prudens. Eccle
ſiaſtici.22.a. Filia prudens hæreditas viro ſuo, nã quæ cõ-
fundit, in contumeliam fit genitoris.26.c. Sicut ſol oriẽs
in mundo in altiſſimis dei, ſic mulier prudens in ornamẽ-
tum domus ſuæ.36.d. Qui poſſidet. Matrimonium.4. Ti-
tum.2.a. Adoleſcentulas, vt viros ſuos ament.

IIII ¶ *Proximum decenter ædificat honeſto affatu.* Sic Abigail irã
Dauid mitigãs, ad laudem dei ipſum excitauit. 1. Regum.
25.c. Abigail autem vxori Nabal nunciauit vnus de pue-
ris ſuis. Cantic.4.c. Fauus diſtillãs labia tua, ſponſa mel &
lac ſub lingua tua.1.Corint.14.f. Mulieres in eccleſiis ta-
ceant. Euangelium.14.1.Timo.2.d. Mulier in ſilentio di-
ſcat, vbi ſuprà. Adam enim primus formatus eſt: deinde
Eua, & Adam nõ eſt ſeductus, mulier autẽ ſeducta in præ-
uaricatione fuit. Saluabitur autẽ per filiorum generatio-
nem ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione
cum ſobrietate.

V ¶ *Modeſto geſtu.* Prouerb.11.c. Mulier gratioſa inueniet
gloriam. Eccle.26.e. Mulier ſenſata & tacita non eſt im-
mutatio eruditæ animæ. Gratia ſuper gratiam, mulier ſan-
cta, & pudorata. Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, &
pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.40.c. Aedifica
tio ciuitatis confirmabit nomen, & ſuper hanc mulier im-
maculata computabitur.1.Corinth.7.c. Sanctificatus eſt
enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt
mulier infidelis per virum fidelem.11.b. Vir quidem non
debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria dei eſt,
mulier autem gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere,
ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mu
lierem, ſed mulier propter virum. Ideo debet mulier ve-
lamen habere ſuper caput ſuũ, & propter angelos.c. Voſ-
ipſi iudicate, decet mulierem non velatam orare deũ. Nec
ipſa

ipſa natura docet vos.1.Tim.2.c.Similiter & mulieres in habitu ornato,cũ verecundia & ſobrietate ornantes ſe,nõ intortis crinibus aut auro,aut margaritis,vel veſte pretioſa,ſed quòd decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona.1.Pet.3.a.Quarũ non ſit extrinſecus. Matrimoniũ.4

¶*Mulier mala deum contemnit*. Sic Ieſabel virũ ſuũ ad idolatriam induxit.3.Reg.21.g. Igitur non fuit alter talis ſicut Achab,qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu dei; cõcitauit enim eum Ieſabel vxor ſua. Sic vxor Iob ad maledicentiam dei ipſum incitauit.Iob.2.c. Dixit autẽ illi vxor ſua.Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua. Benedic deo & morere.Prou.2.c.Vt eruatis à muliere mala aliena,& ab extranea quę mollit ſermones ſuos,& relinquit ducẽ pubertatis ſuę,& pacti dei ſui oblita eſt.Inclinata eſt enim ad mortẽ domus eius,& ad inferos ſemitæ ipſius. Omnes qui ingrediuntur ad eam nõ reuertentur,nec apprehendent ſemitas vitæ. Eccleſiaſtes.7.d. Virum de mille vnum reperi mulierem ex omnibus non inueni. Eccle.10.c. Non eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum.25.d. A muliere initium factum eſt peccati,& per illam omnes morimur. VI

¶*Virũ offendit*.Prou.18.d. Qui expellit mulierẽ bonam, expellit bonũ, qui autẽ tenet adulteram ſtultus eſt & inſipiẽs.21.b.Melius eſt ſedere in angulo domatis,quàm cum muliere litigioſa & in domo cõmuni.c.Melius eſt habitare in terra deſerta,quàm cũ muliere rixoſa & iracũda.27.c.Tecta perſtillantia in die frigoris,& litigioſa mulier cõparantur. Eccle.22.a. Patrem & virum confundit audax. 25.c. Omnis plaga triſtitia cordis eſt, & omnis malitia: nequitia mulieris. Et omnẽ plagam & nõ plagam,videbit cordis, & omnem nequitiam & non nequitiam mulieris. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris.Commorari leoni, & draconi placebit,quàm habitare cum muliere nequam.Nequitia mulieris immutat faciem eius,& obcęcabit vultum ſuum tanquã vrſus,& quaſi ſaccum oſtendet in medio proximorum.Ingemuit vir eius,& audiens ſuſpirauit modicũ.d. Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris, ſors peccatorum VII

cadat ſuper illam. Sicut aſcenſus arenoſus, in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto. Mulieris ira irreuerentia, & confuſio magna. Mulier ſi primatum habeat contraria eſt viro ſuo. Cor humile & facies triſtis, & plaga mortis, muliere nequam. 26.b. Dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. Colo. 3.c. Mulieres ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in domino.

VIII ¶ *Proximum incendit laſciuo aſpectu.* Prouerb. 11.c. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra, & fatua. Eccleſiaſtici. 9.b. Auerte faciem tuam. Fornicatio. 9. 25.d. Ne reſpicias in mulieris. 26.b. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur. 41.d. Ne reſpicias. Fornicatio. 10.

¶ *Procaci affatu.* Sic Dalida, fucatis verbis Sampſoni impoſuit. Iudicũ. 16.d. Quomodo dicis (inquit) quod amas me, cum animus tuus non ſit mecum? Per tres vices mentitus es mihi. Prouerbio. 5.a. Ne intenderis fallaciæ mulieris, fauus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illius amara vt abſynthium, & lingua eius acuta quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitam vitæ non ambulant, longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. 7.a. Dic ſapientię ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, vt cuſtodiant te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba ſua dulcia facit. b. De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi, & video paruulos. Conſidero vecordem iuuenem qui tranſit per plateas iuxta angulum, & prope viã domus illius graditur, in obſcuro aduеſperaſcente die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas. Apprehenſumque deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blãditur. d. Irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit eum. Statim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens & ignorans, & neſcit quod ad vincula ſtultus trahatur, donec transfigat ſagitta iecur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit

ſcit quod de periculo animæ illius agitur. 9.c. Mulier ſtulta, & clamoſa, plenáque illecebris, & nihil omnino ſciẽs, ſedet in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam. d. Quis eſt paruulus, declinet ad me. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior, qui enim applicabitur illi, deſcendit ad inferos.

¶ *Petulanti geſtu.* Deutero. 25.c. Si habuerint inter ſe iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, voléſque vxor alterius eruere virum ſuum de manu fortioris, miſerítque manũ ſuam & apprehenderit verenda eius, abſcindes manum illius, nec flecteris ſuper illam vlla miſericordia. Prouerb. 23.c. Fouea profunda. Fornicatio. 4. Eccleſiaſtes. 7.d, Inueni amariorem morte mulierẽ, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor illius. Vincula ſunt manus illius, Eccleſiaſtici. 9.a, Cum ſaltatrice. Fornicatio. 10. Cum aliena, vbi ſuprà. 8. 25.d. Manus debiles & genua diſſoluta mulier, quæ non beatificat virum ſuum. 26.b. Sicut bonum iugum, quòd mouetur, ita & mulier nequam. Qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionem. Mulier ebrioſa ira magna, & cõtumelia, & turpitudo illius non tegetur. 36.d. Omnẽ maſculũ excipiet mulier. Iohannes pro petulanti filię adulteræ ſaltu decollatus fuit. Mar. 6.c. Cumq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet. X

¶ *Domum deſtruit.* Prouer. 14.a. Sapiens mulier ædificauit domum ſuam, inſipiens extructã quoq; manibus deſtruet. 29.a. Vir qui amat ſapientiam lætificat patrem ſuum, qui autem nutrit ſcortum perdit animam ſuam. XI

¶ *Mulier mala ſumme cauenda.* Prouerbio. 6.c. Quia mandatum lucerna eſt. Vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat. Fornicatio. 9. d. Nunquid poteſt. Fornicatio. 10. 22.b. Fouea profunda os alienæ, cui iratus eſt dominus incidet in eam. 31.a. Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam. Eccleſiaſt. 19. a. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos, & qui ſe iungit fornicariis erit nequam. 1. Cor. 7.a. Bonum eſt homini mulierem non tangere. 1. Timoth. 5.b. Adoleſcentiores autem viduas deuita. XII

XIII ¶ *Sollicite cuſtodienda.* Eua cum ſerpente ſola ſequens ſeducta fuit. Gene. 3. a. Sed & ſerpens. Dina filia Iacob ſpectatum veniens mulieres regionis, vt oppreſſa fuit, Gene. 34. a. Egreſſa autem Dina. Eccleſi. 7. c. Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, nō proiicias illam, & odibili nō credas te in æternū. 9. a. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & cōfundaris. 23. d. Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi, ſi non ambulauerit ad manum tuam, confundit te in conſpectu inimicorum. A carnibus tuis abſcinde eam, nec ſemper te abutatur. 42. b. Super mulierem nequam bonum eſt ſignum. Super filiam. Filius. 7. Mich. 7. b. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.

I M*Vndi amicitia.* A deo auertit. Pſal. 4. a. Filij hominuum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatē & quæritis mēdacium? 20. b. Odiſti obſeruantes vanitates. 52. b. Quoniam deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent. Eſaię. 51. b. Leuate in cœlum oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum, quia cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum attereтur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt. Salus autem mea in ſempiternum erit. Lucæ. 6. d. Væ cum benedixerint vobis omnes homines. Iohannis. 7. a. Non poteſt mundus odiſſe vos. Me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo, quia opera eius mala ſunt. 14. b. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum nec ſcit eum. 15. c. Si mūdus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mūdus. 17. b. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. c. Ego dedi eis ſermonem tuū, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. De mundo non ſunt. Roma. 12. a. Et nolite conformari huic ſeculo. Gala. 1. a. Qui dedit ſemetipſum, pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo

culo nequam. 2.Timo.2.a. Nemo militans deo implicat ſe negociis ſecularibus,vt ei placeat cui ſe probauit.Iac.4.a. Adulteri neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt deo. Quicũque ergo voluerit amicus eſſe huius ſeculi,inimicus dei conſtituitur.1.Iohan.2.c.Nolite diligere mundum,neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mũdum, non eſt charitas patris in eo.

¶ *Lætitia modum peruertit.* Prouer.2.c.Qui lętantur.Gaudium.2.Eccleſiaſtes.1.c.Vidi quæ fiunt cuncta ſub ſole,& ecce vniuerſa vanitas.Sapien.2,b,Vbique relinquamus ſigna lætitiæ. Oſee.4.a. Audite verbum. Mendacium.6.1.Cor.6.f.Et qui vtuntur hoc mundo,tanquã non vtãtur: præterit enim figura huius mundi. 1.Iohan.2.c. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius, 3.a. Propter hoc mundus non nouit vos,quia non nouit eum.5.d.Et mũdus totus in maligno poſitus eſt, II

¶ *Mundi malitiam fides ſubuertit.* Iohã.16.g.In mũdo preſſuram habebitis,ſed confidite ego vici mundum.Galatas.6,d.Mihi autem.Crux.2.Titum.2.d,Apparuit enim.Aduentus.5. Iacobi.1.d. Religio munda.Miſericordia.9. 2,Petri. 1. a. Qui vocauit nos propria gloria & virtute, per quem maxima & precioſa nobis promiſſa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.1.Iohan,2.c, Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt.5.b. Quoniam omne, quod natũ eſt ex deo,vincit mundum. Quis eſt autem,qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius dei? III

MVndicia *uera firmiter imperatur.* Leui.11.g.Nolite contaminare animas veſtras.15.d. Docebitis ergo filios Iſrael vt caueant immũdicias, & non moriantur in ſordibus ſuis.Deut.18.c, Perfectus eris, & abſque macula cum deo tuo.Eſa.1.e.Lauamini,mũdi eſtote. Hie.4.d.Laua à malitia.Cogitatio.6 . 2,Cor,6.d.Propter quod exite de medio eorum,& ſeparamini,dicit dominus,& immundum ne tetigeritis:& ego recipiam vos,& ero vobis in patrem. I

¶ *Fæliciter remuneratur.* Iob.22.d.Saluabitur innocẽs,ſaluabitur autem mundicia manuum ſuarum. Pſal.17.d. Et II

ero immaculatus cum eo. Et retribuet mihi dominus ſecundum innocentiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. 23.a. Quis aſcendet in mõtem domini. Innocens manibus & mũdo corde. 36.c. Nouit dominus dies immaculatorum. Non confundentur in tempore malo. 83.c. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. 118.a. Beati immaculati in via. g. Fiat cor meum immaculatum. Prouer. 21.b. Qui autem mundus eſt, rectum opus eius. 23.b. Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. Matt. 5.a. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Epheſios. 1.a. Sicut elegit nos in ipſo, ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Philip. 1.b. Et hoc oro: vt, Charitas. 2. 2. Timothei. 2. d. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum & vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Apocaly. 7. d. Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni, ideo ſunt ante thronum dei. 22.c. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni.

III ¶ *Originaliter à deo datur.* Iob. 4. d. Nunquid homo dei cõparatione iuſtificabitur? 9. d. Si lotus fuerit quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me. 14. a. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine. Nónne tu qui ſolus es? 15. b. Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat natus de muliere. Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cœli non ſunt mundi in conſpectu eius. Eccle. 34. a. Ab immundo quid mundabitur? Eſa. 4. b. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius, in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. 64. c. Et facti ſumus. Iuſtitia. 6. Hiere. 33. a. Et conuertam conuerſionem Iuda, & emundabo illos ab omni iniquitate ſua qua peccauerunt mihi, & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum. Ezec. 16. b. Et laui te aqua, & emundaui ſanguinem tuum ex te. 24. c. Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo, neque per ignem, immundicia

dicia tua execrabilis,quia mūdare te volui & non es mundata à ſordibus tuis.Sed nec mūdaberis prius,donec quieſcere faciam indignationem meam in te.36.e. Et effundam. Baptiſmus.4.Matthæi.8.a.Domine ſi vis,potes me mundare. Iohan.13.b. Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis, ſed non omnes.Sciebat enim quis nam eſſet qui traderet eum. Propterea dixit, non eſtis mundi omnes. 15. a. Iam vos mundi eſtis, propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. 1.Cor.6.f. Et hæc aliquādo quidē fuiſtis,ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,in ſpiritu dei noſtri.2.Corin.7.a,Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis,& ſpiritus perficientes ſanctificationem in timore dei. 1.Theſſal.4.b. Non enim vocauit nos deus in immundiciam, ſed in ſanctificationem. Hebræo.1.a. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius,portānſque omnia verbo virtutis ſuæ. Purgationem peccatorum faciens.9.d.Si enim ſanguis hircorum & taurorum,& cinis vituli aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis,ad ſeruiendum deo viuenti?1.Iohan.1.b.Si confiteamur. Confeſſio.2. Apoca.1.b.Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris,in ſanguine ſuo.

¶*Mundicia ficta acriter reprobatur.* Matthæi.15.b. Audite & intelligite. Non quòd intrat in os coinquinat hominem,ſed quòd procedit ex ore,hoc coinquinat hominem. 23.c. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia mundatis, quod deforis eſt calicis, & paropſidis : intus autem pleni eſtis rapina & immundicia. Phariſeæ cæce munda prius,quod intus eſt calicis & paropſidis,vt fiat & id quod deforis eſt mundum. Marc.7. a. Phariſæi enim, & omnes Iudæi, niſi crebro lauerint manus, non manducant, & à foro venientes, niſi baptizentur non comedunt. Et alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum,& vrceorum & æramentorum,& lectorum. Luc.11.f. IIII

Nunc vos phariſęi,quòd deforis eſt calicis,& catini mundatis, quòd autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Verũtamen,quod ſupereſt,date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.

I **M**Vrmuratio iram dei prouocat. Nume.11.a.Interea ortum eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore contra dominum.Quòd cum audiſſet iratus eſt,& accenſus in eos ignis domini deuorauit extremam caſtrorum partem.12. c. Quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moſi, iratúſque contra eos abiit. Et ecce Maria apparuit candens lepra,quaſi nix.14,a.Igitur vociferans omnis turba,fleuit nocte illa,& murmurati ſunt contra Moſen & Aaron cuncti filij Iſrael. b. Et dixit dominus ad Moſen: Vſquequo detrahet.Fides.1. Iudith.8.c. Illi autem qui tentationes. Diſciplina.1.Sapien.1.c.Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur.Thre.3.e. Quid murmurauit homo.Conuerſio.3.

II ¶*Propriam malitiam manifeſtat*. Exodi.16.a. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael,contra Moſen.Pſalmo,58.b, Si verò non fuerint ſaturati & murmurabunt. Matth,20, b. Venientes autem primi arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi, acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamiliâs. At ille reſpondens vni illorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam. Nónne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt & vade. An non licet mihi quòd volo facere? An oculus tuus nequam eſt,quia ego bonus ſum? 26.a. Videntes autem diſcipuli indignati ſunt, dicentes: Vt quid perditio hæc (vnguenti ſcilicet effuſi ſuper caput Chriſti) facta eſt? Lucæ.5.f..Et murmurabant phariſæi, & ſcribæ eorum,dicentes ad diſcipulos: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis.15. a. Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant phariſæi & ſcribæ, dicentes: Hic peccatores recipit & manducat cum illis.19. b. Et quum viderunt, omnes murmurabant, dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertiſſet. Iohannis.6.e.Murmurabant ergo Iudæi de illo quia dixiſſet, ego ſum panis viuus

uus qui de cœlo deſcendi. Reſpondit ergo Ieſus: Nolite murmurare in inuicem. 7. b. Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam dicebant, quia bonus eſt: alij autem dicebant non, ſed ſeducit turbas. 1. Corinthio. 10. c. Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Philippen. 2. b. Omnia autem facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela. Lux. 6.

M*Vtorum curatio*. Matt. 15. c. Et acceſſerunt ad eum turbæ I
multæ, habentes ſecum mutos. Marci. 7. d. Et iterum exiens de finibus Tyri, & adducunt ei ſurdum & mutum.

M*Vtuatio fructuoſa*. Deute. 15. b. Si vnus de fratribus tuis, I
qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manũ, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perſpexeris, 23. d. Non fœnerabis. Fœneratio. 1. Matth. 5. g. Et volenti mutuare à te ne auertaris. Luc. 6. c. Et ſi mutuum dederitis his, à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerãtur, vt recipiant æqualia. Et mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa.

¶ *Periculoſa*. Pſal. 36. d. Mutuabitur peccator, & non ſol- II
uet. Prou. 22. a. Et qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis, Eccle. 29. b. Multi non cauſa. Fœnus. 3.

## N

NAtiuitatis Chriſti eſt ardenter prenũciata. Eſa. 7. c. Propter. Aduẽtus. 39. b. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, Et factus eſt principatus ſuper humerũ eius & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis nõ erit finis. Super Solium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit. 11. a. Et egredietur. Aduentus. 3 Hier. 31. e. Quia creauit dñs nouũ ſuper terrã. Fœmina circundabit virũ. Mich. 5. a. Et tu Bethlehẽ ephrata, paruulus eſt in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui ſit domina-

tor in Iſrael,& egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.

II ¶*Gaudenter conſummata*. Matthæi.1.a. Liber generationis Ieſu Chriſti. De qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Lucæ.2.a. Factum eſt autem,quum eſſent ibi,impleti ſunt dies Mariæ vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.

I NEgatio *Chriſti per Petrum*. Matth.26.g. Petrus verò ſedebat foris. Marc.14.g. Et quum eſſet. Luc.22. f. Petrus verò ſequebatur eum à longe. Iohan.18.c. Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus.

II ¶*Per Chriſtianum*. Matthæi.10.d. Qui autem negauerit. Fides.7. Lucæ.9.c. Nam qui, vbi ſuprà.12.b. Dico autem vobis,vbi ſuprà.

I NEgociationis *corporalis periculoſitas*. Eccleſia.26.d. Duæ ſpecies difficiles, & periculoſæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum.27.a. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic inter medium venditionis, & emptionis anguſtiabitur peccatis. Ezech.28.e. In multitudine iniquitatum tuarum,& iniquitate negociationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam.

II ¶*Aequitas*. Prouer.20.c. Malum eſt,malum eſt dicit omnis emptor,& quum receſſerit tunc gloriabitur. Oſee.12.b. Chanaan in manu eius ſtatera doloſa. 1.Theſſ.4.b. Et ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem ſuum.

III ¶*Negociationis ſpiritualis profectus*. Luc.19.c. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reuerti. Vocatis autem decem ſeruis ſuis dedit eis decem minas,& ait ad illos: Negociamini dum venio. Et factum eſt,vt rediret accepto regno,& iuſſit vocari ſeruos,quibus dedit pecuniam,vt ſciret quantum quiſque negociatus eſſet. Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi: Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis,eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates.

IIII ¶*Neglectus*. Luc.19.c. Et alter venit dicēs: Domine ecce mna

mna tua,quam habui repoſitam in ſudario. Timui enim te quia homo auſterus es, tollis quòd non poſuiſti, & metis quòd non ſeminaſti. Dixit ei.d.De ore tuo te iudico ſerue nequã. Sciebas quòd ego homo auſterus ſum tollens quòd non poſui,& metens quòd nõ ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniam meam ad menſam,& ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem illam. Et aſtantibus dixit:Auferte ab eo mnam,& date ei qui decem mnas habet.

N*ominis dei inuocatio fructuoſa.* Geneſis.4.e..Sed & Seth natus eſt filius,quem vocauit Enos.Iſte cœpit inuocare nomen domini. Prouerb.18.b. Turris fortiſſima nomen domini, ad ipſam currit iuſtus & exaltabitur. Eccle.13.c. Omni vita tua dilige deum, & inuoca illum in ſalute tua. Eſaiæ.43.a. Affer filios meos de longinquo,& filias meas ab extremis terræ. Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. 64.e.Et cecidimus quaſi folium vniuerſi,& iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos.Non eſt qui inuocet nomen tuum,qui conſurgat & teneat te. Hieremiæ.14.b.Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos,ne derelinquas nos. Ioel.2.g.Et erit,omnis qui inuocauerit nomen domini,ſaluus erit.Ionæ.1.b.Quid tu ſopore deprimeris? ſurge inuoca deum tuum. Malach.1.e. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen. Euchariſtia.3. Matth.1.e. Pariet autem filium,& vocabis nomẽ eius Ieſum.Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum, à peccatis eorum. Roma.10.c. Nam idem dominus omnium,diues in omnes qui inuocant illum. Actuum.2.c.Et erit omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Actu.4.b.Neque enim aliud nomen eſt ſub cœlo datũ hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri. 10.g.Huic omnes. Fides.9. I

¶*Infructuoſa.* Matth.7.c.Non omnis.Fides.8.25.b.Nouiſſime verò veniunt reliquæ virgines, dicentes:Domine domine aperi nobis. At ille reſpondens, ait:Amen dico vobis,neſcio vos.2.Timoth.2.c. Et diſcedit ab iniquitate omnis,qui inuocat nomen domini. II

¶*Nominis dei frequentatio periculoſa.* Deut.5.b.Non vſur- III

pabis nomen dei tui fruſtra. Eccle.23.b. Nominatio verò dei. Iuramentum.3. Sicut enim ſeruus interrogatus aſſiduè à liuore non minuetur. Sic omnis iurans & nominans in toto à peccato non purgabitur.

I Nouiſsimorum memoria à malo reuocat. Ecclés.11.c. Si annis multis. Gaudiũ.6. Eccle.7.d. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis.28.a. Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari.

II ¶ Ad bonum incitat. Eccleſi.11.c. In die bonorum ne imme mor ſis malorum, & in die malorum ne immemor ſis bonorũ, quoniam facile eſt corã deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas. 18.c. Memento iræ in die conſummationis, & tempus retributionis in conuerſatione facies. 38.b. Ne dederis in triſtitia cor tuũ, ſed repelle eam à te, & memento nouiſſimorũ. c. Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie. Eſaiæ. 47.b Non poſuiſtis hæc ſuper cor tuum, neque recordata es nouiſſimi tui. 51.b. Leuate in cœlum. Mundus.1.

I Nuncius bonus. Prouerbiorum. 13.c. Legatus autem fidelis ſanitas. 25.b. Sicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei qui miſit illum, animam ipſius requieſcere facit. d. Aqua frigida animæ ſitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.

II ¶ Malus. Prouer.10.d. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: ſic piger his qui miſerunt eum. 13.c. Nuncius impij cadet in malum. 26.a. Claudus pedibus, & iniquitatem bibens qui mittit verba per nuncium ſtultum.

## O

I OBediendum deo celeriter. Sic Abraham in circuncifionis præcepto. Geneſis.17.b. Dixit iterum deus ad Abraham. Et tu ergo cuſtodies pactum meum. In offerendo filio. Gene.22.a. Quæ poſtquam geſta ſunt tentauit deus Abrahã. Eſaiæ.50.b. Dominus deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico. Sic & Apoſtoli ad vocem obedierunt cunctis relictis. Matthæi.4. Ambulans autem

Ieſus

Ieſus iuxta mare. Lucæ.6.g. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico?

¶*Integraliter*. Exodi.14.b. Omnia quæ loquutus eſt dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ecclés.4.d. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum dei, & appropinqua vt audias: multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ. II

¶*Perſeueranter*. Deuterono.5.d. Quòd quum audiſſet dominus, ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius, quæ loquuti ſunt tibi. Bene omnia ſunt loquuti. Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata in omni tempore, vt bene ſit eis, & filiis eorum. III

¶*Hylariter ob mali deuitationem*. Vxor Loth contra præceptum retroſpiciens, in ſtatuam ſalis verſa. Gene.19.e. Reſpiciensq; vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Saul inobediens regno priuatus eſt.1.Reg.15.e. Et ait Samuel: Nunquid vult dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur nomini domini? Melior eſt enim obedientia quàm victimæ, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Pro eo quòd abiecisti ſermonē domini, abiecit te dominus ne ſcis rex: Propheta ſimiliter præcepto domini non obtemperans, à leone occiſus interiit. 3.Regum.13.e. Quia non obediens fuiſti ori domini. Prouerb.1.d. Quia vocaui & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit. Eſa.1.e. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Hiere.35.c. Nunquid non recipietis diſciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit dominus. Heb.2.a. Propterea abundantius. Euangelium.19. IIII

¶*Boni conſequutionem*. Geneſis.22.c. Per memetipſum iuraui, dicit dominus, quia feciſti hanc rem (volens immolare filium) & non peperciſti vnigenito filio tuo, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli. V

Deut.11.d. En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem, & maledictionem. Benedictionem, ſi obedieris mandatis dei veſtri, maledictionem, ſi non audieritis. Prouer.1.d. Qui autē me audierit abſq; terrore requieſcet, & abundantia perfruetur timore malorum ſublato.3.c. Cuſtodi legem atque conſilium, & erit vita animæ tuæ. 15.d. Mens iuſti meditabitur obedientiam. Eſaiæ.1.c. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. 55.a. Audite audientes me, & comedite bonum, inclinate aurem veſtrā & venite ad me, audite & viuet anima veſtra. Roma.5.d. Sicut enim. Iuſtitia.3. Philip.2.a. Humiliauit ſemetipſum. Humilitas.2. Heb.5.c. Et quidem quum eſſet filius dei didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. 12.c. Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri ſpirituum & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum ſecundum voluntatem ſuam erudierunt nos, hic autem ad id quod vtile eſt in recipiendo ſanctificationem.

VI ¶*Obediendum homini humiliter ſine murmuratione.* Deutero. 17.b. Et facies quodcunque dixerint. Iudicium.25. Dominus ob ſcandalum vitandum didragma ſoluit. Matth.17.d Et quum veniſſet Capharnaum. 23.a. Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundum opera verò illorum nolite facere. Roma.13.a. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi deo. Quæ autem ſunt ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtunt poteſtati, dei ordinationi reſiſtunt. Qui autem reſiſtunt ipſi ſibi damnationem acquirunt.

VII ¶*Reuerenter ſine deſpectione.* Vnde angelus dixit Agar ancillæ Saræ. Geneſ.16.c. Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.2. Theſſ.3. Quòd ſi quis non obedierit verbo. Excommunicatio.1. Hebr.13.c. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit

vobis.

vobis.1.Pet.2.c.Subiecti igitur eſtote omni humanę creaturæ,propter deum.Siue regi quaſi præcellenti,ſiue ducibus,tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorũ, laudem verò bonorum.

¶ *Vtiliter ſine dei offenſione.* Vnde Matahias ait.1.Macha.2.c.Et ſi omnes gentes regi Antiocho obediunt,vt diſcedat vnuſquiſque à ſeruitute legis patrum ſuorum, & conſentiant mandatis eius, ego & filij mei & fratres obediemus legi patrum noſtrorum. Propitius ſit nobis deus, non eſt nobis vtile, relinquere legem dei. Et vltimus ſeptem fratrum,quum cogeretur à rege contra legem carnes edere porcinas,ait.2.Macha.7.f. Quem ſuſtinetis?Non obedio pręcepto regis, ſed pręcepto legis. Roma.13.b. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autẽ non timere poteſtatem,benefac,& habebis laudem ex illa.Dei enim miniſter eſt tibi in bonum.Si autem maleféceris,time.Nõ enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt,vindex in iram ei qui malè agit. Ideóque neceſſitate ſubditi eſtote,non ſolũ propter iram, ſed & propter conſcientiam.Ideo enim & tributa præſtatis.Philip.2.b. Itaque chariſſimi mei ſicut ſemper obediſtis, non in preſentia mei tantum, ſed multo magis nunc in abſentia mea,cum metu & reuerentia veſtram ſalutem operamini. Tit.3.a.Admone illos principibus,& poteſtatibus ſubditos eſſe,dicto obedire ad omne opus bonum paratos eſſe. Act.4.d.Petrus verò & Iohãnes reſpondentes dixerũt:Si iuſtũ eſt in conſpectu dei, vos potius audire quã deum,iudicate. 5.e. Reſpondens autem Petrus & apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. VIII

¶ *Fœliciter cum remuneratione.* Hiere.35.d. Domui autem Rechabitarum. Honor.9. IX

OCciſio hominis iuridica. Deutero.17.b. In ore duorum aut trium teſtium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur,vno contra ſe dicente teſtimonium.Manus teſtiũ prima interficiet eum, & manus reliqua populi extrema mittetur,vt auferas malum de medio tui. I

¶ *Fortuita.* Nume.25.c. Quòd ſi fortuitu,& abſque odio, & inimicitiis quicquam horum fecerit,& hoc audiente po II

pulo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorem & propinquum ſanguinis quæſtio ventilata liberabitur innocẽs de vltoris manu. Deuterono.19.b. Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens.

I OCium uitia nutrit. Hinc Pharao ait. Exodi.5.b. Vacant enim, & idcirco vociferantur dicentes: Eamus & ſacrificemus deo noſtro. Opprimantur operibus & expleant ea, vt non acquieſcant verbis mendacibus. Dauid ocioſus adulterium commiſit. 2.Reg.11.a. Factum eſt autem vertente anno. Eccle.33.d. Multam enim malitiam docuit ocioſitas. Ezech.16.f. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ. Superbia, ſaturitas panis, & abundantia & ociũ ipſius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ ſunt & fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eas. Matthæi.13.d. Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici. 1.Timo.5.b. Adoleſcentiores autem viduas deuita. Quum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul & ocioſæ diſcunt circuire domos, non ſolum ocioſæ, ſed & verboſæ, loquentes quæ non oportet.

II ¶ *Meritum negligit*. Matth.20.a. Quid hic ſtatis tota die ocioſi. 25.c. Serue male & pepiger, ſciebas: quia meto, vbi non ſemino: & congrego vbi non ſparſi. Oportuit ergo te committere pecuniam meã nummulariis, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores.

I OCulus ſpiritualis bonus. Iob.29.c. Oculus fui cæco. Matt. 6.c. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. 13.b. Veſtri autem beati oculi, quia vident. Luc.11.e. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Vide ergo, ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. 10.d. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.

II ¶ *Malus*. Matth.6.c. Si autem oculus tuus fuerit nequam,

totum

totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen quòd in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? 20.b. An oculus tuus nequam eſt,quia ego bonus ſum? Luc.11.e. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen quòd in te eſt,tenebræ ſint.

¶*Oculi corporalis uſus*. Iob. 31.a. Pepigi fœdus cum oculis meis. Pſal.118.e. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Prouer.4.d. Oculi tui recta videant,& palpebrę pręcedant greſſus tuos. Eccleſia.2.c. Sapientis oculi in capite eius. 6.d. Melius eſt videre quod cupias,quàm deſiderare quod neſcias. 11.c. Dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem. Eccle.40.c. Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus tuus,& ſuper hæc viridas ſationes. III

¶*Abuſus*. Prouerbio.10.b. Qui annuit oculo,dabit dolorem.16.d. Qui attonitis oc. Cogitatio.4.17.d. Oculi ſtultorum in finibus terræ.21.a. Exaltatio oculorum, & dilatatio cordis lucerna impiorum peccatũ. Eccle.31.b. Memento quoniam malus eſt oculus nequam. Nequius oculo quid creatum eſt? Threno.3.f. Oculus meus depredatus eſt animam meam. Matth.5.e. Ego autem dico. Adulterium.1. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & proiice abs te. IIII

ODium ſalutare propter deum. Pſal.96.b. Qui diligitis dominum odite malũ.118.p. Iniquos odio habui.q. Omnem viam iniquam odio habui.r. Vidi præuaricantes & tabeſcebã.x. Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. 13. Nónne qui oderũt te domine, oderã & ſuper ini. Perfecto odio oderam illos. Prouer.8.b. Timor domini odit malum. Eccle.17.c. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniuſtitia tua, & nimis odito execrationem. Amos.5.d. Odite malum,& diligite bonum. Matt.10.d. Qui amat patrem aut matrẽ plus quàm me,non eſt me dignus. Luc. 14.f. Si quis venit ad me. Diſcipulus.2. Iohan.12.d. Qui amat animam ſuam perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodit eam. I

¶*Exitiale in ſeipſum*. Thobię.12.c. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem,hoſtes ſunt animæ ſuæ. Pſalm.10.b. Qui autem diligit iniquitatem,odit animam ſuam. II

III ¶ *In proximum indignam habet occaſionem.* Sic fratres Ioſeph oderant ob eius probitatem. Gene. 37. a. Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur oderāt eum, nec poterant ei quicquā pacifice loqui. Sic Achab Micheam prophetam propter veritatem. 3. Reg. 22. b. Remanſit vir vnus per quem poſſumus interrogare dominū, ſed ego odi eum: quia non prophetat mihi bonum, ſed malum. Prouer. 14. c. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit. Amos. 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta. Matthęi. 24. a. Tunc tradent vos, & eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabūtur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Iohannis. 15. c. Si mundus. Mundus. 1. d. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum. 1. Iohan. 3. c. Nolite mirari fratres ſi odit vos mundus.

IIII ¶ *Malignam machinationem.* Gen. 27. g. Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater. Dixítq; in corde ſuo. Venient dies luctus patris mei, & occidā Iacob fratrem meum. Prouer. 10. b. Odiū ſuſcitat rixas. c. Abſcondunt odiū labia mēdacia. 27. a. Meliora ſunt vulnera diligētis, quàm fraudulēta auſcula odiētis.

V ¶ *Condignam punitionem.* Iob. 8. d. Qui oderūt te induentur confuſione. Prouer. 26. d. Qui operit odium fraudulēter, reuelabitur in conſilio malitia eius. 1. Ioh. 3. c. Omnis qui odit fratrem ſuum, homi. Homicidium. 1.

VI ¶ *Odium ſalubriter uitatur.* Leuiti. 19. d. Non oderis fratrē tuum in corde. Correct. 1. Prouer. 15. b. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cū odio. Eccle. 28. a. Relinque proximo. Dilectio inimicorum. 1. Matth. 5. g. Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habe. vbi ſuprà. 2.

I ODor naturalis. Gene. 27. d. Statímque vt ſenſit veſtimētorum illius fragrantiam. Prouerb. 27. b. Vnguento & variis odoribus delectatur cor.

II ¶ *Spiritualis.* Cantico. 1. Trahe me poſt te, curremus in odore vnguentorum tuorum. 2. Corinthio. 2. d. Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia

Chriſti bonus odor. Imitatio.5.

OPerationis bonæ ortus. Eſa.26.b. Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis.41.f. Bene quoque aut male, ſi poteſtis facite. Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrũ ex eo quòd non eſt. Hiere.10.d. Scio domine quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Matth.26.d. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Iohan.15.a. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi mãſerit in vite: ſic & vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Quia ſine me nihil poteſtis facere. Roma.7.d. Scio enim. Concupiſcentia 1. 8.e. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. 9.d. Igitur non eſt volentis, neque currentis, ſed miserẽtis dei. 1.Corint.3.b. Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementũ dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Dei enim ſumus adiutores. 15.b. Gratia autem dei. Gratia.2. 2.Cor.3.b. Fiduciam autem. Cogitatio.1. Philip.2. Confidens in hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonũ perficiet. 2.b. Deus eſt enim qui operatur in. Liberum arbitrium.2. I

¶ *Modus quo ad intentionem.* Eſa.1.e. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere. Matt.6.c. Lucerna corporis tui, eſt oculus. Oculus.1. 1.Corinth.10.g. Siue ergo manducatis. Cibus.5. Coloſſ.3.c. Omne quodcunque facitis in verbo aut. Gloria dei.1. II

¶ *Proſequutionem.* Eſa.35.a. Confortate manus diſſolutas. Hie.48.b. Maledictus qui facit opus domini fraudulẽter. Iohan.8.e. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. 1.Cor.15.g. Itaque fratres mei dilecti ſtabiles eſtote, & immobiles, abundãtes in omni opere domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in domino. Galat.6.c. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes. Epheſ.2.b. Ipſius enim ſumus. Philippen.4.c. Scio & humiliari, ſcio & abundare. Omnia poſſum in eo qui me confortat. 2.Theſſ.3.c. Vos autẽ fratres nolite deficere benefaciẽtes. Apo.22.c. Et quĩ III

iuſtus eſt iuſtificetur adhuc,& ſanctus ſanctificetur adhuc.

IIII ¶ *Tempus*. Prou.3.d. Noli prohibere benefacere eum,qui poteſt,ſi vales,& ipſe benefac. 27.a. Ne glorieris in craſtinum,ignorans quid ſuperuẽtura pariat dies. Ecclẽs.9.c. Quodcunq; facere poteſt manus tua inſtãter operare,quia nec opus, nec ratio,nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas. Eccle.14.b. Ante morte benefac amico tuo. Non defrauderis à die bono.c. Ante obitũ tuũ operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum. Matth.20.a. Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliâs, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Iohannis.9.a. Venit nox quando nemo poteſt operari.2.Corin.6.a. Adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis,ait enim: Tempore accepto exaudiuit te.Gal.6.c. Ergo dum tempus habemus operemur bonum.

V ¶ *Fructus iram dei placat*.2.Paralip.19.a. Impio præbes auxilium (ait Iehu propheta regi Ioſaphat) & his qui oderunt dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem domini merebaris, ſed bona opera inuẽta ſunt in te. Hiere.7.a. Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra, & habibitabo vobiſcũ in loco iſto. Ionæ.3.d. Et vidit deus opera eorum,quia cõuerſi ſunt de via ſua mala,& miſertus eſt ſuper malitiam quàm loquutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. 3.Iohan.d. Qui benefacit,ex deo eſt.

VI ¶ *Proximum ædificat*. Mat.5.b. Sic luceat: Lux.6. Gala.1.d. Tantum autẽ auditũ habebãt,quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quàm aliquando expugnabat,& in me clarificabant deum.

VII ¶ *Præmium præparat*. Gen.4.a. Nónne ſi bene egeris. Liberũ arbitriũ.3. 15.a. Noli timere Abrahã: Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Ecclẽs.3.b. Et cognoui quod nõ eſſet melius niſi lætari,& facere bene. Sap. 3.b. Bonorum enim. Fructus.1. Ecclesi.14.c. Omne opus corruptibile in fine deficiet,& qui illud operatur ibit cum illo. Et omne opus. Iuſtitia.5. Mat.20.a. Voca operarios, & rẽdde illis mercedẽ.25.b. Euge ſerue bone. Donum.3. Rom.2.b. Gloria & honor & pax omni operanti bonum.

1.Cor.3.b.

1.Cor.3.b. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet,ſecundum ſuum laborem.2.Corin 9.b. Qui parce ſeminat,parce & metet. Heb.6.b. Non enim iniuſtus. Eleemoſyna.2. Apoca.14.c.Beati mortui qui in domino moriuntur. Opera enim illorum ſequuntur illos.

¶ *Operationis domeſticæ modus.* Prouer.24.c.Præparatoris. Domus.4. Eccleſiaſtes.11.b.Qui obſeruat vẽtum non ſeminat,& qui conſiderat nubes nunquam metet. Eccl.7.b. Non oderis.Labor.1. 38.c.Qui tenet aratrum.Omnes ij in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt,ſine his omnibus non ædificatur ciuitas. VIII

¶ *Fructus.* Prou.19.a.Qui congregat.Labor.3. 12.b.Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus:qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt. Eccle.20.d. Qui operatur terram ſuam,inaltabit,aceruum frugum. IX

ORatio *eſſe debet fructifera,quo ad utilium poſtulationem.* Filij Iſrael in malum ſuum carnes petierunt. Numeri. 11. b. Quis dabit nobis ad veſcen.Gula.1.Matth.20.c.Reſpondens autem(filiis Zebedæi)Ieſus dixit:Neſcitis quid petatis.Iohan.16.e. Amen amen dico vobis,ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.f.Petite & accipietis,vt gaudium veſtrum ſit plenum. Roma.8.c.Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus. Qui autem ſcrutatur cordia,ſcit, quid deſideret ſpiritus,quia ſecundum deum poſtulat. Paulus orans pro ſtimuli ablatione audiuit. 2.Cor. 12.c.Sufficit tibi gratia mea. I

¶ *Grata quo ad uoluntatis ſubiectionem.* Hinc ſaluator. Matt. 26.d.Pater mi ſi poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu.Luc.22.c.Pater ſi vis transfer calicem iſtum à me. Veruntamen non mea voluntas,ſed tua fiat. Hebr.5.c. Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationéſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte,cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. II

¶ *Fidei perfectionem.* Matth.21.c. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Marci.11.c. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis,& euenient vobis. Iacobi.1.a. Si quis III

autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circũfertur. Non ergo æſtimet homo ille, quod accipiat aliquid à domino.

IIII ¶ *Humiliata*. Sic Abraham humiliter orauit. Gene.18.d. Quia ſemel cœpi, loquar ad dominum quum ſim puluis. Iudith.9.d. Nec ſuperbi tibi placuerunt ab initio, ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Heſt.14.a. Heſter quoque regina confugit ad dominum. Quũmque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit. Iob.1.d. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, tonſo capite corruens in terram adorauit. Pſalm.36.a. Subditus eſto domino & ora eum. 101.c. Reſpexit in orationem humilium. Eccleſia.35.c. Qui adorat deum in oblectatione ſuſcipietur, & deprecatio illius vſque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Daniel.9.e. Propter temetipſum, inclina deus meus aurem tuam, & audi. Neque enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Matt.2.b. Et procidentes adorauerunt eum. 26.d. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam orans. Luc.18.e. Duo homines aſcendebant in templum vt orarent. Et publicanus à longe. Adoratio.5.

V ¶ *Integra quo ad affectionem*. Exod.14.d. Dixítque dominus ad Moſen. Quid clamas ad me? Pſalmo.16.a. Auribus percipe orationem meam non in labiis doloſis. 118.b. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo. t. Clamaui in toto corde, exaudi me domine. 140. Dirigatur domine oratio mea ſicut incenſum. 144.d. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Eccle.7.b. Et non iteres verbum in oratione tua. 18.c. Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat deũ. Eſa.29.d. Et dixit dominus, eo quòd appropinquat. Honor.2. Oſee.7.d. Et non clamauerunt ad me. Matt.6.a. Et quum oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in

ſynagogis

ſynagogis & in angulis platearum ſtãtes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis,receperũt mercedem ſuam.b. Orantes autem nolite multum loqui,ſicut ethnici faciunt. Putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiãtur. Nolite ergo aſſimilari eis. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui. 13.b. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,qui comeditis domos viduarũ,orationes longas orantes,propter hoc longius accipietis iudicium. Luc.11.a. Et factum eſt quum eſſet in quodam loco orãs, vt ceſſauit dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum, domine doce nos orare ſicut docuit Iohannes diſcipulos ſuos. Et ait illis: Quum oratis dicite pater. 20.g. Attendite à ſcribis,qui deuorant domos viduarum ſimulantes longam orationem,hi accipiẽt damnationem maiorem. 1.Corin.14.c. Orabo ſpiritu orabo & mente. Philippen.4.a. Nihil ſolliciti ſitis,ſed in omni oratione,& obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud deum.

¶ *Continuationem.* Ecclés.7.b. Melior eſt finis orationis, quàm principium. Eccl.18.c. Non impediaris orare ſemper. Marci.13.d. Videte,vigilate, & orate. Neſcitis enim quãdo tempus ſit. Luc.2.e. Quæ non diſcedebat de tẽplo, ieiuniis, & obſecrationibus,ſeruiens die ac nocte. 11.a. Et ait ad illos: Quis veſtrũ habebit amicum, & ibit ad illum. 18.a. Dicebat autem & parabolam ad illos,quoniam oportet ſemper orare,& non deficere, dicens: Iudex quidã erat in quadam ciuitate. 21.g. Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia iſta quæ futura ſunt,& ſtare ante filium hominis. 22.e. Et factus in agonia,prolixius orauit. 1.Theſſ.5.d. Sine intermiſſione orate. 1.Tim.2.c. Volo ergo viros orare in omni loco leuantes puras manus,ſine ira & diſceptatione. VI

¶ *Segregationem.* Gen.24.g. Eo autem tempore deambulabat Iſaac per viam,quæ ducit ad puteum, & egreſſus fuerat ad meditandũ in agrum inclinata iam die. 28.c. Cúmque veniſſet (Iacob ſcilicet) ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere, poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponẽs capiti ſuo obdormiuit in eodem loco. Vidítque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & VII

cacumen illius tangens cœlum.d. Pauénſque,quàm terribilis eſt,inquit,locus iſte. Moſi in deſerto primo apparuit dominus. Exo.3.a.Moſes autem paſcebat oues Ietro ſoceri ſui. Thob.3.b. Ad hanc vocem. Luctus.1. Iud.8.a.Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum. Mat. 6.a.Tu autem cum oraueris intra in cubiculū tuū,&clauſo oſtio ora patrem in abſcōdito,& pater tuus qui videt in abſcōdito reddet tibi. Marc.1.d. Et diluculo valde ſurgēs abiit in deſertum locum & orabat. 6.g. Et cum dimiſiſſet eos,abiit in montem orare. Lucæ.5.Ipſe autem ſedebat in deſertum & orabat.22.d. Et ipſe auulſus eſt ab eis,quātum iactus eſt lapidis,& poſitis genibus orabat. Act.10.b. Aſcendit Petrus in ſuperiora vt oraret circa horam ſextam.

VIII ¶*Oratio deum inclinat.* Tho.12.c. Quando orabas cum lachrymis. Angelus.8.Eſa.65.d.Eritque antequā clament, ego exaudiam. Matth.7.b.Petite & dabitur vobis. Omnis enim qui petit accipit,& qui quærit inuenit,& pulſanti. Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris,quanto magis pater veſter qui in cœlis eſt dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Luc.15.b. Et ego dico vobis.Petite & dabitur vobis. Iohannis.14.b.Si quid petieritis patrem in nomine meo hoc faciam. Act.10.a. Vir quidā erat in Cæſarea. Orationes tuæ. Eleemoſyna.2.

IX ¶*Peccatum purgat.* Eccle.2.c. Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperauit in domino & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Aut quis inuocauit eum,& deſpexit illum? Quoniam pius: &,Diſciplina.5. 3.a. Qui diligit deum,exorabit pro peccatis,& continebit ſe ab illis,& in oratione dierum exaudietur.35.a.Sacrificium ſalutare. Honor.4.

X ¶*Sterilitatem fœcundat.* Gen.25.c. Deprecatúſque eſt Iſaac pro vxore ſua, eo quòd eſſet ſterilis: Qui exaudiuit eum & dedit conceptum Rebeccæ.1.Regum.1.b.Surrexit autem Anna poſtquam comederat,orauit dominum.

XI ¶*Hoſtem ſuperat ſpiritualem.* Matthæi.17. d. Hoc autem genus non eiicitur niſi per orationem & ieiunium. 26.d. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Lucæ.22.d.

Orate ne intretis in tentationem.

¶*Corporalem.* Sic Iudith vidua Holofernem. Iudith.13.a. Porrò Holofernes iacebat in lecto. Stetitque Iudith ante lectum orans cum lachrymis. Pſal.49.c. Et inuoca me,in die tribulationis eruam te.106.a. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur. Iudas Machabæus Iorgiam & Liſiam,inuocato domino,deuicit. 1. Machabæo.4.a. Et aſſumpſit Iorgias quinque millia virorum. XII

¶*Orationis exauditionem impedit grauis iniquitas.* Iob.35.c. XIII
Ibi clamabunt,& non exaudiet, propter ſuperbiam malorum. Pſalm.65.d. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet dominus. Prouerbio.1.d. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam. 21.b. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit & non exaudietur. 28. b. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis. Eccleſiaſt.17.c. Conuertere ad dominum, & relinque peccata tua, precare ante faciem domini & minue offendicula. 28.a. Relinque. Dilectio inimicorum.1. Eſaiæ.1.d. Et cum extenderitis manus veſtras,auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem non eaxudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. 59. a. Ecce non eſt abbreuiata manus domini, vt ſaluare nequeat, neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat, ſed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & deum veſtrū, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis,ne exaudiat. Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate. Labia veſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra fatur iniquitatem. Non eſt qui inuocet iuſtitiam, neque eſt qui iudicet verè, ſed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates. Hieremiæ. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. 11. c. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. 14. b. Noli orare pro populo iſto in bonum. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, & ſi obtulerint holocauſtomata, & victimas, non ſuſcipiam

ea. Thren.3.e. Nos iniquè egimus,& ad iracundiam pro-
uocauimus,idcirco tu inexorabilis es. Ezech.8.g. Ergo &
ego faciam in furore,non parcet oculus meus, nec miſere-
bor, & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non
exaudiam eos.14.d. Fili hominis terra cum peccauerit mi-
hi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam
ſuper eam, & conteram virgam panis eius, & interficiam
de ea hominem & iumentum.e. Et ſi fuerint tres viri iſti
in medio eius. Noe,Daniel,& Iob,ipſi iuſtitia ſua libera-
bunt animas ſuas: filium & filiam non liberabunt. Zacha.
7.d. Et factum eſt ſicut locutus ſum & non audierunt, ſi
clamabunt & non exaudiam.2.Macha.9.c. Orabat autem
hic ſceleſtus dominum,à quo non eſſet miſericordiam cõ-
ſecuturus. Matth.18.d. Sic & pater meus. Dilectio inimi-
corum.1. Mar.11.c. Cum ſtabitis ad orandum dimittite,ſi
quid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter qui in
cœlis eſt,dimittat vobis peccata veſtra.Iacob.4.a.Petitis
& non accipitis, eo quòd malè petatis vt in concupiſcen-
tiis veſtris inſumatis.

XIIII ¶ *Fidei debilitas.* Iacobi.1.a. Qui enim hæſitat. Suprà.3.

XV ¶ *Promouet uirtualis operatio.* Thob.12.b. Bona eſt oratio
cum ieiunio. Pſal.33.d. Clamauerunt iuſti,& dominus ex-
audiuit eos. 34.c. Ego autem cum mihi moleſti eſſent in-
duebam. Humiliabam in ieiunio animam meam. Prou.15.
d. Longe eſt dominus ab impiis,& iuſtorum orationes ex-
audiet. Eccleſia.7.a. Exorare & facere eleemoſynam ne
deſpicias. 34.d. Vnus ædificans, & vnus deſtruens quid
prodeſt illis niſi labor? Vnus orans, & vnus maledicens,
cuius vocem exaudiet dominus? Iohan.9.f. Scimus autem
quia peccatores deus non audit: ſed ſi quis dei cultor eſt,
& voluntatem eius facit, hunc exaudit.15.a. Si manſeritis
in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque vo-
lueritis petetis & fiet vobis.2.Tim.2.c. Et diſcedit ab ini-
quitate omnis, qui inuocat nomen domini. 1.Iohan.3. d.
Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehẽderit nos,fiduciam
habemus ad deum, & quicquid petierimus accipiemus ab
eo: quoniam mandata eius cuſtodimus,& ea quæ ſunt pla-
cita coram eo facimus.

¶ *Fraternalis*

¶ *Fraternalis combinatio*. Iudith.6.d. Poſtea verò conuocatus omnis populus,per totam noctem intra eccleſiam orauerunt,petentes auxilium à deo Iſrael. Matth.18.c. Iterum dico vobis,quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram,de omni re quamcunq; petierint,fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. Lucæ.24.c.g. Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem, cum gaudio magno, & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes deum. Actuum.1.b. Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. XVI

¶ *Orationis ſuffragium impetrat peccati remiſſionem*. Exod. XVII
32.c. Rurſúmque ait dominus ad Moſen. Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit: Moſes autem orabat dominum deum ſuum, dicens: Cur domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum. Placatúſque eſt dominus ne faceret malum quòd locutus fuerat aduerſus populum ſuum. Leuit. 4.d. Et rogante pro eis ſacerdote,propitius eis erit dominus.e. Rogabítque pro eo ſacerdos,& pro peccato eius,& dimittetur ei. 5.b. Rogabítque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius,& dimittetur ei. Numeri.14.d. Dimitte obſecro peccatum populi huius. Dixítque dominus, dimiſi, iuxta verbum tuum. Deuter.9.c. Et procidi ante dominum ſicut prius. Et exaudiuit me dominus etiã hac vice. Iob.42.b. Iob autem ſeruus. Mediator.3. Roma.8.g. Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt. Hebræo.7.d. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt,accedens per ſemetipſum ad deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.1.Ioh.2.a. Filioli mei. Mediator.2. 5.d. Qui ſcit fratrem ſuum peccare. Mors.7.

¶ *Mali pœnæ dimiſſionem*. Geneſis.20.b. Nunc ergo redde XVIII
viro ſuo vxorẽ, & orabit pro te quia propheta eſt & viues. d. Orante autem Abrahã ſanauit deus Abimelech,& vxorem ancillásq; eius & pepererunt.19.e. Dixítque ad eum: Etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt nõ ſubuertam vrbem, pro qua locutus es. Cum enim ſubuerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ, & liberauit Loth de ſubuerſione vrbium. Num.16.g. Cúmque iacerẽt in terra,dixit Moſes ad Aaron. Tolle thuribulum & hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper pergens cito ad populum,vt roges pro eis. Quòd cum feciſſet Aaron,ſtans

inter mortuos & viuētes,pro populo deprecatus eſt,& pla ga ceſſauit. 21.c. Orauit Moſes pro populo, & locutus eſt dominus ad eum.Fac ſerpentē æneum. Iob.5.a.Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuer tere. Hiere.18.d. Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.Ezech.22.g.Et quæſiui de eis virum,qui imponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra,ne diſſiparem eam.

XIX ¶*Hoſtis ſubiectionem.* Sic precibus Moſi pugnante Ioſue victus fuit Abmalech. Exo.17.c. Dixítque Moſes ad Ioſue. Elige viros & egreſſus pugna contra Amalech.

XX ¶*Boni conſecutionem.* Helias precibus pluuiam populo Iſrael obtinuit ſalutarem. 3.Regum.18.g. Helias autem aſcendit in verticem Carmeli. Zachariæ.1.c.Et reſpondit angelus domini,& dixit:Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Hieruſalem?& reſpondit dominus angelo,qui loquebatur in me verba bona & conſolatoria. Matthæi.15.c. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum, dicentes:Dimitte eam,quia clamat poſt nos. Roman.10.a. Fratres volūtas quidem cordis mei,& obſecratio ad deum fit pro illis in ſalutem. Epheſ.6.c. Per orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu,& in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione,pro omnibus ſanctis & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei,cum fiducia notum facere myſterium euangelij.Philippen.1.b. Et hoc oro vt charitas. Charitas.2.c. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem per veſtram orationem. Coloſ.1.b.Ideo & nos ex qua die audiuimus,non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpirituali, vt ambuletis dignè deo per omnia placentes. 4.a. Orationi inſtate,vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, vt deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ad loquendum myſterium Chriſti. c. Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt ſeruus Ieſu Chriſti, ſemper ſollicitus pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti.2.Theſ.1.d.In quo etiam oramus ſemper pro vobis,vt

dignetur vos vocatione ſua deus noſter.3.a. De cętero fratres orate pro nobis, vt ſermo dei currat, & clarificetur ſicut & apud vos, vt liberemur ab importunis & malis hominibus. 1.Timo.2.a. Obſecro igitur primum omnium heri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & caſtitate.

¶ *Periculi euaſionem*. 1.Regum.12.d. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelem. Ora pro ſeruis tuis ad dominum deum tuum, vt non moriamur. Iudith.8.d. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es. Romanorum.15.g. Obſecro ergo vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad deum, vt liberet ab infidelibus qui ſunt in Iudæa, & oblatio obſequij mei accepta fiat in Hieruſalem ſanctis. Actuum.12.a. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere, oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deum pro eo. XI

ORnatus animæ. Iob.29.c. Iuſtitia indutus. Arma.1. Pſalmo.44.d. Omnis gloria eius filię regis ab intus. Eccleſiaſtes.9.b. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. Zacha.3 b. Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat ante faciem angeli. Qui ait ad eos qui ſtabant coram ſe, dicens: Auferte ab eo veſtimenta ſordida. Et dixit ad eum. Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam. Matth.22.b. Intrauit autē rex, vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis pedibus & manibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Roma.13.d. Sed induimini dominum Ieſum Chriſtum. Galat.3.d. Quicunque enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Epheſ.4.e. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominē. Col.3.b. Induite vos ergo ſicut electi dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatē, humilitatē, modeſtiā, patiētiā. Apo.3.a. Sed habes pauca nomina in Sardis, I

quæ nõ inquinauerunt veſtimenta ſua,& ambulabunt mecum in albis,quia digni ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur,veſtimentis albis. 16.c. Beatus qui vigilat,& cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet,& turpitudinẽ eius videant. 19.b.Gaudeamus & exultemus. Matrimonium. 8.

II ❡*Ornatus corporis honeſtus*. Geneſis.3.d. Fecit quoque dodominus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas. Deut. 8.b. Veſtimentum tuum,quo operiebaris nequaquam vetuſtate defecit. Heſter.14.d. Tu ſcis neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quòd eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ. Matt.3.a. Ipſe autem Iohannes habebat veſtimentum de pilis camelorum,& zonam pelliceam circa lumbos ſuos. 6.d. Et de veſtimentis quid ſolliciti eſtis? Si enim fœnum agri quòd hodie eſt,& cras in clibanum mittitur,deus ſic veſtit,quãto magis vos modicæ fidei? 1.Timoth.2.c. Similiter & mulieres. Mulier.5. Titum.2.a. Anus ſimiliter in habitu ſancto. 1.Petri.3.a.Quarum non ſit extrinſecus capillatura. Matrimonium.4.

III ❡*Superfluus deum offendit*. Deuterono.22.a. Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea. Abominabilis enim apud deum qui facit hoc. b. Non indueris veſtimento,quòd ex lana lignóque contextum eſt. 33.Eccleſiaſt. 11.a. In veſtitu ne glorieris vnquam. Eſaiæ 3.c. Pro eo quòd eleuatæ. Gaudium.8. Hieremiæ.4.g. Cum veſtieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componeris. Sophon.1.b. Et erit in die hoſtiæ domini, viſitabo ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. Matthæi.11.a. Sed quid exiſtis videre hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Lucæ.9.d. Ecce qui in veſte pretioſa ſunt, & in delitiis, in domibus regum ſunt. 19.e. Homo quidam erat diues,qui induebatur purpura & byſſo.

IIII ❡*Proximum incendit*. Iud.16.b. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius. Prouerb.7.b.Et ecce occurrit illi.Mulier.9.

OVium ſpiritualium erratio. Pſalm.118.y. Erraui ſicut ouis I
quæ periit. Eſaiæ.53.b. Omnes nos,quaſi oues erraui-
mus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. Ezech.34.b.
Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet paſtor, &
factę ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri,& di-
ſperſæ ſunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus,&
ſuper omnem faciem terræ,& diſperſæ ſunt greges mei,&
non eſt qui requirat. Matthæi.9.d. Videns autem turbas.
Miſericordia.2.1.Petri.2.d. Eratis enim,ſicut oues erran-
tes,ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum ani-
marum veſtrarum.

¶ *Salutatio.* Ezech.34.c. Ecce ego ipſe requirā oues meas, II
& viſitabo eas. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum, in die
quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum: ſic
viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in
quibus diſperſæ fuerant. Matth.15.c. Non ſum miſſus,niſi
ad oues,quæ perierunt,domus Iſrael.18.b. Quid vobis vi
detur,ſi fuerint alicui centum oues,& errauerit vna ex eis:
nónne relinquit nonaginta nouem in montibus & vadit
quærere eam quæ errauit? Et ſi inuenerit eam, amen dico
vobis,quia gaudet ſuper eam magis quàm ſuper nonagin-
tanouem quæ non errauerunt. Luc.15.a. Quis ex vobis ho
mo,qui habet centum oues. Iohan.10.c. Et aliâs oues ha-
beo,quæ non ſunt ex hoc ouili,& illas oportet me addu-
cere, & fiet vnum ouile,& vnus paſtor.

¶ *Cibatio.* Pſal.76.d. Deduxiſti ſicut oues populū tuum. III
78.c. Nos autē populus tuus,& oues paſcuæ tuæ. Eſa.49.
c. Super vias paſcentur,& in omnibus planis paſcuę eorū.
Non eſurient,neque ſitient, & nō percutiet eos æſtus, nec
ſol,quia miſerator eorum reget eos,& ad fontes aquarum,
&c. Ezech.34.d. Et educam eas de populis,& cōgregabo
eas de terris, & inducam eas in terrā ſuam & paſcam eas.
In paſcuis vberrimis paſcam eas. Ibi requieſcent in her-
bis virētibus,& in paſcuis pinguibus paſcentur,ſuper mon
tes Iſrael. Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare fa-
ciam, dicit dominus deus.

¶ *Comprobatio.* Pſal.94.b. Nos populus eius, & oues ma- IIII
nus eius. Hodie ſi vocē eius audieritis. 99.a. Populus eius,

& oues paſcue eius. Ezec.34.e.Vos autẽ greges mei: hæc dicit dominus deus. Ecce ego iudico inter pecus,& pecus inter arietẽ & hircum.Iohan 10.e.Oues meę.Imitatio.1.

## P

I PAtientiæ neceſſitas.Pſal.61.b. Veruntamẽ deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea. Prouer. 14.b. Impatiens operabitur ſtultitiam. 25.c.Patientia lenietur princeps. Eccleſia.2.c.Væ his qui perdiderunt ſuſtinẽtiam.1.Cor.6.b.Quare non magis iniuriam accipitis?

II ¶ *Vtilitas deum placat.* Pſal.9.c. Patientia pauperum non peribit in finem. Prouerb.20.d.Ne dicas: reddam malũ pro malo.Expecta dominum & liberabit te. Apocal.3.e. Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis,quæ ventura eſt in orbem vniuerſum tẽtare habitantes in terra.

UI ¶ *Præmium parat.* Eſa.57.a.Iuſtus perit.Iuſtus.8.Luc.8.c Quòd autem in bonum terrã,hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent,& fructum afferunt in patientia.Rom.5.a. Non ſolum autem hoc,ſed & gloriamur in.Diſciplina.2. 15.a.Quæcunque ſcripta ſunt,ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt,vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Hebr.6.c. Cupimus autem vnumquenque. Imitatio.5.

IIII ¶ *Hominem commendat.* Prouerb.16.d. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium.19.b.Doctrina viri per patientiam noſcitur. Eccleſ. 7.b.Melior eſt patiens viro arrogante. Lucę.21.d.In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. 1.Cor.13.b.Charitas patiens eſt. Galatas.5.d.Fructus autem ſpiritus.Fructus.1. 2.Timo.2.d.Seruum autem domini. Cõtentio.2. Hebręo.10.g.Patientia autem vobis neceſſaria eſt,vt voluntatem dei facientes reportetis promiſſionem.

V ¶ *Patientiæ exemplatio.* Hebræo.12.a.Ideo & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus,& circumſtans nos peccatum per patientiam cur-

ramus

ramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum,qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ cõfuſione contempta,atque in dextera ſedis dei ſedet. Recogitate enim eum,qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionẽ vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. 1.Petri.4.a. Chriſto igitur paſſo.Imitatio.3.

¶ *Ordinatio quantum ad intentionem.* Thob.2.c. Hanc autẽ tentationem.Diſciplina.3. Prouerb.14.d.Qui patiens eſt multa gubernatur ſapiẽtia, qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. 2.Cor.6.a. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos,ſicut dei miniſtros,in multa patientia. VI

¶ *Continuationem.* Pſal.102.b. Faciens miſericordias dominus,& iudicium omnibus iniuriam patientibus.Eccle.1.c. Vſque ad tempus ſuſtinebit patiens. 2.d.Qui timent dominum,cuſtodiunt mandata illius:& patientiam habebũt, vſque ad inſpectionem dei. Ephe.4.Obſecro itaque vos. Dilectio.5.Colo.3.b.Induite vos.Ornatus.1.1.Theſſa.5. c.Rogamus.Correctio.2.Iaco.5.b.Patientes igitur eſtote fratres vſque ad aduentum domini. Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Patientes igitur eſtote & vos,& confirmate corda veſtra,quoniam aduentus domini appropinquabit.Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit.Exemplum accipite fratres exitus mali,& longanimitatis, & laboris,& patientiæ,prophetas, qui loquuti ſunt in nomine domini.Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt.Suffe-rentiam Iob audiſtis,& finem domini vidiſtis. VII

PAſſio *dominica multipliciter eſt præfigurata.* In agno paſchali. Exodi.12.a. Dixit quoque dominus ad Moſen & Aaron. Decima die menſis, huius tollat vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas. Erit autem agnus abſque macula, agnus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hœdum, & ſeruabitis vſque ad quartamdecimam diem menſis huius.Immolabítque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperum. I

¶ *In ſerpente æneo.* Num.21.c. Orauit Moſes pro populo. Sap.16.b.Qui enim conuerſus eſt,nõ per hoc,quod vide- II

bat,ſanabatur:ſed per te omnium ſaluatorem. Matth.12.c. Sicut enim fuit Ionas. Reſurrectio.1. 21.d. Homo erat paterfamiliâs,qui plantauit vineam,& ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular,& ædificauit turrim & locauit eam agricolis. Agricolæ autem videntes filium dixerunt. Hic eſt hæres,venite occidamus eum,& habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam,& occiderunt. Iohã.3.b. Et ſicut Moſes. Crux.1. 12.d. Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,ipſum ſolum manet, ſi autem mortuũ fuerit, multum fructum affert.

III ¶ *Fideliter prænunciata per Chriſtum.* Matth.16.c. Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis,quia oportet eum ire Hieroſolymã & multa pati à ſenioribus & ſcribis,& principibus ſacerdotũ, & occidi,& tertia die reſurgere. 17.d. Conuerſantibus autem eis in Galilæa,dicit illis Ieſus: Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertia die reſurget.20.c. Et aſcendens Hieroſolymam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto. Ecce aſcendimus Hieroſolymam,& filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis & condemnabunt eũ morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget. 26.a. Et factum eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet,& filius hominis tradetur,vt crucifigatur. Mar.8.d. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa. 9.c. Docebat autem diſcipulos ſuos,& dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominũ.10.c. Erãt autem in via aſcendentes Hieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus & ſtupebant,& ſequentes timebant. Et aſſumẽs iterum duodecim cœpit illis dicere quæ eſſent ei ventura. Quia ecce aſcendimus Hieroſolymam , & filius hominis tradetur princibus ſacerdotum. Luc.9.c. At ille increpans illos,pręcepit ne cui dicerent hoc,dicens: Quia oportet filiũ hominis multa pati.d. Et ecce duo viri loquebantur cũ illo. Erant Moſes & Helias, viſi in maieſtate,& dicebant exceſſum eius quem cõpleturus erat in Hieruſalem.e. Ponit

nite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos. Filius enim ho minis futurum eſt, vt tradatur in manus hominũ. 12.f. Baptiſmo autem habeo baptizari: & quomodo coartor donec perficiatur? 13.g. In ipſa die acceſſerunt quidam pharifæorum dicentes illi: Exi & vade hinc quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite dicite vulpi illi. Ecce eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor, quia non capit prophetam perire extra Hieruſalem. 18.f. Aſſumpſit autem Ieſus duodecim: Ecce aſcẽdimus Hieroſolymã, & conſummabuntur omnia quæ ſcri pta ſunt per prophetas de filio hominis. 22.d. Dico enim vobis, quoniam adhuc quòd ſcriptum eſt, oportet impleri in me, & cum iniquis deputatus eſt. Iohan. 2.f. Reſpôderunt ergo Iudæi. Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Reſpondit Ieſus: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 10.d. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, & iterum ſumam eam. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.

¶ *Fraudulenter procurata per Iudam.* Inſipienter ipſum vendendo. Pſal. 40. Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Matt. 26.b. Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth ad principes ſacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet ſine turbis. Mar. 14.b. Et Iudas Scariotes vnus de. Luc. 22.a. Intrauit autem ſatanas in Iudam qui cognominabatur Scarioth vnum de duodecim, & abiit & locutus eſt cum principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, quemadmodũ illum traderet eis. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare. Violenter tradendo. Mar. 14.e. Et adhuc eo loquente venit Iudas Scariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladiis & lignis, miſſi à ſummis ſacerdotibus & ſcribis & ſenioribus. Dederat autem traditor eis ſignum dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ, & ducite caute. Luc. 22. e. Adhuc eo loquente, ecce turba & qui vocabatur Iudas, IIII

vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Ieſu vt oſcularetur eum. Iohan.18.a. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, & pontificibus & phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis, & facibus & armis.

V ¶ *Per Iudæos.* Diligẽter contra ipſum cõciliando. Pſal.21. c. Circundederunt me vituli multi. Aperuerunt ſuper me os ſuum. d. Quoniam circũdederunt me canes multi. Sap. 2. c. Circumueniamus ergo iuſtum. Hiere.11. d. Tu autem domine demonſtraſti mihi, & cognoui, tu oſtendiſti mihi ſtudia eorũ, & ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Et non cognoui qui cogitauerũt ſuper me conſilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentem, & nomen eius non memoretur amplius. 12. c. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius, facta eſt mihi hęreditas mea quaſi leo in ſylua. Danie. 9. g. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eũ negaturus eſt. Zach.11. c. Et dixit ad eos: Si bonũ eſt in oculis veſtris afferre mercedem meã. Et appenderũt me mercedem meã triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: Proiice illud ad ſtatuarium. Decorum precium, quo appreciatus ſum ab eis. 13. c. Et dicetur ei: Quid ſunt plagę iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet his plagato, ſum in domo eorum qui me diligebant. Phramea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum, & ſuper virum cohærentem mihi dicit dominus. Percute paſtorem, & diſpergentur oues. Matth.26. a. Tunc cõgregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotũ, qui dicebatur Cayphas, & conſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent & occiderent. f. Princeps autem ſacerdotum & omne conſilium, quærebãt falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eũ morti traderent, & inuenerunt cum falſi teſtes acceſſiſſent. 27. a. Mane autem facto: conſilium inierunt omnes principes ſacerdotũ, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderẽt. Marc.14. f. Summi verò ſacerdotes & omne conſiliũ quærebant.

rebant aduerſus Ieſum teſtimonium vt eum morti traderent, nec inueniebant.

¶*Impudenter accuſando.* Marc.15.a. Et confeſtim mane cōſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus, & ſcribis, & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Lucæ.23.a. Cœperunt autem illum accuſare dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. b. Stabant autem principes ſacerdotum, & ſcribę conſtanter accuſantes eum. Iohan.18.c. Adducunt ergo Ieſum à Caypha in prætorium. Erat autem mane, & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo ad eos foras Pilatus & dixit: Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? reſponderunt & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. VI

¶*Crudeliter conſummata per gentiles.* Turpiter illudendo. Eſaiæ.53.a. Quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Non eſt ſpecies ei neque decor. Et vidimus eum & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem. b. Et nos reputauimus eum, quaſi leproſum, & percuſſum à deo & humiliatum. 63. a. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de boſtra? Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua, ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Circunſpexi, & non erat auxiliator, quæſiui & non fuit qui adiuuaret. Matthæi. 27. c. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem, & exeuntes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & harundinem in dextera eius, & genu flexu ante eum, illudebant ei dicentes: Aue rex Iudæorum. Marci.15.b. Et percutiebant caput eius harundine, & conſpuebant eum, & VII

ponentes genua adorabāt.Iohā.19.a.Tunc ergo apprehē dit Pilatus Ieſum,& flagellauit. Et milites plectentes. Et dabant ei alapas. Exiuit ergo Ieſus portans ſpineā coronā & purpureum veſtimentum,& dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige crucifige eum. Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit.

VIII ¶ *Pœnaliter crucifigendo.* Pſalmo.21.b. Ego ſum vermis & non homo. Omnes videntes me deriſerunt me. Sperauit in domino eripiat eum.d. Foderunt manus meas & pedes. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. 68.e. Et dederunt in eſcam meam fel. Matt.27.c. Tunc dimiſit illis Barrabam. Ieſum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.d. Et poſtquam illuſerunt ei exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem, hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur Golgata, quod eſt Caluarię locus & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur. Et crucifigentes eum diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſuper eis quid tolleret. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Marci.15.b. Pilatus autem volens ſatisfacere populo dimiſit illis Barrabam.c. Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum. Lucæ.23.d. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium, & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem quem petebant, Ieſum verò tradidit voluntati eorum.e. Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ ibi crucifixerunt eum: & latrones, vnum à dextris, & vnum à ſiniſtris. Iohan.19.d. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum & eduxerunt eum. Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum.f. Poſtea ſciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura dixit: Sitio. Cum ergo accepiſſet acetum dixit: Conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

IX ¶ *Patienter tollerata per Chriſtum.* Decenter ſe non defendendo. Eſaiæ. 50. c. Dominus deus aperuit mihi aurem,

ego autem non contradico, retrorſum non abij. Corpus meum dedi percutientibus,& genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus, & ideo non ſum confuſus.53.c. Oblatus eſt quia ipſe voluit,& non aperuit os. Sicut ouis ad occiſionem ducetur,& quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.d. Et pro tranſgreſſoribus rogauit. Thren.3.d. Dabit percutienti ſe maxillam,ſaturabitur opprobriis.

¶ *Feruenter pro crucifigentibus orando*. Lucę.23.b. Pater dimitte illis,non enim ſciunt quid faciunt. 1.Petr.2.d. Quia & Chriſtus paſſus. X

¶ *Fœliciter operata quo ad Chriſtum.* Pſalmo.21.f. Reminiſcentur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ. Et adorabunt in conſpectu eius omnes familiæ gentium. Eſaiæ.53.c. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Generationem eius quis enarrabit? quia abſciſus eſt de terra viuentium. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et dabit impios pro ſepultura,& deuites pro morte ſua,eo quòd iniquitatem non fecerit,neque dolus fuerit in ore eius,& dominus voluit conterere eum in infirmitate.d. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur. Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam ſuam, & cum iniquis reputatus eſt. Humilitas.2. Philippen.2.b. Humiliauit ſemetipſum. Hebræorum. 2. b. Eum autem, qui modico quàm angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum,vt gratia dei pro omnibus guſtaret mortem. 10. c. Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt, quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias,quę non poſſunt auferre peccata. Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera dei. XI

¶ *Quo ad nos.* Eſa.42.b. Et dedi te in fœdus populi. 43.d. Veruntamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis. Ego ſum, ego ſum ipſe,qui deleo iniquitates tuas. 49.g. Nũquid tol- XII

letur à forti præda? Equidem & captiuitas à forti tolletur. 50.a. Nūquid abbreuiata, & paruula facta eſt manus mea? 53.b. Vere languores noſtros ipſe tulit. Ipſe autem. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Et poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. d. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos. Zacha.9.c. Tu quoque in ſanguine teſtaméti tui emiſiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.12.c. Et erit in die illa, quæram conterere omnes gentes, quę veniunt contra Hieruſalem, & effundam ſuper domum Dauid & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum. Et aſpicient ad me quem confixerunt. Iohan.8.d. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum.11.f. Vnus auté ex ipſis. Cayphas nomine, cum eſſet pontifex anni illius dixit: Vos neſcitis quicquam nec cogitatis, quia expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente.g. Et non tantum pro gente, ſed vt filios dei qui erant diſperſi congregaret in vnum.12.e. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Hoc autem dixit ſignificās qua morte eſſet moriturus. Vide Mors.

I **P***Aſtor ſummus deus.* Affectuoſe reuocans errante. Hie.23. a. Ecce ego congregago reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eieceram eos illuc, & conuertam eos ad rura ſua, & creſcent, & multiplicabuntur, & ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos. Ezechie.94.c. Ecce ego ipſe. Ouis.2. d. Et educā eas. Ouis.3. Iohan.10.b. Ego ſum paſtor bonus. Heb.13.d. Deus auté pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtaméti æterni, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placet coram ſe.1.Pet.2.d. Eratis enim. Ouis.1.

II ¶*Copioſe remunerans obſequentes.* Eſa.40.c. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Ezec.34.d. In paſcuis. Ouis.3. Quòd perierat requiram, & quòd abiectum erat reducam, & quòd confractum fuerat alligabo, & quòd infirmum

infirmum fuerat conſolidabo,& quòd forte,& pingue cu-ſtodiam, & paſcam illas in iudico.g. Vos autẽ greges mei greges paſcuæ meæ homines eſtis, & ego dominus deus veſter. Iohan.10.c. Ego ſum paſtor bonus,& cognoſco o-ues meas,& cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego noſco patrem & animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo. Ouis.2. e. Oues meæ. Imitatio.1. Et ego vitam æternam do eis,& non peribunt in æternum,& non rapiet eas quiſquam de manu mea.

¶ *Paſtor bonus deum attendit.* Iohan.10.a. Qui autem intrat per oſtium,paſtor eſt ouium. Et quum proprias oues emi-ſerit,ante eas vadit,& oues illum ſequuntur,quia ſciũt vo-cem eius.21.d. Dixit Simoni Petro Ieſus: Simon Iohannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam tu ſcis,quia amo te di-cit ei? Paſce agnos meos.1. Corinth.4.a. Sic nos. Miniſte-rium. 1. Hic iam quæritur inter diſpenſatores,vt fidelis quis inueniatur. III

¶ *Ouibus intendit.* Hiere.3.e. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meum,& paſcent vos ſcientia & doctrina. Matth.20. d. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri ſit veſter miniſter. Sicut filius hominis non venit mi-niſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redem-ptionem pro multis. Luc.22.c. Dixit autem eis. Reges gẽ-tium. Iohan.10.b. Bonus paſtor animam ſuam dat pro o-uibus ſuis.1. Timo.3.a. Oportet enim epiſcopum irrepre-henſibilem eſſe. Titum.1.b. Oportet enim epiſcopum. Sa-cerdos.2.3.d. Diſcant autem & veſtri. Heb.13.b. Memen-tote. Euangelium.5. Act.20.f. Attendite vobis & vniuer-ſo gregi,in quo vos poſuit ſpiritus ſanctus epiſcopos rege-re eccleſiam dei,quam acquiſiuit ſanguine ſuo. IIII

¶ *Præmium acquirit.* Matthæi.24.d. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens,quem cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam,vt det illis cibum in tẽpore. Beatus ille ſeruus,quem quum venerit dominus eius inuenerit ſic facientem: A-men dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſti-tuet eum. 1. Theſſa.5.c. Rogamus autem. Euangelium.5. 1. Timoth.3.c, Qui bene præſunt,vbi ſuprà.5.1. Petri.5.a. V

Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ communicator. Paſcite qui in vobis eſt gregem dei, prouidentes non coacte ſed ſpontanee: ſecundum deum, neque turpis lucri gratia: ſed voluntarie, neque vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. b. Et quum apparuerit princeps paſtorum percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

VI ¶*Paſtor malus bonum gregem diſſipat.* Hiere. 2. b. Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt dominus, & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me. 50. a. Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos. Ezech. 34. a. Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quód craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis, quód infirmum fuit non conſolidaſtis, & quód ægrotum non ſanaſtis. Quód confractum eſt non alligaſtis, & quód abiectum eſt non reduxiſtis, & quód perierat non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. b. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quód non eſſet paſtor. c. Nónne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci, inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris, & cum puriſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbaſtis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras, ſaluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. Propterea hæc dicit dominus. Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue & macilentum. Pro eo quód lateribus & humeris impingebatis. Iohan. 10. a. Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcēdit aliunde, ille fur eſt & latro. Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues.

VII ¶*Commodum proprium ſpectat.* Eſaiæ. 56. d. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam ſuam. Auaritia. 3. Venite ſumamus. Ebrietas. 2. Ezec. 34. b. Propterea paſtores audite verbum domini. Viuo ego dicit dominus

deus,

deus, quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo quòd non eſſet paſtor, neque enim quæſierunt paſtores gregem meum, ſed paſcebant ſemetipſos. c. Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam vt vltra non paſcant gregem meum, nec paſcãt amplius paſtores ſemetipſos. Et liberabo gregẽ meum de ore eorum, & non erit vltra eis in eſcam dicit dominus. Iohan.10.c. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

¶ *Malum contra ſe prouocat.* Hiere.23.a. Væ paſtoribus qui diſperdunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ. Ideo hæc dicit dominus. Vos diſperſiſtis gregem meum & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum. 25.g. Vlulate paſtores & clamate, & aſpergite vos cinere optimates gregis, quia completi ſunt dies veſtri, vt interficiamini. & diſſipationes veſtræ. Vox clamoris paſtorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vaſtauit dominus paſcua eorum, & conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris domini. Zacha.10.b. Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo. 11.a Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum. Hæc dicit dominus: paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſidebant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus dominus diuites facti ſumus. Et paſtores eorum non parcebant eis, & ego non parcam vltra ſuper habitantes terram, dicit dominus. d. Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti. O paſtor & idolum derelinquens gregem. Gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius. VIII

P*Ater noſter deus ſingularis* Benigne *filios reuocando.* Pſalmo 102. Quomodo miſeretur pater filiorũ, miſertus eſt dominus timentibus ſe. Eſaiæ.63.d. Tu enim pater noſter, & Abraham neſciuit nos. Tu domine pater noſter, & redemptor noſter. 64.d. Et nunc domine pater noſter es tu, nos verò lutum, & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne iraſcaris domine ſatis, & ne vltra memineris iniquitatis noſtræ. Hieremiæ.3.f. Patrem vo- I

cabis me,& poſt me ingredi non ceſſabis.

II ¶ *Copioſe neceſſaria prouidendo.* Deuterono.32.a. Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit? Matthæi.6.d. Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. 7.b. Si ergo vos. Oratio.8. Hebræorum.13.a. Sint mores ſine. Auaritia.1. 1.Petri.5.b. Humiliamini. Humilita.3.

III ¶ *Honorabilis iuſte remunerando.* Malach.1.b. Filius honorat patrem. Filius.3. Matthæi.6.b. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter.23.b. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. Vnus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt. Gal.4.a. Quoniam eſtis. Filius.2. Epheſ.3.c. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. 4.b. Vnus deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

I P*Auperes boni in ſeipſis humiliantur.* Prouerb.29.a. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quàm diues torquens labia ſua & inſipiens. c. Melior eſt pauper iuſtus, quàm vir mendax.28.a. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quàm diues in prauis itineribus. Eccle.10.d. Pauper loriatur per diſciplinam & timorem ſuum.18.d. Memento paupertatis. Diuitiæ.4. 30.b. Melior. Diuitię.16. Apo.2.c. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, ſed diues es.

II ¶ *Neceſſariis contentantur.* Thobiæ.4.d. Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Pſalmo.21.f. Edent pauperes & ſaturabuntur. 36.c. Melius eſt modicum iuſto. Prouerbiorum.12.b. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quàm glorioſus & indigens pane. 13.a. Eſt quaſi diues quum nihil habeat, & eſt quaſi pauper quum in multis diuitiis ſit. 12.b. Melius eſt parum cum timore domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles. 16.b. Melius eſt

parum

patum cum iuſtitià, quàm multi fructus cum iniquitate. Prouerb.30.d. Duo rogaui te, ne deneges mihi. Vanitatem & verbum mendacij longe fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam quis eſt dominus aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen dei mei. Ecclés.4.c. Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto qui neſcit præuidere in poſterum. Eccle.29.d. Initium vitæ hominis. Domus.7. 39. Initium neceſſariæ vitæ. Abſtinentia.2. 40.c. Vita ſibi ſufficientis operarij condulcabitur. 1.Timoth.6.b. Nihil enim intulimus. Sollicitudo.1.

¶A *bonis ſuſtentantur*. Deuter.15.a. Et omnino indigens, & mendicus non erit inter vos. b. Non deerunt pauperes. Eleemoſyna.6. Pſalmo.106.d. Et adiuuit pauperem de inopia. Prouerbiorũ.26.a. Nouit iuſtus cauſam pauperum. Eccle.4.a. Congregationi pauperum affabilem te facito. Romano.15.i. Probauerunt enim Macedonia: &, Euangelium.5. 1.Corin.16.a. De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite per vnam ſabbathi. 2.Corin.8.a. Notam autem facimus vobis fratres gratiam dei.c. Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet accepta eſt, non ſecundũ id quod non habet. Non enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum. Galat.2.b. Tantum vt pauperum memores eſſemus. III

¶A *deo remunerantur*. Pſal.67.b. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Eccle.11.b. Eſt homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius, & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt deum. c. Confide in deo, & mane in loco tuo. Facile eſt enim in oculis dei ſubito honeſtare pauperem. Eſaiæ.14.g. Et paſcentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requieſcent. Quia dominus fundauit Sion, & in ipſo ſperabunt pauperes populi IIII

eius.29.f. Et addent mites in domino lætitiam,& paupe-res homines in ſancto Iſrael exultabunt. Matth.5.a. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. 19.c. Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. d. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Marci.10.d. Amen dico vobis nemo eſt qui reliquerit domũ, qui nõ accipiet centies tantum nunc in hoc tempore, & in ſeculo futuro vitam æternam. Luc.16.f. Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ.18.e. Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum aut parentes propter regnum dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore. & in ſeculo vitam æternam.

V ¶ *De malis illatis uindicantur.* Exodi.22.d. Aduenam non contriſtabis. Viduę & pupillo nõ nocebitis.23.a. Peregrino moleſtus non eris.2.Regum.22.c. Et populum pauperem ſaluum facies. Iob.5.c. Porrò ſaluum faciet egenum à gladio oris eorum, & pauperem de manu violenti. 36.b. Eripiet de anguſtia ſua pauperem. Pſalmo.9.d. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis. g. Tibi derelictus eſt pauper. 11.b. Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum.24.d. Reſpice in me & miſerere mei. 139.b. Cognoui, quia faciet dominus iudicium inopis. Prouerb.14.d. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius. 17.a. Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius. 22.a. Diues & pauper obuiarunt ſibi, vtriuſque operator eſt dominus.c. Qui calumniatur. Diuitiæ.12. d. Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteras egenum in porta, quia iudicabit dominus cauſam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius. Eccleſiaſti.21.a. Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures eius peruenit, & iudicium feſtinato adueniet illi. 34.d. Qui offert ſacrificinm. Honor.5. Panis egentium vita pauperis eſt, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximũ ſuum. 35.c. Non accipiet dominus

perſonam

perſonam in pauperem, & deprecationem læſi exaudiet. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam ſi effundat loquelam gemitus. Nónne lachrymę viduę ad maxillā deſcendunt,& exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendūt vſque ad cœlum, & dominus exauditor non delectabitur in illis. Eſa.25.b.Quia factus es fortitudo. 41 e. Egeni & pauperes quærūt aquas,& non ſunt, lingua eorum ſiti aruit. Ego dominus exaudiam eos. Hieremiæ.21.d.Hæc dicit dominus. Iudicate mane. Iudiciū. 25. Amos.2.b.Super tribus ſceleribus Iſrael,& ſuper quatuor non conuertam eum,pro eo quòd vendiderit pro argento iuſtum,& pauperem pro calciamentis. 4.a. Audite verbum hoc vaccæ pingues, qui eſtis in monte Samariæ, qui calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Quæ dicitis dominis veſtris afferte & bibemus:Iurauit dominus deus in ſancto ſuo.8.b. Audite hoc qui conteritis. Diuitiæ.6.

¶*A malis hominibus abominantur.* Prouer.14.c. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit.18.d. Cum obſecrationibus loquetur pauper. 19.a. Fratres hominis pauperis oderunt eū,inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. 28.b.Sapiēs ſibi videtur vir diues: pauper autem prudens ſcrutabitur eum. Eccleſiaſtici.13.a. Diues iniuſtè egit & fremet, pauper autem læſus tacebit.c.Venatio leonis in eremo, ſic & paſcua diuitum.Diuitiæ.9. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas,ſic & execratio diuitis pauper. d. Diues loquutus eſt,& omnes tacuerunt.Iaco.2.a.Nónne deus elegit pauperes in hoc mundo,diuites in fide & hæredes regni quòd repromiſit deus diligentibus ſe? VI

¶*Pauperes mali impatientia agitantur.* Prouer.15.b.Omnes dies pauperis mali.28.a.Vir pauper calumniās pauperes, ſimilis eſt imbri vehemēti, in quo paratur fames. Eccleſi. 13.d.Et nequiſſima paupertas in ore impij.25.a.Tres ſpecies odiuit anima mea. Pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem,& ſenem fatuum & inſenſatum. VII

¶*Paupertas Chriſti exemplaris.* Matthæi.8.c. Et accedens vnus ſcriba. Imitatio.1. 2.Corinth.8.b. Scitis enim gratiam.Diuitiæ.2. VIII

I PAx ſempiterna. Pſal. 4. b. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Sapientię. 3. a. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt. Viſi ſunt oculis inſipientium mori. Eſa. 32. d. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.

II ¶ *Pax ſuperna erga deum per paſſionem nobis Chriſti prouenit.* Rom. 5. a. Iuſtificati ergo. Fides. 9. 2. Cor. 5. d. Omnia autem ex deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum. Quoniam quidem deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Ephe. 2. d. Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos qui longe eratis aliquando, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. d. Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem his qui propè quoniam per ipſum acceſſum habemus ambo in vno ſpiritu ad patrem. Colo. 1. c. Quia in ipſo cōplacuit omnem plenitudinē diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Actu. 10. f. Verbum miſit deus filiis Iſrael, annuncians pacem per Ieſum Chriſtum, hic eſt omnium dominus.

III ¶ *Exigit à nobis humilem ſubiectionem.* Iob. 9. a. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? Pſal. 61. a. Nónne deo ſubiecta erit anima mea? Luc. 10. a. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui, & ſiquidem fuerit ibi filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra, ſin autem, ad vos reuertetur.

IIII ¶ *Iugem obeditionem.* Ezech. 37. g. Et percutiam illis fœdus pacis. Pactum ſempiternum erit eis. Et erit tabernaculum meum in eis; & ero eis deus, & erunt mihi populus. Malach. 2. b. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lucæ. 2. b. Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax hominibus, bonæ voluntatis.

V ¶ *Liberalem dilectionem.* Hierem. 29. c. Ego enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam, & inuocabitis me & viuetis, & orabitis me & exaudiam vos, & quęretis me & inuenietis. Iohānis. 14. d.

Pacem

Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. 16.g. Hæc locutus ſum vobis,vt in me pacem habeatis.

¶ *Acquirit magnam remunerationem.* Iob.22.c. Acquieſce igitur ei,& habeto pacem,& per hæc habebis fructus optimos. Zacha.9.c. Et loquetur pacem gentibus. Philip.4.b. Et pax dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras,in Chriſto Ieſu. Colo.3.c. Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore. VI

¶ *Pax interna peccatum excludit.* Prouer.15.b. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Eſaiæ.48.d. Non eſt pax impiis, dicit dominus.57.d. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe eſt,& qui propè eſt,dixit dominus,& ſanaui eum, impij autem. Impius.2. VII

¶ *Pax externa bona,uel uera à deo præſtatur.* 2.Regum.7.b. Et ponam locum populo meo Iſrael, & plantabo eum & habitabo cum eo. Et non turbabitur amplius, & non addent filij iniquitatis vt affligant eum. 2.Paralippo.14.b. Aedificemus ciuitates iſtas. Eo quòd quæſierimus dominum deum patrum noſtrorum, & dederit nobis pacem. Iob.34.d. Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet? Prouer.16.a. Cum placuerint: Dilectio inimicorum.1. Eſaiæ.26.a. Seruabis pacem,pacem quia in te ſperauimus.b. Domine dabis pacem nobis.45.a. Ego dominus & non alter. Faciens pacem & creans malum, 48.d. Vtinam attendiſſes mandata mea,facta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua. Baruch.3.b. Nam ſi in via dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terram. Ezech.34.f. Et faciam cum eis pactum pacis. 2.Theſ.3.d. Ipſe autem deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Apoca.6.a. Et exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei,vt ſumeret pacem de terra,& vt inuicẽ ſe interficiant,& datus eſt ei gladius magnus. VIII

¶ *In bonis confirmatur.* Pſal.118.x. Pax multa diligentibus legem tuam.119.a. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.121.b. Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalẽ. Prou.12.c. Qui autem. Conſilium.7. Eccle.41.c. Diſciplinam IX

in pace conſeruate filij. Eſa. 32. d. Et erit opus iuſtitię pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. 29. d. Fiat tantum pax (ait Ezechias rex ad Eſaiam) & veritas in diebus meis. Marci. 9. g. Pacem habete inter vos. Roma. 12. d. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt cũ omnibus hominibus pacem habentes. 14. d. Itaque quæ pacis ſunt ſectemur. 15. a. Vnuſquiſque veſtrum. Dilectio proximi. 3. 1. Corin. 7. c. In pace autem vocauit nos deus. 14. f. Non enim eſt deus diſſentionis, ſed pacis. 2. Corint. 13. d. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Epheſ. 4. a. Obſecro itaque vos. Dilectio proximi. 5. Hebręo. 13. d. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit deum. Actu. 4. g. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Iaco. 3. d. Quæ autem deſurſum. Miſericordia. 8. 1. Pet. 3. b. In fide autem omnes vnanimes.

X ¶ *Summe commendatur.* Pſal. 36. e. Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam ſunt reliquię homini pacifico. Prouerb. 17. a. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio. Hiere. 29. b. Et quęrite pacem ciuitatis ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad deum, quia in pace illius erit pax veſtra. Matth. 5. a. Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. Vnde iniunxit diſcipulis vt ciuitatem vel domum ingredientes ſalutationem pacis offerrent. Matthęi. 10. b. Intrantes autem in domum ſalutate eam dicentes: Pax huic domui. 18. c. Iterum dico vobis, ſi duo ex vobis conſenſerint. Dilectio proximi. 2.

XI ¶ *Pax ficta malum proximo machinatur.* Pſal. 27. a. Ne ſimul tradas me cum peccatoribus. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autẽ in cordibus eorum. Da illis ſecundum opera eorum. Hier. 9. c. Sagitta vulnerãs. Doloſus. 3.

XII ¶ *Pax praua in malo copulatur.* Pſal. 72. a. Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Prouerb. 1. b. Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Si dixerint: Veni nobiſcum inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra, deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum, omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus

domos

domos noſtras ſpoliis,ſortem mitte nobiſcum,marſupium ſit vnum omnium noſtrum. Fili mi ne ambules cum eis,pedes enim eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem. Sic Herodes & Pilatus in morte domini amici facti ſunt. Luc.23.b. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus,in ipſa die,nam ante inimici erant.

¶ *A deo reprobatur*. Deutero.29.c. Ne fortè ſit inter vos vir vt mulier. Pax erit mihi & ambulabo in prauitate cordis mei,& aſſumat ebria ſitientem,& dominus non ignoſcat ei. Matthęi,10.d. Nolite arbitrari,quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuū, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Luc.12.g. Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis,ſed ſeparationem. 9.f. Et vt appropinquauit videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicēs: Quia ſi cognouiſſes & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. XIII

P*Eccatum originale unde originatur*. Pſalm.50.a. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Roman.5.b. Propterea ſicut. Mors. 9. I

¶ *Malum operatur*. Gene. 8.d. Nequaquam vltra maledicā terrę propter hominem: eo quòd ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſint ab adoleſcētia ſua. Sap. 12.b. Semen enim erat maledictum ab initio. Eccleſia.17. d. Aut quid nequius, quàm quod excogitauit caro & ſanguis? Eſa.64.c. Et facti ſumus. Iuſtitia. 6. Romano. 7.c. Scimus enim, quia lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato. Galatas.5,c. Caro enim concupiſcit. Caro.3. II

¶ *Gratia curatur*. Iohan.1.d. Ecce agnus dei. Roman.5.c. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. 6.b. Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel. 7.d. Infœlix ego homo. Gratia.2. Gal. 3.d. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. III

IIII ¶*Peccatum actuale multipliciter agitur.* Infirmitate. Gene. 3. b. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcẽdum: & pulchrum oculis aſpectúque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit. Iob. 4. d. Ecce qui ſeruiunt ei. Angelus. 11. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea? Pſalmo. 77. d. Ipſe autem eſt miſericors & propitius. Et recordatus eſt, quia caro ſunt. 10. c. Quomodo miſeretur pater filiorum. Recordatus eſt, quoniam puluis. Sapientiæ. 7. d. Corpus enim quòd corrumpitur aggrauat animam.

V ¶*Ignorantia.* Sic Pharao ignorans Saram Abrahæ vxorem ipſam ſibi tulit. Geneſis. 12. d. Cum itaque ingreſſus eſſet Abraham Aegyptum viderunt Aegyptij mulierem, quòd eſſet pulchra nimis, & nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum. Flagellauit autem dominus Pharaonem & domum eius plagis maximis, propter Sarai vxorẽ Abrahã. Similiter Abimelech. Gen. 20. a Venit autem deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quàm tuliſti, habet enim virum. Et ait Abimelech: Domine num gentem ignorantem & iuſtam interficies? Adulterium. 4. Nume. 15. c. Quòd ſi per ignorantiam præterieritis quicquã horum. Quòd ſi anima vna neſciens peccauerit. Lucæ. 23. e. Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. 1. Timoth. 1. c. Qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & cõtumelioſus: ſed miſericordiam dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.

VI ¶*Malitia.* Numeri. 15. d. Anima verò quæ ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille ſiue peregrinus, quoniam aduerſus dominũ rebellis fuit peribit de populo ſuo. Verbum enim domini contempſit & prçceptum illius fecit irritum. Iob. 15. d. Concepit dolorem & peperit iniquitatem. Pſalm. 7. d. Ecce parturit iniuſtitiam concepit. Prouerb. 2. c. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui lætantur. Gaudium. 7. Eccle. 11. b. Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt, qui autem exultant in malis conſeneſcunt in malo. 20. e. Eſt qui vetatur

tatur peccare præ inopia. Eſaiæ.3.b.Peccatum ſuum quaſi Sodoma prędicauerunt,nec abſconderunt. Væ animæ eorum,quoniam reddita ſunt eis.5.e.Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. Væ qui dicitis bonum malum. 59.a. Conceperunt laborem & pepererunt iniquitatem.Oua aſpidum ruperunt,& telas aranearum texuerunt. Qui comederit de ouis eorum morietur.Hiere.9.b.Docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt. Iohan.9.g. Dixit eis Ieſus:Si cæci eſſetis.Cæcitas.2.15.d. Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis,peccatũ non haberent.Nunc autem excuſationem non habẽt de peccato ſuo.19.b. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Hebr. 10.c.Voluntarie enim.Liberum arbitrium.3.

¶ *Miſerabiliter operatur deum offendendo.* Deut.32.c.Deum qui te genuit dereliquiſti. Vidit dominus & ad iracundiam concitatus eſt.1.Reg.2.e. Si peccauerit vir in virum (ait Heli filiis ſuis) placari ei poteſt deus:ſi autem in deũ peccauerit vir, quis orabit pro eo? Pſalmo.5.a. Quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus.b. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. 49.c.Exiſtimaſti inique, quòd ero tui ſimilis.118.t.Longe à peccatoribus ſalus.Eccleſiaſt.5.a.Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui. Deus enim vindicans vindicabit.b. Ne dixeris:Peccaui & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adiicias peccatum ſuper peccatum. Miſericordia enim.Ira.3.7.a. Noli facere mala & non te apprehendent.10.b. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à deo, quoniam ab eo qui fecit illum receſſit cor eius, quoniam initium omnis peccati ſuperbia.17.b.Et dixit illis:Attẽdite ab omni iniquo.Hie. 2.d. Scito & vide quia malum & amarum eſt, reliquiſſe te dominum deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, dicit dominus deus.7.d.Nũquid me ad iracundiã prouocãt dicit dominus,nónne ſemetipſos in confuſionẽ vultus ſui.17.a.Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo & vngue adamãtino exaratum ſuper latitudinem cordis eorũ.18.b. VII

Si fecerit malũ in oculis meis, vt nõ audiat vocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono quòd locutus ſum vt facerem ei. Abac.1.d. Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, & ad iniquitatem reſpicere non poteris. 1.Iohan.3.b. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt.

VIII ¶ *Affectum deflectendo*. Thob.12.c. Qui autem. Odium.2. Pſal.37.a. Non eſt ſanitas in carne mea. b. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. Eccleſia.3.d. Vir peccator adiiciet ad peccandum. 12.a. Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis.23.c. Duo genera abundant in peccatis. Anima calida. Lingua.9.27.d. Ira & furor. Ira.5. Roma.1.d. Propter quod tradidit illos deus in deſideria cordis eorum.

IX ¶ *Meritum impediendo*. Ecclés.9.d. Et qui in vno peccauerit multa bona perdet. Eccleſiaſt.30.e. Quid proderit libatio idolo? Nec enim manducabit nec odorabitur. Sic qui effugatur à domino, & portans mercedes iniquitatis. Videns oculis & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem & ingemiſcens. Eſaiæ.59.a. Ecce non eſt abbreuiata. Oratio.13 Ezec.18.f. Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua. Omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordatur. 33. c. Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacunque die peccauerit. Et iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacunque die peccauerit. Etiam ſi dixero iuſto quod vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur. d. Cum enim receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua fecerítque iniquitates morietur in eis. 1.Iohan.3.b. Et omnis qui peccat, non videt eum.

X ¶ *Salubriter & ſi difficulter plene uitatur*. Gene.4.a. Nónne ſi bene egeris, Liberum arbitrium.3 8.d. Nequaquam vltra maledicam terræ.3.Reg.8.e. Non eſt enim homo qui non peccet, Prou.26.d. Qui fodit foueam incidet in eam. Eccleſiaſtes.7.c. Non eſt enim homo iuſtus in terra qui faciat bonum & non peccet Eccle.3.d. Et qui amat periculum peribit in illo. 12.e. Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo. 13.a. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.21.a. Fili peccaſti ne adiicias iterum, ſed & de priſti-

nis

nis deprecare vt dimittantur tibi. Quaſi à facie colubri fuge peccatum, & ſi acceſſeris ad illa ſuſcipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quaſi romphea bis acuta hominis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas. 23.a. In vanitate ſua apprehẽdetur peccator. Mat. 26.d. Spiritus quidem promptus eſt caro autem infirma. Roma. 6.c. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis cõcupiſcentiis eius. c. Peccatũ enim. Lex. 4. 7.d. Condelector enim. Concupiſcentia. 1. Igitur ipſe mente ſeruio legi dei, carne autem legi peccati. 8. a. Nihil ergo nunc. Caro. 3. Heb. 12.b. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes. 1. Iohan. 1. d. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. 3. b. Omnis qui natus. Filius. 3.

¶ *Grauiter punitur.* Temporaliter. Sic primos parentes è paradiſo eiectos laboribus & morti ſubiecit. Geneſis. 3. b. Et cum audiſſent vocem domini dei. c. Mulieri quoque dixit. Gula. 2. Sic diluuio mundum deleuit. Geneſis. 6. g. Videns autem deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra. Delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terræ. Punitionem Ammorræorum differens, ait ad Abraham. Geneſis. 15. d. Necdum enim completæ ſunt iniquitates Ammorræorum vſque in præſens tempus. Nume. 14. c. Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera, nullúmque innoxium derelinquens, qui viſitas peccata patrum in tertiam & quartam generationem. Prouerbio. 14. d. Iuſtitia eleuat gentem, miſeros autem facit populos peccatum. Pſalmo. 33. c. Vultus domini ſuper facientes mala. 36. b. Et adhuc puſillum & non erit peccator. d. Inimici domini mox vt honorificati fuerint. Sap. 11. c. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Eccleſiaſt. 39. c. Bona bonis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis bona & mala. Eſaiæ. 1. b. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate ſemini nequam filiis ſceleratis. Dereliquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem? Omne caput languidum & omne cor XI

mœrens. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni. Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant. 15. d. Secundum magnitudinem operis, & viſitatio eorum. 42. d. Quis dedit in direptionem Iacob. Nónne dominus ipſe eſt cui peccauimus? Et noluerunt in lege eius ambulare. Et effudit ſuper eũm indignationem furoris ſui: & forte bellum. 50. a. Ecce enim in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. Hieremiæ. 3. b. Quamobrem prohibitæ ſunt ſtellæ pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. 5. f. Populo autem huic factum eſt cor incredulum. Receſſerunt & abierunt & non dixerunt in corde ſuo: Metuamus dominum deum noſtrũ, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & ſerotinam, in tempore ſuo, plenitudinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis. Iniquitates noſtræ declinauerunt hæc, & peccata noſtra prohibuerunt bonum à nobis. 8. e. Non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit, & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt. Conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi, quia dominus deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enim domino. f. Expectauimus pacem & non erat bonum. 13. d. Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua.

XII ¶ *Aeternaliter*. Pſal. 10. b. Pluit ſuper peccatores laqueos. Prouer. 5. d. Iniquitates ſuæ. Impius. 3. Ipſe morietur quia non habuit diſciplinam. 11. c. Clementia præparat vitam, ſectatio malorum mortẽ. d. Si iuſtus in terra recipit, quantomagis impius & peccator. 29. a. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus. Sap. 15. b. Malorum amatores digni ſunt morte. Eccl. 27. b. Leo venationi inſidiatur ſemper ſic peccata operãtibus iniquitates. Eſa. 3. b. Væ impio. Impius. 3. 6 3. b. Et vos qui dereliquiſtis dominum. c. Ecce ſerui mei. Beatitudo. 2. Hiere. 3. g. Dormiemus in confuſione noſtra. Matth. 25. d. Diſcedite à me. Infernus. 3. Ro. 2. b. Ira & indignatio. Ira. 1. 2. Theſſa. 1. d. Qui pœnas dabunt. Infernus. 3.

XIII ¶ *Miſericorditer remittitur immediate per deum*. Pſalmo. 24. b. Secundam miſericordiam tuam memento mei tu. Propter

pter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo. 31. a. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum. 50. a. Miſerere mei deus. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum. 129.a. Si iniquitates obſeruaueris domine. Quia apud te propitiatio eſt. Eſa.27.c. Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob,&iſte omnis fructus vt auferatur peccatum eius.43.d. Ego ſum,ego ſum ipſe,qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam:&,Iuſtitia.6. 44.d. Deleui vt nubem iniquitates tuas.53.b. Poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. Hiere.33. a. Ecce ego obducam eis cicatricem,& ſanitatem. Et conuertam conuerſionem. Mich.7.d. Deponet iniquitates noſtras,& proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Matthæi. 1.d. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.9.a. Vt autem ſciatis,quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. Iohan.1.d. Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Ephe.1.b. In quo habemus redemptionem,per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum. Act.10.g. Huic omnes prophetæ. Fides.9.13.f. Notum igitur ſit vobis viri fratres,quia per hunc vobis remiſſio peccatorum annunciatur.1.Iohan.1.c. Et ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si confiteamur peccata noſtra. Confeſſio.2. 2.a. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.3.a. Et ſcitis quia ille apparuit,vt peccata tolleret.

¶ *Mediate per miniſtrum.* Eſaiæ.6.a. Et dixi,væ mihi,quia tacui. b. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum,dicens: Ecce tetigi hoc labia tua & auferetur iniquitas tua:& peccatum tuum mũdabitur. Iohan.20.f. Accipite ſpiritum ſanctum quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis:& quorum retinueritis retenta ſunt. XIIII

P*Oenitẽtia malũ aufert tẽporale.* 3.Re.8. Si fugerit populus I
tuus Iſrael inimicos ſuos:quia peccaturus eſt tibi,&agẽtes pœnitẽtiã,& cõfitẽtes nomini tuo,& venerint & adorauerint,

& deprecati fuerint te in domo hac,exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Iſrael, & reduc eos in terram. 2.Paralippom.7.c. Audiui orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificij. Si clauſero cœlum, & pluuia non fluxerit,& mandauero & præcepero locuſtæ vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum:conuerſus autem populus meus ſuper quos inuocatum eſt nomen meum,deprecatus me fuerit,& exqueſierit faciem meam,& egerit pœnitētiam à viis ſuis peſſimis, & ego exaudiam de cœlo,& propitius ero peccato eorum, & ſanabo terrā eorum. Achab malum ſibi à domino per prophetam comminatum euaſit. 3.Reg.21.g. Igitur non fuit alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt, vt faceret malum. Et factus eſt ſermo domini ad Heliam,dicens:Nónne vidiſti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, nō inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum. Hier.18.a. Nunquid ſicut figulus iſte nō potero vobis facere domus Iſrael? Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos domus Iſrael in manu mea. Repente loquar aduerſum gentem,& aduerſus regnum, vt eradicem & deſtruam, & diſperdam illud. b. Si pœnitētiam egerit gens illa à malo ſuo quod loquutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quòd cogitaui vt facerem ei:& ſubito loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud . Si fecerit malum in oculis meis,vt non audiat vocem meam, pœnitētiam agam ſuper bono quòd locutus ſum vt facerem ei. 26.a. Noli ſubtrahere verbum ſi fortè. Euangelium.2. d. Nunc ergo bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra & audite vocem domini dei veſtri, & pœnitebit dominum mali quòd loquutus eſt aduerſum vos.36.a. Tolle volumen libri,& ſcribes in eo omnia verba quæ loquutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iudam,& aduerſum omnes gentes,à die qua loquutus ſum ad te, ſi fortè audiente domo Iuda vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnſquiſque à via ſua peſſima, & propitius ero iniquitati & peccato eorum. Ionæ.3.d. Et vidit deus opera. Oratio.5. Apoca.2.b. Sin autem venio tibi cito,& mouebo candelabrum tuum.

¶ Gehennale.

❡*Gehennale*. Sapien.11.d. Parcis autem omnibus quoniam II
tua ſunt domine, qui amas animas. Eccle.2.d. Si pœniten-
tiam. Miſericordia.4. 5.b. De propitiato. Peccatum.7.
Eſaię.57.d. Quia hæc dicit excelſus. Humilitas.3. Ezech.
18.e. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus pec
catis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta
mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non mo-
rietur. Omnium iniquitatem eius quas operatus eſt, non
recordabor? Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij di-
cit dominus, & non magis vt conuertatur à viis ſuis & vi-
uat. f. Et quum auerterit ſe impius ab impietate ſua quàm
operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam
ſuam viuificabit. 33.d. Si autem dixero impio morte mo-
rieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, fecerítque iu-
dicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, rapi-
námque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fe-
cerit quicquam iniuſtum vita viuet & non morietur. Om-
nia peccata eius quæ peccauit, nõ imputabuntur ei. Matth.
3.b. Progenies viperarum quis demonſtrabit vobis fugere
à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.
Lucæ.3.b. Dicebat ergo. Actu.17.g. Et tempora quidem
huius ignorantiæ deſpiciens deus, nunc annunciat homi-
nibus. Iudicium extremum.

❡*Bonum confert*. Pſalmo.24.b. Vide humilitatem meam, III
& laborem. Eſaiæ.1.e. Lauamini, mundi eſtote, auferte ma
lum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite a-
gere peruerſe, diſcite benefacere. Quærite iudicium, ſub-
uenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & ve
nite & arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra
vt coccinũ, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra qua-
ſi vermiculus, quaſi lana alba erunt. Matth.3.a.4.c. Pœni-
tentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorũ.7.b.
Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa
via quę ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per
eam. Quàm anguſta porta & arcta via, quę ducit ad vitam,
& pauci inueniunt eam. Marci.1.b. Quoniam impletum
eſt tempus, & appropinquabit regnum dei. Pœnitemini &
credite euangelio. Lucæ.15.b. Dico vobis, ꝙ ita gaudium

erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiã agente,quàm ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. 24.g. Sic oportebat pati Chriſtum,& reſurgere à mortuis tertia die,& prędicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum. 2.Cor.7.c. Nunc gaudeo,non quia contriſtati eſtis,ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Quę enim ſecundum deum eſt triſtitia,pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Act.3.d. Pœnitemini igitur & conuertimini,vt deleantur peccata veſtra.

IIII ¶*Pœnitentia promouetur interna illuſtratione*. Iob.42.a. Auditu auris audiui te,idcirco ipſe me reprehendo,& ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Hieremiæ.31.d. Poſtquam enim.Conuerſio.1. Lucæ.5.f. Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam. 22.g. Et conuerſus dominus reſpexit Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi domini. Et egreſſus foras Petrus,fleuit amarè.

V ¶*Externa tribulatione*. Iudicũ.10.c. Afflictúſque eſt Iſrael nimis, & clamantes ad dominum dixerunt: Peccauimus tibi. 2.Paralip.33.c. Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orabat dominum deum ſuum,& egit pœnitentiam. Eſa.26.c. Domine in anguſtia.Conuerſio.2. Sicut quæ cõcepit dum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis,ſic facti ſumus. A facie tua domine cõcepimus,& quaſi parturiuimus & peperimus ſpiritum. 64.c. Abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. Oſee.2.b. Propter hoc eece ego ſepiam viam tuam ſpinis,& ſepiam eam maceria. Et ſemitas ſuas nõ inueniet: & ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & dicet: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi tunc quàm nunc. Ionæ.2.d. Quum anguſtiaretur in me anima mea, domini recordatus ſum. 2.Mach. 9.b. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionẽ ſui venire,diuina admonitus plaga. Lucæ.13.a. Aderant autem quidam in ipſo tempore,nunciantes de Galilæis,quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificiis eorum. Et reſpondens dixit illis: Putatis quòd hi Galilęi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia alia paſſi ſunt. 15.c. Et poſtquam. Conuerſio.2.

¶Impeditur

¶ *Impeditur diuinæ bonitatis contemptione.* Iob.24.d.Dedit eis deus locum pœnitentiæ,& ille abutitur eo in ſuperbiã. Sapien.11.d. Et misereris omnium. Longanimitas.1. Eccleſiaſtes.8.c. Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrãt mala. Attamen peccator ex eo quòd centies fecit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus deum. Eccle.15.d.Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. Roman.2.a. An diuitias bonitatis eius. Longanimitas.2. 2.Cor.12.d. Et lugeam multos. Luctus.5. VI

¶ *Mundanæ uoluptatis inhæſione.* Hieremiæ.8.b.Apprehenderunt mendacium,& noluerũt reuerti. Attendi & auſcultaui, nemo quòd bonum eſt loquitur: nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo,dicens: Quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium. Oſee.5.b. Non dabunt cogitationes. Fornicatio.2. Lucæ.19.f.Et vt appropinquauit.Pax.12. Apoca. 2.f. Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere. VII

¶ *Pœnitentia perficitur corde.* Ideo Saulis pœnitentia ficta nulla fuit.1.Regũ.15.f.Dixítque Saul ad Samuelem.Peccaui, ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei. Dauidis autem accepta.2.Regum.12.d.Et dixit Dauid ad Nathan:Peccaui domino,dixítque Nathan ad Dauid:Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.24.b. Percuſſit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus. Et dixit Dauid ad dominum. Peccaui valde in hoc facto. Pſalmo.26.c. Tibi dixit cor meum. Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines.Eſaiæ.38.c.Recogitabo tibi omnes annos meos (ait Ezechiel rex) in amaritudine animæ meæ. Hieremiæ.3.d.Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio ait dominus. Reuertere auerſatrix Iſrael ait dominus, & non auertam faciem meam à vobis, & non iraſcar in perpetuum. Matthæi.26.g. Et egreſſus foras fleuit amarè. Lucæ.7.f.Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix,vt cognouit quòd Ieſus accubuit in domo VIII

Simonis leproſi,attulit alabaſtrum vnguenti,& ſtans retro ſecus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

IX ¶ *Ore*. Iudith. 8 .b.Sed quia patiens eſt dominus. Luctus 2. Prouer.2 8.b.Quia abſcondit ſcelera ſua non dirigetur. Eccleſiaſt.3 5.a.Sacrificium ſalutare.Honor.4. Beneplacitum eſt domino recedere ab iniquitate.

X ¶ *opere ut ſit uirtuoſa ſine mali admixtione*. Iob.11.c. Si iniquitatem,quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia. Tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis & non timebis. Eccle.17.c.Pœnitentibus autem dedit viam iuſtitiæ. 21.a Fili peccaſti,non adiicias iterum,ſed & de priſtinis deprecare,vt tibi dimittantur.34.d.Qui baptizatur. Ieiuniū.9. Amos.5.d.Quærite bonum & non malum,vt viuatis. Odite malum,& diligite bonum. Ionæ.3.b. Et crediderunt viri Niniuitæ in domino,& prædicauerunt ieiuniū,& veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorē. d. Homines,& iumenta,& boues,& pecora non guſtent quicquam,nec paſcantur, & aquam non bibant, & operiantur ſaccis homines. Et conuertatur vir à via ſua mala,& ab iniquitate quæ eſt in manibus eius. Et vidit deus opera eorum. Lucę.3.b. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Actu.26.e.Vnde rex Agrippa non fui incredulus cœleſti viſioni,ſed his qui ſunt Damaſci primum annunciabam,vt pœnitentiam agerent,& conuerterentur ad deum digna pœnitentiæ opera facientes.Apo.2.b. Memor eſto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac.

XI ¶ *Fructuoſa ſine procraſtinatione*. Prouerb.24.b. Septies enim cadet iuſtus & reſurget.Impij autem corruent in malum.Eccle.5.c. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem.12.a. Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis,& eleemoſynas non danti, quoniam & altiſſimus odio habet peccatores,& miſertus eſt pœnitentibus. Eſa.49.c. Hæc dicit dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Ezech. 7. g. Anguſtia ſuperueniente requirent pacem, & non erit. Matth.

Matth.25.a.Nouiſſime verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine domine aperi nobis. At ille reſpõdens, ait: Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam. Lucæ.13.e. Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare & non poterunt. Quum autem intrauerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtium, incipieris foris ſtare, & pulſare ad oſtium, dicentes: Domine domine aperi nobis. f. Et dicet vobis: Neſcio vos vnde ſcitis: Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis.

PEregrini ſunt diligendi. Leui.19.g. Si habitauerit aduena. I
Ciuitas.2.1.Para.29.d. Peregrini enim ſumus coram te & aduenæ, ſicut patres noſtri. Dies noſtri quaſi vmbra ſupra terram, & nulla eſt mora. Pſalmo.38.c. Aduena ego ſum apud te.

¶ *Non deſpiciendi.* Exo.22.d. Aduenam non contriſtabis; II
neque affliges. Viduę & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorē eorū, & indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ & filij veſtri pupilli. Deute.10.d. Facit iudicium pupillo. Acceptio perſonarum.1.24.d. Non peruertes. Iudicium.26. Zachar.7.c. Iudicium verum iudicate.

¶ *Hylariter ſuſcipiendi.* Sic Abraham angelos in ſpecie pe- III
regrinorum. Vide Hoſpitalitas.

PErfectio charitatis. 1.Iohā.2.a. Qui autem ſeruat verbum I
eius, vere in hoc charitas dei perfecta eſt.4.c. Si diligimus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.d. In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcū vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt & nos ſumus in hoc mundo.

¶ *Virtutis.* Gene.17.a. Ambula coram me & eſto perfe- II
ctus. Deut.18.c. Perfectus eris, & abſque macula cū domino deo tuo. Ioſue.24.c. Nunc ergo timete dominū, & ſeruite ei perfecto corde atq; veriſſimo. 3.Reg.15.c. Veruntamen cor Aſa perfectum erat cum domino cūctis diebus ſuis. 4.Reg.20.a. Obſecro domine memento, quęſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde per-

fecto,& ꝙ placitum eſt corã te fecerim. Matth.5.g. Eſtote ergo vos perfecti. 19.c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia. Phil.3.c. Nõ quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim. Quicunque ergo perfecti ſumus hoc ſentiamus. Colo.1.d. Corripientes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu. 2.Timoth.3.d. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia. Vt perfectus ſit homo dei, ad omne opus bonum inſtructus. Iaco.1.a. Patientia autem opus perfectum habet, vt ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes. 3.a. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.

I *PErſecutio declinanda prudẽter.* Vnde angelus dixit Ioſeph. Matth.2.c. Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptũ. 10.c. Quum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Iohan.7.a. Poſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam: non enim volebat in Iudęã ambulare, quia quęrebant eum Iudęi interficere. 11.g. Ieſus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos.

II ¶ *Tolleranda patienter propter deum.* Eccl.2.a. Fili accedẽs. Seruus.2. Eſaię.59.c. Et qui receſſit à malo prędæ patuit. Matth.10.b. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad pręſides & reges ducemini, in teſtimonium illis & gẽtibus.c. Si patremfamiliàs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius. Ne ergo timueritis eos. Luc.21.c. Sed ante hęc omnia iniicient vobis manus ſuas. d. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Ioh. 7.a. Non poteſt mundus. Mundus.1. 15.c. Si mundus vos odit, vbi ſuprà. Gala.4.d. Sed quemadmodum tunc is, qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc. 2.Timo.3.d. Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſequutionem patientur. Actu.20.c. Et nunc ecce ego alligatus ſpiritu, vado in Hieruſalem. Sed nihil horum vereor, neç facio animã meam precioſiorem quàm me, dummodo conſumem curſum meũ, & miniſteriũ verbi quòd accepi à domino Ieſu.

21.c.

21.c. Ego autem non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum. 1.Pet.2.c. Hęc eſt enim gratia, ſi propter dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Quæ enim vobis eſt gratia ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes, patienter ſuſtinetis, hęc eſt gratia apud deū. 3.c. Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patiamini propter iuſtitiam beati. Melius eſt enim, vt benefacientes, ſi voluntas dei velit pati, quàm malefacientes. 4.d. Nemo autem veſtrum patiatur, vt homicida, aut vt fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus, nō erubeſcat, glorificet autem deum in iſto nomine.

¶ *Confidenter propter auxilium.* Pſal.17.a. Deus meus adiutor meus: 22.a. Nā & ſi ambulauero in medio vmbrę mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecum es. 36.e. Salus autem iuſtorum à domino. 124.a. Quia non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. Eccle.35. d. Speciosa miſericordia. Miſericordia.2. Matt.10.b. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudētes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. c. Cū autē tradent vos nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Mar.13.b. Et quū duxerint vos tradentes nolite præcogitare, quid loquamini. Lucę.12.b. Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere. 21.c. Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & cōtradicere omnes aduerſarij veſtri. III

¶ *Gaudenter propter meritum.* Matthæi.5.a. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. b. Sic enim perſequuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Lucę.6.d. Beati eritis quum vos oderint homines, IIII V

Roma.8.d. Exiſtimo enim, quòd non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 1. Corinth. 4.c. Perſequutionem patimur & ſuſtinemus. 2. Corin. 4.b. Perſequutionem patimur ſed nō derelinquimur. d. Id enim quod in præſenti eſt momētaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non cōtemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia ſunt quę autem non vidētur, æterna. Philip. 1.d. Et in nullo terreamini ab aduerſariis, quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis. Et hoc à deo. Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolū vt in eū credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini. Coloſ. 1. d. Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis: & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea, pro corpore eius, quòd eſt eccleſia. Actu. 5.g. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij: quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cōtumeliam pati. 14.d. Exhortantéſque vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. 1. Pet. 4.c. Chariſſimi nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quàm ſi noui aliquid vobis contingat, ſed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt & in reuelatione eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in nomine Chriſti beati eritis, quoniā quod eſt honoris, gloriæ & virtutis dei & qui eſt eius ſpiritus ſuper vos requieſcet. 5.c. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, conſolidabítque. Apoca. 7.d. Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixit mihi: Hi ſunt qui venerūt de tribulat. Munditia. 2.

V ¶ *Vindicanda grauiter per deum, ſed non per nos.* Pſal. 57.b. Lętabitur iuſtus, quum viderit vindictam. Et dicet homo, ſi vtique eſt fructus iuſto, vtique eſt deus vindicans eos in terra. 102.b. Faciens miſericordias dominus & iudicium omnibus iniuriam patientibus. 134.c. Quia iudicabit dominus populum ſuum. Eſa. 51.g. Ecce tuli de manu tuà calicem

licem ſoporis:fundum calicis indignationis meæ. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt & dixerunt animæ tuæ. Calix.2.Hiere.2.a.Sanctus Iſrael domino:primitiæ frugum eius. Omnes qui deuorãt eum delinquunt,mala veniẽt ſuper eos dicit dominus. 30.c.Propter multitudinem iniquitatis tuæ,& propter dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te,deuorabuntur,& vniuerſi hoſtes tui in captiuitatẽ ducentur.Obducam enim cicatricem tuam, & à vulneribus tuis ſanabo te.Zach.2.c.Qui enim tetigerit vos,tangit pupillam oculi mei.2.Theſſa.1.c.Si tamen iuſtum eſt apud deum retribuere retributionem iis,qui vos tribulant,& vobis qui tribulamini requiem. 1.Petri.4.d. Itaque & hi qui patiuntur ſecundum voluntatem dei fidei creatori commendent animas ſuas in benefactis. Apoca.6.c. Et quum aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum dei, & propter teſtimonium quod habebant. Et clamabãt voce magna dicentes:Vſquequo domine ſanctus & verus non iudicas,& non vindicas ſanguinẽ noſtrum,de his qui habitant in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ,& dictum eſt illis,vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum,& fratres qui interficiendi ſunt ſicut & illi.

P*Erſeuerantia neceſſario conſeruatur in bono agẽdo.* Iob.17.c. I
Et tenebit iuſtus vi. Fortitudo.2.Eccleſi.5.c.Non te ventiles in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur,in duplici lingua. Eſto firmus in via domini, & in veritate ſenſus tui & ſcientia, & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. Lucæ.9.g.Nemo mittens manum.Imitatio.3. 14.f.Quis enim ex vobis volens turrim ædificare:nónne prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiẽdum, ne poſtquam poſuerit fundamentum, & non poterit perficere:omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare. Roma. 11.c.Vide ergo bonitatem & ſeueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem dei, ſi permanſeris in bonitate. Alioquin & tu excideris,

Galat.1.a. Miror quòd ſic tam cito tranſferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti in aliud euangelium: quòd non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos cõturbant, & volunt conuertere euangelium Chriſti. 5.b. Currebatis bene quis vos impediuit veritati nõ obedire. Theſ. 2.c.2.b. Tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.

II ¶ *In malo tollerando.* Eccle.2.c. Vę his qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas: & diuerterũt in vias prauas. Quid facietis quũ inſpicere cœperit deus? Matth.10.c. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. 13.c. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui verbum audit, & continuò cũ gaudio accipit illud. Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Facta autem tribulatione propter verbum continuò ſcandalizatur. Marc.4.b. Et hi ſunt ſimiliter quæ ſunt petroſa. 13.b. Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſaluus erit. Lucæ. 8.c. Quod autem in. Patientia.3. Hebrę.6.c. Cupimus autem vnumquenque. Imitatio.5.12.b. In diſciplina perſeuerate. Diſciplina.2. Apoca.2.c. Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

III ¶ *A deo remuneratur.* Matt.24.b. Qui autẽ perſeuerauerit vſque in finem. 1.Cor.9.d. Neſcitis, quòd ij qui in ſtadio currũt, omnes quidẽ currunt, ſed vnus accipit brauium. Sic currite vt cõprehendatis. Omnis enim qui in agone. Abſtinen.1. 15.g. Itaque fratres mei dilecti ſtabiles eſtote & immobiles, abũdantes in omni opere domini ſemper, ſciẽtes quòd labor veſter non eſt inanis in domino. Philip.1.a. Cõfidens in hoc ipſum quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Ieſu Chriſti. 1.Theſſal.5.d. Ipſe autem deus ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela, in aduẽtu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt qui vocauit vos qui etiam faciet. Hebręorum.3.b. Chriſtus verò tanquam. Domus.3.c. Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus. 2.Iohan.c. Videte voſmetipſos, ne perdatis

quæ operati eſtis,ſed vt mercedem plenam accipiatis.

PIgnus ſpirituale. 2.Corinthio.1.d. Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui ſignauit nos & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Epheſ.1.c. In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. I

¶ Temporale modeſte ſumendum. Deute.24.b. Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam quia animam ſuã appoſuit tibi.c. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam,quam dedit tibi, nõ ingredieris domũ eius vt pignus auferas,ſed ſtabis foris,& ille tibi proferet quòd habuerit.d.Nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. II

¶ Honeſte reddendum. Exo.22.d.Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimẽtum,ante ſolis occaſum reddes ei. Ipſum enim eſt ſolum quo operitur indumentum carnis eius,nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiã eum,quia miſericors ſum. III

PIgritia uituperabilis. Prou.6.a. Vade ad formicã ô piger, & diſce ſapientiã. Quæ cum non habeat ducẽ,nec pręceptorẽ,nec principẽ,parat in æſtate cibũ ſibi,& cõgregat in meſſe ꝙ comedat.13.a. Vult & nõ vult piger,anima autẽ operãtium impinguabitur.15.b. Iter pigrorũ quaſi ſepes ſpinarũ,via iuſtorũ abſq; offendiculo.19.d. Aſcõdit piger manũ ſub aſcella,nec ad os ſuũ applicat eã.20.b. Noli diligere ſomnũ,ne te egeſtas opprimat.22.b. Dicit piger. Leo eſt foris in medio platearum occidẽdus ſum. 26.c. Dicit piger leo eſt in via,& leæna in itineribus. Sicut oſtiũ vertitur in cardine ſuo,ita piger in lecto ſuo. Abſcõdit piger manꝰ ſub aſcella ſua.& laborat ſi ad os ſuũ eas cõuertit. Sapiẽtior ſibi piger videt̃ ſeptẽ viris loquẽtibus ſentẽtias. Eccl.4.d. Noli citatus eſſe lingua tua,& inutilis & remiſſus in operibꝰ tuis. I

¶ Miſerabilis corpori. Prou.18.b. Qui mollis & remiſſus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.19.c. Pigredo immittit ſoporẽ & anima diſſoluta eſuriet.21.d. Deſideria occidũt pigrũ,noluerũt enim quicquam manus eius operari. Tota die cõcupiſcit & deſiderat. Ecclés.4.b. Stultus cõplicat manus ſuas,& comedit carnes ſuas,dicẽs: Melior eſt pugillus cum requie,quàm plena vtraque mãnus cũ labore II

& affliƈtione animi. Eccle. 40.d. Fili in tempore vitæ tuę ne indigeas. Melius eſt enim mori quàm indigere. Vir reſpiciens in menſam. Diuitiæ.15.

III ¶*Subſtantiæ temporalis*. Prouer.6.b. Vſquequo piger dormies? Quando conſurges è ſumno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet, vt fons meſſis tua, & egeſtas longe fugiet à te. 10.a. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa. 12.a. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſeƈtatur ocium ſtul. Ocium.19.b. Qui tantum verba ſeƈtatur, nihil habebit. 20.a. Propter frigus piger arare noluit, mẽdicabit ergo in egeſtate, & non dabitur illi. 21.a. Omnis autẽ piger in egeſtate erit. 23.c. Et veſtietur pannis dormitatio. 24.d. Per agrũ hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti. Et ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius vrticæ, & maceria lapidum deſtruƈta erat. Vſquequo piger dormies, vſquequo de ſomno conſurges? 28.c. Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus, qui autem ſeƈtatur ocium replebitur egeſtate. Ecclés.10.d. In pigritiis humiliabitur. Domus.5. Eccle.25.a. Quę in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſeneƈtute tua inuenies?

IIII ¶*Fame*. Prou.10.a. Qui congregat. Labor.5.22.d. Vidiſti virum velocem in opere ſuo, corã regibus ſtabit. Eccleſi.10.d. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunƈtari in tempore anguſtię. Melior eſt qui operatur & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane. 22.a. In lapide luteo lapidatus eſt piger. De ſtercore boum lapidatus eſt piger.

I P*Iſcatio corporalis*. Lucæ.5.b. Vt ceſſauit autem loqui dixit ad Petrum: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Iohan.21.a. Dicit ei Simon Petrus: Vado piſcari.

II ¶*Spiritualis*. Hieremiæ.16.d. Ecce ego mittam piſcatores multos, dicit dominus, & piſcabuntur eos. Ezec.47.b. Et omnis anima viuens, quæ ſerpit quocunque venerit torrens viuet, & erunt piſces multi ſatis, & ſtabunt ſuper illa piſcatores. Matth.4.c. Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominũ.13.f. Iterum ſimile eſt. Eccle.3. Marc.1.b.

Venit

Venite poſt me. Lucæ. 5. c. Et ait ad Simonem Ieſus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens.

PRæcepta diuina facilia. Deute. 30. c. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt. Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo, in corde tuo, vt facias illum. Pſal. 18. c. Iudicia domini vera. Deſiderabilia ſuper aurum. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea. 118. b. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. d. Viam mandatorum tuorum cucurri. e. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum. Eccl. 23. d. Et agnoſcent qui relicti ſunt, quoniam nihil melius eſt quàm timor dei, & nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis domini. 33. a. Sapiens non odit mandata & iuſtitias, & non illidetur quaſi in procella nauis. Homo ſenſatus credit legi dei, & lex ei fidelis. Matt. 11. d. Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue. 1. Iohan. 5. a. Hæc eſt enim charitas dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mãdata eius grauia non ſunt. I

¶ *Vtilia, quia per ipſa homo bene ordinatur in corde.* Num. 15. d. Loquere filiis Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias per angulos quatuor palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Quas cum viderint recordentur omnium mandatorum domini, nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes, ſed magis memores præceptorum domini faciant ea, ſintque ſancti deo ſuo. Deut. 6. b. Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebũtur ante oculos tuos, ſcribéſque ea in limine, & oſtiis domus tuæ. 11. c. Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus. Tho. 4. a. Omnibus autem. Filius. 6. Pſal. 118. a. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. b. In corde meo abſcondi eloquia tua. In iuſtificationibus tuis meditabor. e. Da mihi intellectum. m. Niſi quod lex tua meditatio. In æternum non obliuiſcar iuſtificationũ tu. n. Quomodo dilexi legẽ tuam domine. Prou. 15. d. Mens iuſti meditabitur obedientiam. II

Eccle.6.d.Cogitatum tuum habe in. Cogitatio.3.

III ¶Ore.Exo.13.b.Et erit quaſi ſignum in manu tua,& quaſi monumentum ante oculos tuos, & vt lex domini ſemper ſit in ore tuo.Deute.11.c. Docete filios veſtros vt illa mediténtur.Pſal.118.f. Et loquebar de teſtimonio. Eccle.9. d.Et omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi.

IIII ¶Opere.Deute.5.d.Cuſtodite ergo & facite ea quæ præcepit vobis dominus deus.Nō declinabitis neque ad dexteram, ſed per viam quam præcepit vobis dominus deus veſter ambulabitis, vt viuatis & bene ſit vobis,& protelētur dies veſtri in terra.12.d.Quòd præcipio tibi,hoc tantum facito domino,nec addas quicquam,nec minuas.Pſal. 118.a. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.f. Et leuaui manus meas ad mandata tua. b. Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.t. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtifi.Eccle.32.d. Qui credit deo attendit mandatis.

V ¶*Plene remuneratur.*Nam conſequitur dei familiaritatem. Exod.19.a. Si ergo audieritis vocem meam,& cuſtodieritis pactum meum,eritis mihi in peculium de cunctis populis.Leui.26.b. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri,& non abiiciet vos anima mea. Deut.30.d.Elige ergo vitam.Dilectio dei.7.Prouerb.6.c. Quia mandatum lucerna eſt,& lex lux. 29.c.Qui cuſtodit mandatum,cuſtodit animam ſuam, qui autem negligit viam ſuam mortificabitur. Ecclés.12.d.Deum time & mandata eius obſerua. Sapién.6.c.Cuſtoditio autem legum conſummatio incorruptionis eſt.Eccle.2.c.Quis enim permanſit in mandatis eius & derelictus eſt? Eſa.66.a. Ad quem reſpiciam.Humilitas.3.Hierem.7.e.Audite vocem meam,& ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mandaui vobis vt bene ſit vobis.Iohan.14.c.Si quis diligit. Dilectio dei,4.

VI ¶*Corporis ſanitatem.* Deute.11.d.En propono. Obedientia.5. 30.d.Conſidera quòd hodie propoſuerim in cōſpectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum, vt diligas dominum deum tuum,& ambules in viis eius,& cuſtodias mādata illius,& ceremonias,atque iudicia,& viuas

uas atque multiplicet te,benedicátque tibi in terra. Prou. 3.a. Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ,& præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinem enim dierum & annos vitæ,& pacem apponet tibi. Ecclés. 8.a. Qui cuſtodit pręceptum, non experietur quicquam mali. Eſa.38.a. Obſecro domine(ait Ezechias rex) Cor.1.d. Hæc dicit dominus: Audiui orationem tuā: Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos,& de manu regis Aſſyriorum eruam te. Ezec.20.b. Eieci ergo eos de terra AEgypti. Et eduxi eos in deſertum,& dedi eis præcepta mea,& iudicia mea oſtēdi eis,quæ faciens homo viuet in eis.

¶ *Prolis fœcunditatem*. Leuiti.26.b. Reſpiciam vos & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum VII vobiſcum. Deut.7.b. Si poſtquam audieris hęc iudicia cuſtodieris & feceris,cuſtodiet & dominus deus tuus pactum tibi,& diliget te atque multiplicabit,benedicétque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ,oleo,& armentis,gregibus ouium tuarum. Eſa.48.d. Vtinam attendiſſes. Pax.8.

¶ *Subſtantiæ temporalis ubertatem*. Leui.25.c. Facite præcepta mea & iudicia cuſtodite & implete ea,vt habitare poſſitis in terra, abſque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus ſuos quibus veſcamini vſque ad ſaturitatem.26.a. Si in pręceptis meis ambulaueritis,& mandata mea cuſtodieritis,& feceritis ea dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur,& vindemia occupabit ſementem,& comedetis panem veſtrum in ſaturitate,& abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Apprehendent meſſium tritura vindemiam.b. Comedetis vetuſtiſſima veterum,& vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis. Deut.28.a. Si autem audieris vocem domini dei tui,vt facias atque cuſtodias omnia mādata eius, faciet te dominus deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra. Eccle.29.c. Pone theſaurum tuum in præceptis, & proderit tibi magis quàm aurum. Eſa.1.e. Si volueritis. Obedientia.5. VIII

¶ *Pacis firmitatem*. Leui.26.a. Dabo pacem in finibus veſtris, dormietis & non erit qui exterreat. Auferam malas IX

beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſe-
quimini inimicos veſtros,& corruent coram vobis. Perſe-
quentur quinque de veſtris centum alienos. Deutero.4.f.
Cuſtodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio
tibi, vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te. Thobiæ.1.b. Et
quoniam memor fuit domini in toto corde ſuo, dedit illi
deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis, & dedit illi
poteſtatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæ-
cunque facere voluiſſet. Prouerbio.13.c. Qui autem timet
præceptum,in pace verſabitur. Pſal.118.x. Pax multa dili-
gentibus legem tuam.

X ¶ *Honoris celebritatem*. Pſal.118.a. Tunc non confundar,
cum reſpexero in omnibus mandatis tuis.b. In quo corri-
git adoleſcētior viam ſuam.111.a. Beatus vir qui timet do-
minum,in mandatis eius volet nimis. Gloria & diuitiæ in
domo eius. Eccle.19.c, Semen hominum. Honor.1.

XI ¶ *Gloriæ perpetuitatem*. Pſal.118.h. Portio mea domine in
terra viuentium. Eccl.15.c. Deus ab initio. Homo.3. Marc.
10.c. Præcurrens quidā genuflexo ante eum rogabat eum,
dicens: Magiſter bone quid faciam vt vitam æternam per-
cipiam? Ieſus dixit: Præcepta noſti, ne adulteres,ne occi-
das,ne fureris,ne falſum teſtimonium dixeris,ne fraudem
feceris: honora patrem tuum,& matrem. At ille reſpondēs
ait illi: Magiſter hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea. Ieſus
autem intuitus eum dilexit eum. Iohan.12.g. Et ſcio quia
mandatum eius vita æterna eſt.1. Corinth.7.d. Circunci-
ſio nihil eſt. Circuncifio.3.

XII ¶ *Præcepta diuina nobilia,ideo tranſgreſſores rigide puniūtur*.
Temporaliter. Sic primi parentes. Gen.3.b. Gula.2. Leui.
26.b. Quòd ſi non audieritis me,nec feceritis omnia mā-
data mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea con-
tempſeritis, ego quoque hæc faciam vobis. Viſitabo vos
velociter in egeſtate,& ardore,qui cōficiat oculos veſtros
atque conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem
quæ ab hoſtibus deuorabitur.c. Ponam faciem meam cō-
tra vos & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciemi-
ni eis qui oderunt vos. Si autem nec ſic obedieritis mihi,
addam correptiones veſtras ſeptuplum, propter peccata
veſtra,

veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Dabóque vobis cœlum deſuper quaſi ferrũ, & terram æneam. Conſumetur in caſſum labor veſter, nõ proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. d. Emitram in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæque ſint viæ veſtræ. Inducam ſuper vos gladium vltorem fœderis mei, cúmque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes & reddant eos ad pondus, & comedetis & nõ ſaturabimini, ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum. Deut.28.b. Quòd ſi audire nolueris vocem domini dei tui, vt cuſtodias atque facias omnia mandata eius, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ & apprehẽdent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Eſaiæ.1.e. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. 5.f. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerũt. Ideo iratus eſt furor domini in populum ſuum, & extendit manũ ſuam ſuper eum, & percuſſit eum. Et conturbati ſunt montes. 42.d. Nónne dominus ipſe eſt. Peccatũ.11. Hebr. 10.e. Irritam quis faciens. Euangelium.19.

¶ *Aeternaliter*. Pſalmo.118.c. Maledicti qui declinant à XII mandatis tuis. p. Spreuiſti omnes diſcedentes à iuſtitiis tuis. Prouer.28.b. Qui declinat aures. Oratio.13. Hiere. 11.a. Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, quòd præcepi patribus veſtris, in die qua eduxi eos de terra Aegypti. Amos.2.a. Super tribus ſceleribus Iuda & ſuper quarto non conuertam eum: eo quòd abiecerit legem mini, & mandata eius non cuſtodierit. Matthæi.7.c. Non omnis. Fides.8. Luc.6.g. Quid autem vocatis, vbi ſuprà. Iohan.12. Qui ſpernit me. Euangelium.17. Hebr.12.g. Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi nõ effugerunt

recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur, multomagis nos qui de cœlo nobis loquentem auertimus.1.Iohan.2.a Qui dicit ſe noſſe. Cognitio.5.

XIIII ¶*Præcepta humana condigna reuerenter ſunt obſeruanda.* Prouerbiorum.8.b. Per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Hieremiæ.35.d. Domui autem Rechabitarum. Honor.4. 2.Theſſal.2.d. Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram. Actu.15.g. Perambulabat autẽ Syriam & Ciliciam confirmans eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorũ.16.a. Cum autem pertranſirent ciuitates tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis.

XV ¶*Indigna magnanimiter contemnenda.* Eſaiæ.10.a. Væ qui condunt iudicium.31.29.d. Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem eius longe eſt à me, & timuerunt me mandatis hominum & doctrinis. Matth.15.a. Ipſe autem reſpondens ait: Quare vos tranſgredimini mandata dei propter traditionem veſtram? b. Hypocritæ bene. Honor.8. Tit.1.d. Quam ob cauſam increpa eos durè: vt ſani ſint in fide non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate. Actu.4.d. Si iuſtum eſt, Obedientia.8.5.e. Obedire deo oportet magis quàm hominibus.

I PRædeſtinatio diuina imperſcrutabilis. Eccl.3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi deus illa cogita ſemper & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.d. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorũ, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Malach.1.a. Nónne frater erat Eſau Iacob dicit dominus: & dilexi Iacob. Eſau autem odio habui. Matt.20.b. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Roma.11.d. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

II ¶*Irreprehenſibilis.* Eccle.15.c. Non dicas ille me implanauit, non enim ſunt ei neceſſarij homines impij. 33.b.

Ex ipſis

Ex ipſis benedixit & exaltauit,& ex his ſanctificauit & ad ſe applicauit, & ex ipſis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à ſeparatione ipſorum. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere. Omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius: ſic homo in manu illius qui ſe fecit. Eſaiæ.45.b. Væ qui contradicit factori ſuo,teſta de ſamiis terræ. Nunquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis & opus tuum abſque manibus eſt. Hieremiæ.18.a. Nunquid ſicut figulus. Pœnitentia.1.Romanorum.8.f. Nam quos præſciuit. Filius.3. Quos autem prædeſtinauit hos & vocauit, & quos vocauit hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit illos & magnificauit. 9.c. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud deum? Abſit. Moſi enim dicit: Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. d. Igitur non volentis. Induratio.1. Dicis itaque mihi quid adhuc quæritur, voluntati eius qui reſiſtit? O homo tu quis es qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit. Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. e. Quòd ſi deus volens oſtendere iram & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam. Epheſ.1.a. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.2.Timo.2.d. In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit. Munditia.3. Actuum.13.g. Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificauerunt verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

PRædicatio Iohannis authoritatiua. Lucæ.1.g. Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis, vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. 3.a. Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris factum eſt ver- 1

bum domini ſuper Iohannem Zachariæ filium in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentię in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ: Vox clamantis in deſerto. b. Dicebat ergo ad turbas. Genimina viperarũ quis oſtendit vobis fugere à ventura ira: Facite ergo, Pœnitentia.10.

II ¶ *Fructificatiua.* Lucæ.3.b. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Reſpondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas. Eleemoſyna.6.c. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil amplius quàm quod vobis conſtitutum eſt faciatis. Interrogabant autem eum & milites. Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. d. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

III ¶ *Prædicatio Chriſti fuit ſingularis.* Matthæi.13.b. Et accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris ei. Qui reſpondens ait illis: Ideo in parabolis loquor eis. Auditus.1. e. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis. g. Et veniens in patriam ſuã docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur. Marc.4.b. Et cũ eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam. Et dicebat illis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei, illis autem qui foris ſunt in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant & non videant, & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata. 12.b. Magiſter ſcimus quia verax es, & non curas quenquã. Nec enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viam dei doces. Iohan.3.b. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? d. Qui de terra eſt de terra loquitur. Et quod vidit & audiuit hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit. Quem enim miſit deus verba dei loquitur. 7.b. Reſpondit eis Ieſus: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoſcet de doctrina, vtrum

ex deo

ex deo ſit, an ego à meipſo loquar. 8.d. Multa habeo de vo
bis loqui & iudicare, ſed qui miſit me verax eſt, & ego
quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. 10.d. Diſſentio
iterum facta eſt inter Iudęos. Alij dicebant hæc verba nõ
ſunt dæmonium habentis. 18.d. Ego palàm locutus ſum
mundo. Hebræo.1.a. Multifariam multiſque modis olim
deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis
locutus eſt nobis in filio.

¶ *Salutaris.* Eſaiæ.42.a. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum IIII
electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpi-
ritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet. Non
clamabit neque accipiet perſonam, neque audietur vox
eius foris. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fu-
migans non extinguet. In veritate educet iudicium, non
erit triſtis neque turbulentus, donec ponat in terra iudi-
cium & legem eius inſulæ expectabunt. Hierem.33.c. In
diebus illis & in tempore illo, germinare faciã Dauid ger
men iuſtitię & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Et hoc
eſt nomen quòd vocabunt eum dominus iuſtus noſter. Za
char.9.c. Et loquetur pacem gentibus. Matth.4.c. Exin-
de cœpit Ieſus prædicare, & dicere: Pœnitentiã agite, ap-
propinquabit enim regnum cœlorum. Luc.4.c. Et venit
Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit ſecundum conſue-
tudinem ſuam die ſabbathi in ſynagogã, & ſurrexit lege-
re, & traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ. Et vt reuoluit
librum, inuenit locum vbi ſcriptum erat. Spiritus domini
ſuper me, propter quòd vnxit me, euangelizare pauperi-
bus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis
remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in re-
miſſionem, prædicare annum domini acceptum, & diem
retributionis. d. Et omnium in ſynagoga oculi erant in-
tendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia ho-
die impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. g. Quia
& aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei,
quia ideo miſſus ſum.19.g. Principes autem ſacerdotum &
ſcribæ, & principes plebis, quærebant illum perdere, &
non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus
ſuſpenſus erat audiens illum. Iohannis.6.g. Domine (ait

Petrus) ad quē ibimus verba vitæ æternæ habes. 8. f. Amē amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. 15. d. Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis peccatum non haberent. 16. g. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeam veritati.

V ¶ *Virtualis.* Matthæi. 4. d. Et circumibat Ieſus totam Galilæam docens in ſynagogis eorum prędicās euangelium regni, & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Et abiit opinio eius in totam Syriam. 7. d. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & phariſæi. Marci. 1. c. Et ingrediuntur Capharnaum, & ſtatim ſabbathis ingreſſus in ſynagogam docebat eos. Et ſtupebant ſuper doctrina eius. d. Et ait illis: Eamus & in proximos vicos, vt & ibi prędicem. Ad hoc enim veni. 6. a. Et facto ſabbatho cœpit in ſynagoga docere, & multi audientes ammirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hęc omnia? Et quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes tales quę per manus eius efficiuntur? Nónne hic eſt faber filius Mariæ? Luc. 4. d. Et omnes teſtimonium illi dabant & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius. e. Et deſcendit in Capharnaū. Et ſtupebant in doctrina eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius. 6. c. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. 21. g. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in mōte, qui vocatur Oliueti. Et omnis populus manitabat ad eum in templo audire eum. 24. e. Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis dū loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Iohan. 7. g. Reſponderunt miniſtri: Nunquā ſic loquutus eſt homo, ſicut hic loquitur. 8. f. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

I PRælati boni deo obediunt. *Exodi.* 18, d. Prouide ait. Iudicium. 24. Numeri. 11. d. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſunt ac magiſtri, vt loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo tradámque eis, vt ſuſtentent te cū onus populi. Ioſue. 1. b.

Confortare igitur & eſto robuſtus (ait dominus Ioſue) valde vt cuſtodias atque facias omnem legem, quàm præcepit tibi Moſes ſeruus meus. Non declines ab ea, neque ad dextram, vel ſiniſtram, vt intelligas cuncta quę agis. Non recedat volumen legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quę ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. 1. Paralip. 22. c. Tunc enim proficere poteris (dixit Dauid Salomoni) ſi cuſtodieris mandata & iudicia. Iob. 36. a. Deus potentes non abiicit, quum & ipſe ſit potens, ſed non ſaluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. Pſalmo. 2. b. Et nunc reges intelligite. Seruite domino in timore. Apprehendite diſciplinam. Prouerb. 8. b. Per mę reges regnant, per. Præceptum, 14. 21. a. Sicut diuiſiones aquarum. Cor. 1. Eccleſia. 10. a. In manu dei poteſtas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam. In manu dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribę imponet honorem ſuum. 17. b. In vnamquanque gentem poſuit rectorem. Hieremię. 27. a. Ego feci terram & homines & iumenta quæ ſunt ſuper terram, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eã ei qui placuit in oculis meis.

II ¶*Seipſos decenter dirigunt in victu.* Heſter. 1. b. Vinũ quoque vt magnificentia regia dignum erat abundans, & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Prouerbio. 31. a. Noli regibus dare vinũ, quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant & obliuiſcantur iudiciorum dei, & mutent cauſam filiorum pauperis. Eccleſiaſtes. 10. d. Beata terra cuius rex nobilis, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. Oſee. 7. b. Cœperunt principes furere à vino.

III ¶*In verbo.* Prouerbiorum. 16. b. Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. 17. b. Nec principem decet labium mentiens. 29. b. Princeps qui. Mendacium. 4. Eccleſia. 9. d. In manu artificum opera laudabuntur: & princeps populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſenſu verò ſeniorum verbum.

Galat.1.a. Miror quòd ſic tam cito tranſferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti in aliud euangelium: quòd non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos cõturbant, & volunt conuertere euangelium Chriſti. 5.b. Currebatis bene quis vos impediuit veritati nõ obedire. Theſ. 2.e.2.b. Tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.

II ¶ *In malo tollerando.* Eccle.2.c. Vę his qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas: & diuerterũt in vias prauas. Quid facietis quũ inſpicere cœperit deus? Matth.10.c. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. 13.c. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui verbum audit, & continuò cũ gaudio accipit illud. Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Facta autem tribulatione propter verbum continuò ſcandalizatur. Marc.4.b. Et hi ſunt ſimiliter quæ ſunt petroſa. 13.b. Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſaluus erit. Lucæ. 8.c. Quod autem in. Patientia.3. Hebręo.6.c. Cupimus autem vnumquenque. Imitatio.5.12.b. In diſciplina perſeuerate. Diſciplina.2. Apoca.2.c. Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

III ¶ *A deo remuneratur.* Matt.24.b. Qui autẽ perſeuerauerit vſque in finem. 1.Cor.9.d. Neſcitis, quòd ij qui in ſtadio currũt, omnes quidẽ currunt, ſed vnus accipit brauium. Sic currite vt cõprehendatis. Omnis enim qui in agone. Abſtinen.1, 15.g. Itaque fratres mei dilecti ſtabiles eſtote & immobiles, abũdantes in omni opere domini ſemper, ſciẽtes quòd labor veſter non eſt inanis in domino. Philip.1. a. Cõfidens in hoc ipſum quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Ieſu Chriſti. 1.Theſſal.5.d. Ipſe autem deus ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela, in aduẽtu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt qui vocauit vos qui etiam faciet. Hebręorum.3.b. Chriſtus verò tanquam. Domûs, 3.c. Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus. 2.Iohan.c. Videte voſmetipſos, ne perdatis

quæ operati eſtis,ſed vt mercedem plenam accipiatis.

Pignus ſpirituale. 2.Corinthio.1.d. Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui ſignauit nos & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Epheſ.1.c. In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. I

¶ Temporale modeſte ſumendum. Deute.24.b.Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam quia animam ſuã appoſuit tibi.c. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam,quam dedit tibi, nõ ingredieris domũ eius vt pignus auferas,ſed ſtabis foris,& ille tibi proferet quòd habuerit.d.Nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. II

¶ Honeſte reddendum. Exo.22.d.Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimẽtum,ante ſolis occaſum reddes ei.Ipſum enim eſt ſolum quo operitur indumentum carnis eius,nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiã eum,quia miſericors ſum. III

Pigritia uituperabilis. Prou.6.a. Vade ad formicã ò piger, & diſce ſapientiã.Quæ cum non habeat ducẽ,nec præceptorẽ,nec principẽ,parat in æſtate cibũ ſibi,& cõgregat in meſſe quod comedat.13.a. Vult &nõ vult piger,anima autẽ operãtium impinguabitur.15.b.Iter pigrorũ quaſi ſepes ſpinarũ,via iuſtorũ abſq; offendiculo.19.d. Aſcõdit piger manũ ſub aſcella,nec ad os ſuũ applicat eã.20.b.Noli diligere ſomnũ,ne te egeſtas opprimat.22.b.Dicit piger.Leo eſt foris in medio platearum occidẽdus ſum. 26.c.Dicit piger leo eſt in via,& leæna in itineribus. Sicut oſtiũ vertitur in cardine ſuo,ita piger in lecto ſuo. Abſcõdit piger manus ſub aſcella ſua.&laborat ſi ad os ſuũ eas cõuertit. Sapiẽtior ſibi piger videt ſeptẽ viris loquẽtibus ſentẽtias.Eccl.4.d.Noli citatus eſſe lingua tua,&inutilis &remiſſus in operibus tuis. I

¶ Miſerabilis corpori. Prou.18.b. Qui mollis & remiſſus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.19.c. Pigredo immittit ſoporẽ & anima diſſoluta eſuriet.21.d.Deſideria occidũt pigrũ,noluerũt enim quicquam manus eius operari.Tota die cõcupiſcit & deſiderat. Ecclés.4.b.Stultus cõplicat manus ſuas,& comedit carnes ſuas,dicẽs: Melior eſt pugillus cum requie,quàm plena vtraque mãnus cũ labore II

& afflictione animi. Eccle. 40. d. Fili in tempore vitæ tuę ne indigeas. Melius eſt enim mori quàm indigere. Vir reſpiciens in menſam. Diuitiæ. 15.

III ¶ *Subſtantiæ temporalis.* Prouer. 6. b. Vſquequo piger dormies? Quando conſurges è ſumno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet, vt fons meſſis tua, & egeſtas longe fugiet à te. 10. a. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa. 12. a. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur ocium ſtul. Ocium. 19. b. Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit. 20. a. Propter frigus piger arare noluit, mêdicabit ergo in egeſtate, & non dabitur illi. 21. a. Omnis autē piger in egeſtate erit. 23. c. Et veſtietur pannis dormitatio. 24. d. Per agrū hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti. Et ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius vrticæ, & maceria lapidum deſtructa erat. Vſquequo piger dormies, vſquequo de ſomno conſurges? 28. c. Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus, qui autem ſectatur ocium replebitur egeſtate. Ecclés. 10. d. In pigritiis humiliabitur. Domus. 5. Eccle. 25. a. Quę in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies?

IIII ¶ *Fame.* Prou. 10. a. Qui congregat. Labor. 5. 22. d. Vidiſti virum velocem in opere ſuo, corā regibus ſtabit. Eccleſi. 10. d. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore anguſtię. Melior eſt qui operatur & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur & eget pane. 22. a. In lapide luteo lapidatus eſt piger. De ſtercore boum lapidatus eſt piger.

I P*iſcatio corporalis.* Lucæ. 5. b. Vt ceſſauit autem loqui dixit ad Petrum: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Iohan. 21. a. Dicit ei Simon Petrus: Vado piſcari.

II ¶ *Spiritualis.* Hieremiæ. 16. d. Ecce ego mittam piſcatores multos, dicit dominus, & piſcabuntur eos. Ezec. 47. b. Et omnis anima viuens, quæ ſerpit quocunque venerit torrens viuet, & erunt piſces multi ſatis, & ſtabunt ſuper illa piſcatores. Matth. 4. c. Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominū. 13. f. Iterum ſimile eſt. Eccle. 3. Marc. 1. b.

Venit

Venite poſt me. Lucæ.5.c. Et ait ad Simonem Ieſus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens.

PRæcepta diuina facilia. Deute.30.c. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt. Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo, in corde tuo, vt facias illum. Pſal. 18.c. Iudicia domini vera. Deſiderabilia ſuper aurum. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea. 118.b. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. d. Viam mandatorum tuorum cucurri. e. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum. Eccl.23.d. Et agnoſcent qui relicti ſunt, quoniam nihil melius eſt quàm timor dei, & nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis domini. 33.a. Sapiens non odit mandata & iuſtitias, & non illidetur quaſi in procella nauis. Homo ſenſatus credit legi dei, & lex ei fidelis. Matt. 11.d. Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue. 1.Iohan.5. a. Hæc eſt enim charitas dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mãdata eius grauia non ſunt. I

¶ *Vtilia, quia per ipſa homo bene ordinatur in corde.* Num.15. d. Loquere filiis Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias per angulos quatuor palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Quas cum viderint recordentur omnium mandatorum domini, nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes, ſed magis memores præceptorum domini faciant ea, ſintque ſancti deo ſuo. Deut.6.b. Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebũtur ante oculos tuos, ſcribeſque ea in limine, & oſtiis domus tuæ. 11.c. Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus. Tho.4.a. Omnibus autem. Filius.6. Pſal.118.a. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. b. In corde meo abſcondi eloquia tua. In iuſtificationibus tuis meditabor. e. Da mihi intellectum. m. Niſi quod lex tua meditatio. In æternum non obliuiſcar iuſtificationũ tu. n. Quomodo dilexi legẽ tuam domine. Prou.15.d. Mens iuſti meditabitur obedientiam. II

Eccle.6.d.Cogitatum tuum habe in. Cogitatio.3.

III ¶Ore.Exo.13.b.Et erit quaſi ſignum in manu tua,& quaſi monumentum ante oculos tuos, & vt lex domini ſemper ſit in ore tuo.Deute.11.c. Docete filios veſtros vt illa mediténtur.Pſal.118.f. Et loquebar de teſtimonio. Eccle.9. d.Et omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi.

IIII ¶Opere.Deute.5.d.Cuſtodite ergo & facite ea quæ præcepit vobis dominus deus.Nõ declinabitis neque ad dexteram, ſed per viam quam præcepit vobis dominus deus veſter ambulabitis, vt viuatis & bene ſit vobis,& protelétur dies veſtri in terra.12.d.Quòd præcipio tibi,hoc tantum facito domino,nec addas quicquam,nec minuas.Pſal. 118.a. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.f. Et leuaui manus meas ad mandata tua. b. Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.t. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtifi.Eccle.32.d. Qui credit deo attendit mandatis.

V ¶*Plene remuneratur*.Nam conſequitur dei familiaritatem. Exod.19.a. Si ergo audieritis vocem meam,& cuſtodieritis pactum meum,eritis mihi in peculium de cunctis populis.Leui.26.b. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri,& non abiiciet vos anima mea.Deut.30.d.Elige ergo vitam.Dilectio dei.7.Prouerb.6.c. Quia mandatum lucerna eſt,& lex lux. 29.c.Qui cuſtodit mandatum,cuſtodit animam ſuam, qui autem negligit viam ſuam mortificabitur. Ecclés.12.d.Deum time & mandata eius obſerua. Sapién.6.c.Cuſtoditio autem legum conſummatio incorruptionis eſt.Eccle.2.c.Quis enim permanſit in mandatis eius & derelictus eſt? Eſa.66.a. Ad quem reſpiciam.Humilitas.3.Hierem.7.e.Audite vocem meam,& ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mandaui vobis vt bene ſit vobis.Iohan.14.c,Si quis diligit. Dilectio dei,4.

VI ¶*Corporis ſanitatem*. Deute.11.d.En propono, Obedientia.5. 30.d.Conſidera quòd hodie propoſuerim in cõſpectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum, vt diligas dominum deum tuum,& ambules in viis eius,& cuſtodias mãdata illius,& cęremonias,atque iudicia,& viuas

nas atque multiplicet te,benedicátque tibi in terra. Prou. 3.a.Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ,& præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinem enim dierum & annos vitæ,&pacem apponet tibi. Ecclés.8.a.Qui cuſtodit præceptum, non experietur quicquam mali. Eſa.38.a. Obſecro domine(ait Ezechias rex) Cor.1.d. Hæc dicit dominus: Audiui orationem tuã: Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos,& de manu regis Aſſyriorum eruam te. Ezec.20.b.Eieci ergo eos de terra AEgypti.Et eduxi eos in deſertum,& dedi eis præcepta mea,& iudicia mea oſtẽdi eis,quæ faciens homo viuet in eis.

¶*Prolis fœcunditatem*.Leuiti.26.b.Reſpiciam vos & creſcere faciam:multiplicabimini, &firmabo pactum meum vobiſcum.Deut.7.b.Si poſtquam audieris hęc iudicia cuſtodieris & feceris,cuſtodiet &dominus deus tuus pactum tibi,& diliget te atque multiplicabit,benedicétque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ,oleo,& armentis,gregibus ouium tuarum.Eſa.48.d.Vtinam attendiſſes. Pax.8. VII

¶*Subſtantiæ temporalis ubertatem*.Leui.25.c.Facite præcepta mea &iudicia cuſtodite & implete ea,vt habitare poſſitis in terra, abſque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus ſuos quibus veſcamini vſque ad ſaturitatem.26.a. Si in pręceptis meis ambulaueritis,& mandata mea cuſtodieritis,&feceritis ea dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur,&vindemia occupabit ſementem,& comedetis panem veſtrum in ſaturitate,& abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Apprehendent meſſium tritura vindemiam.b.Comedetis vetuſtiſſima veterum,& vetera nouis ſuperuenĩẽtibus proiicietis.Deut.28.a.Si autem audieris vocem domini dei tui,vt facias atque cuſtodias omnia mãdata eius, faciet te dominus deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra. Eccle.29.c. Pone theſaurum tuum in præceptis, & proderit tibi magis quàm aurum. Eſa.1.e. Si volueritis.Obedientia.5. VIII

¶*Pacis firmitatem*. Leui.26.a.Dabo pacem in finibus veſtris, dormietis & non erit qui exterreat. Auferam malas IX

beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequimini inimicos veſtros,& corruent coram vobis. Perſequentur quinque de veſtris centum alienos. Deutero.4.f. Cuſtodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te. Thobiæ.1.b. Et quoniam memor fuit domini in toto corde ſuo, dedit illi deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis, & dedit illi poteſtatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcunque facere voluiſſet. Prouerbio.13.c. Qui autem timet præceptum,in pace verſabitur, Pſal.118.x. Pax multa diligentibus legem tuam,

X ¶*Honoris celebritatem*. Pſal.118.a. Tunc non confundar, cum reſpexero in omnibus mandatis tuis.b. In quo corrigit adoleſcétior viam ſuam.111.a.Beatus vir qui timet dominum,in mandatis eius volet nimis,Gloria & diuitiæ in domo eius.Eccle.19.c,Semen hominum.Honor.1.

XI ¶*Gloriæ perpetuitatem*. Pſal.118.h. Portio mea domine in terra viuentium.Eccl.15.c.Deus ab initio.Homo.3.Marc. 10.c.Præcurrens quidã genuflexo ante eum rogabat eum, dicens:Magiſter bone quid faciam vt vitam æternam percipiam? Ieſus dixit:Præcepta noſti, ne adulteres,ne occidas,ne fureris,ne falſum teſtimonium dixeris,ne fraudem feceris:honora patrem tuum,& matrem.At ille reſpondés ait illi:Magiſter hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea. Ieſus autem intuitus eum dilexit eum. Iohan.12.g. Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt.1.Corinth.7.d.Circuncifio nihil eſt.Circuncifio.3.

XII ¶*Præcepta diuina nobilia,ideo tranſgreſſores rigide puniũtur*. Temporaliter.Sic primi parentes.Gen.3.b.Gula.2.Leui. 26.b.Quòd ſi non audieritis me,nec feceritis omnia mãdata mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis,ego quoque hæc faciam vobis. Viſitabo vos velociter in egeſtate,& ardore,qui cõficiat oculos veſtros atque conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem quæ ab hoſtibus deuorabitur.c. Ponam faciem meam cõtra vos & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciemini eis qui oderunt vos. Si autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum, propter peccata

veſtra,

veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Dabóque vobis cœlum deſuper quaſi ferrũ, & terram æneam: Conſumetur in caſſum labor veſter, nõ proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. d. Emittam in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæque ſint viæ veſtræ. Inducam ſuper vos gladium vltorem fœderis mei, cúmque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes & reddant eos ad pondus, & comedetis & nõ ſaturabimini, ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum. Deut.28.b. Quòd ſi audire nolueris vocem domini dei tui, vt cuſtodias atque facias omnia mandata eius, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ & apprehẽdent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Eſaiæ.1.c. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. 5.f. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerũt. Ideo iratus eſt furor domini in populum ſuum, & extendit manũ ſuam ſuper eum, & percuſſit eum. Et conturbati ſunt montes. 42.d. Nónne dominus ipſe eſt. Peccatũ.11. Hebr. 10.e. Irritam quis faciens. Euangelium.19.

¶ Æternaliter. Pſalmo.118.c. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. p. Spreuiſti omnes diſcedentes à iuſtitiis tuis. Prouer.28.b. Qui declinat aures. Oratio.13. Hiere. 11.a. Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, quòd præcepi patribus veſtris, in die qua eduxi eos de terra Aegypti. Amos.2.a. Super tribus ſceleribus Iuda & ſuper quarto non conuertam eum: eo quòd abiecerit legem domini, & mandata eius non cuſtodierit. Matthæi.7.c. Non omnis. Fides.8. Luc.6.g. Quid autem vocatis, vbi ſuprà. Iohan.12. Qui ſpernit me. Euangelium.17. Hebr.12.g. Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi nõ effugerunt XII

recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur, multomagis nos qui de cœlo nobis loquentem auertimus.1.Iohan.2.a Qui dicit ſe noſſe. Cognitio.5.

XIIII ¶*Præcepta humana condigna reuerenter ſunt obſeruanda.* Prouerbiorum.8.b. Per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt.Per me principes imperant,& potentes decernunt iuſtitiam. Hieremiæ.35.d. Domui autem Rechabitarum. Honor.4. 2.Theſſal.2.d. Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram. Actu.15.g. Perambulabat autē Syriam & Ciliciam confirmans eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorū.16.a. Cum autem pertranſirent ciuitates tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolymis.

XV ¶*Indigna magnanimiter contemnenda.* Eſaiæ.10.a.Væ qui condunt.Iudicium.31.29.d.Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem eius longe eſt à me, & timuerunt me mandatis hominum & doctrinis. Matth.15.a.Ipſe autem reſpondens ait:Quare vos tranſgredimini mandata dei propter traditionem veſtram? b. Hypocritæ bene. Honor.8. Tit.1.d. Quam ob cauſam increpa eos durè: vt ſani ſint in fide non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate. Actu.4.d. Si iuſtum eſt. Obedientia.8. 5.e. Obedire deo oportet magis quàm hominibus.

I PRædeſtinatio diuina imperſcrutabilis. Eccl.3. Altiora te ne quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris,ſed quæ præcepit tibi deus illa cogita ſemper & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.d. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorū,& in vanitate detinuit ſenſus illorum.Malach. 1.a.Nónne frater erat Eſau Iacob dicit dominus:& dilexi Iacob. Eſau autem odio habui. Matt.20.b. Multi enim ſunt vocati,pauci verò electi. Roma.11.d. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei,quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius.

II ¶*Irreptehenſibilis.* Eccle.15.c. Non dicas ille me implanauit, non enim ſunt ei neceſſarij homines impij. 33.b.

Ex ipſis

Ex ipſis benedixit & exaltauit,& ex his ſanctificauit & ad ſe applicauit, & ex ipſis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à ſeparatione ipſorum. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere. Omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius: ſic homo in manu illius qui ſe fecit. Eſaiæ.45.b. Væ qui contradicit factori ſuo,teſta de ſamiis terræ. Nunquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis & opus tuum abſque manibus eſt. Hieremiæ.18. a. Nunquid ſicut figulus. Pœnitentia.1. Romanorum.8.f. Nam quos præſciuit. Filius.3. Quos autem prædeſtinauit hos & vocauit, & quos vocauit hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit illos & magnificauit. 9.c. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud deum? Abſit. Moſi enim dicit: Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. d. Igitur non volentis. Induratio.1. Dicis itaque mihi quid adhuc quæritur, voluntati eius qui reſiſtit? O homo tu quis es qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit. Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. e. Quòd ſi deus volens oſtendere iram & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam. Epheſ.1.a. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.2. Timo. 2.d. In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit. Munditia.3. Actuum.13.g. Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificauerunt verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

PRædicatio *Iohannis authoritatiua*. Lucæ.1.g. Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis, vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. 3.a. Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris factum eſt ver-

bum domini ſuper Iohannem Zachariæ filium in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentię in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ: Vox clamantis in deſerto. b. Dicebat ergo ad turbas. Genimina viperarũ quis oſtendit vobis fugere à ventura ira: Facite ergo. Pœnitentia. 10.

II ¶ *Fructificatiua*. Lucæ. 3. b. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Reſpondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas. Eleemoſyna. 6. c. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil amplius quàm quod vobis conſtitutum eſt faciatis. Interrogabant autem eum & milites. Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. d. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

III ¶ *Prædicatio Chriſti fuit ſingularis*. Matthæi. 13. b. Et accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris ei. Qui reſpondens ait illis: Ideo in parabolis loquor eis. Auditus. 1. e. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis. g. Et veniens in patriam ſuã docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur. Marc. 4. b. Et cũ eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam. Et dicebat illis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei, illis autem qui foris ſunt in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant & non videant, & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata. 12. b. Magiſter ſcimus quia verax es, & non curas quenquã. Nec enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viam dei doces. Iohan. 3. b. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? d. Qui de terra eſt de terra loquitur. Et quod vidit & audiuit hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit. Quem enim miſit deus verba dei loquitur. 7. b. Reſpondit eis Ieſus: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoſcet de doctrina, vtrum

ex deo

ex deo ſit, an ego à meipſo loquar. 8.d. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, ſed qui miſit me verax eſt, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. 10.d. Diſſentio iterum facta eſt inter Iudęos. Alij dicebant hæc verba nõ ſunt dæmonium habentis. 18.d. Ego palàm locutus ſum mundo. Hebræo.1.a. Multifariam multíſque modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.

¶*Salutaris*. Eſaiæ.42.a. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit neque accipiet perſonam, neque audietur vox eius foris. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium, non erit triſtis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium & legem eius inſulæ expectabunt. Hierem.33.c. In diebus illis & in tempore illo, germinare faciã Dauid germen iuſtitię & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Et hoc eſt nomen quòd vocabunt eum dominus iuſtus noſter. Zachar. 9.c. Et loquetur pacem gentibus. Matth.4.c. Exinde cœpit Ieſus prædicare, & dicere: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Luc.4.c. Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbathi in ſynagogã, & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi ſcriptum erat. Spiritus domini ſuper me, propter quòd vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. d. Et omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. g. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo miſſus ſum.19.g. Principes autem ſacerdotum & ſcribæ, & principes plebis, quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat audiens illum. Iohannis.6.g. Domine (ait IIII

Confortare igitur & eſto robuſtus (ait dominus Ioſue) valde vt cuſtodias atque facias omnem legem, quàm præcepit tibi Moſes ſeruus meus. Non declines ab ea, neque ad dextram, vel ſiniſtram, vt intelligas cuncta quę agis. Non recedat volumen legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quę ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. 1. Paralip. 22. c. Tunc enim proficere poteris (dixit Dauid Salomoni) ſi cuſtodieris mandata & iudicia. Iob. 36. a. Deus potentes non abiicit, quum & ipſe ſit potens, ſed non ſaluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. Pſalmo. 2. b. Et nunc reges intelligite. Seruite domino in timore. Apprehendite diſciplinam. Prouerb. 8. b. Per me reges regnant, per. Præceptum, 14, 21. a. Sicut diuiſiones aquarum. Cor. 1. Eccleſia. 10. a. In manu dei poteſtas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam. In manu dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribę imponet honorem ſuum. 17. b. In vnamquanque gentem poſuit rectorem. Hieremię. 27. a. Ego feci terram & homines & iumenta quæ ſunt ſuper terram, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eā ei qui placuit in oculis meis.

II ¶ *Seipſos decenter dirigunt in victu.* Heſter. 1. b. Vinū quoque vt magnificentia regia dignum erat abundans, & pręcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Prouerbio. 31. a. Noli regibus dare vinū, quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant & obliuiſcantur iudiciorum dei, & mutent cauſam filiorum pauperis. Eccleſiaſtes. 10. d. Beata terra cuius rex nobilis, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. Oſee. 7. b. Cœperunt principes furere à vino.

III ¶ *In verbo.* Prouerbiorum. 16. b. Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. 17. b. Nec principem decet labium mentiens, 29. b. Princeps qui. Mendacium. 4. Eccleſia. 9. d. In manu artificum opera laudabuntur: & princeps populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſenſu verò ſeniorum verbum.

IIII ¶ *Geſtu*. Sap. 6.a. Melior eſt ſapientia quàm vires. d. Si er go delectamini ſedibus & ſceptris, ô reges populi, diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis. Multitudo autem ſa pientium ſanitas eſt orbis terrarum, & rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt. Titum. 3. d. Diſcant autem & veſtri bo nis operibus prçeſſe.

V ¶ *Subditos prudenter regunt per exemplarem uitam*. Nume. 27. c. Prouideat dominus, ait Moſes, deus ſpirituum omnis carnis: hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſſit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne ſit populus domini ſicut oues abſque paſtore. Deute. 1. b. Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponā eos vobis principes. 1. Regum. 12. d. Igitur timete dominum, & ſeruite ei in veritate, & ex toto corde veſtro. Quòd ſi perſeueraueritis in malitia, & vos & rex veſter pariter peribitis. Eſa. 32. a. Non vocabitur vltra qui inſipiens eſt princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. b. Princeps verò ea quæ ſunt digna principe cogitabit. Tit. 2. b. In omnibus teipſum. Euangelium. 7.

VI ¶ *Debitam clementiam*. Heſter. 13. a. Cum plurimis gentibus imperarē, & vniuerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, ſed clemētia & lenitate gubernare ſubiectos, vt abſque vllo terrore, vitam ſilentio tranſigentes optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Prouerb. 16. b. In hylaritate vultus regis vita & clementia eius quaſi imber ſerotinus. 19. b. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira, & ſicut ros ſuper herbam, ita & hylaritas eius. 20. d. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Eccle. 32. a. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita recumbe, vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, coronam & dignationem conſequaris corrogationis. Matthæi. 20. d. Scitis quia principes. Paſtor. 4. 23. b. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.

VII ¶ *Exactam iuſtitiam*. Exodi. 22. c. Maleficos non patieris

viuere.1.Regũ.12.a.Loquimini de me,ait Samuel,coram domino,& corã Chriſto eius,vtrum bouem.Iudicium.28 3.Regum.3.b.Dabis ergo ſeruo tuo,ait Salomon,cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum.2.Paralippo.19.b.Videte,ait Ioſaphat; quid faciatis. Iudicium.25. Prouerbiorum.16.b.Abominabiles regi qui agunt impiè, quoniam iuſtitia firmabitur ſolium.Voluntas regum labia iuſta; qui recta loquitur dirigetur.Indignatio regis nuncij mortis. 20.b.Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. d. Diſſipat impios rex ſapiens, & incuruat ſuper eos fornicem. 25.a.Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius.29.a.Rex iuſtus eriget terram, vir auarus deſtruet eam. b. Rex qui iudicat in æquitate pauperes,thronus eius in æternũ firmabitur. Sapientiæ.1. a.Diligite iuſtitiam,qui iudicatis terram. Eccleſiaſt.10.a. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis,tales & inhabitantes eam. Eſaiæ.32.a. Ecce in iuſtitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. Hieremiæ.22.a.Facite iudicium & iuſtitiam & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris, & aduenam pupillum & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè, & ſanguinem innocentem ne effundatis. d. Pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium, & iuſtitiam,tunc quum bene ei erat.Iudicauit cauſam pauperis & egeni, in bonum ſuum. Nunquid non ideo quia cognouit me. Ezech.45.d. Sufficiat vobis principes Iſrael, iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iuſtitiam facite. Roman.13.b.Nam principes.Obedientia.8. 1.Petri.2.c.Subiecti igitur eſtote,vbi ſuprà.

¶ *Præmium lætanter acquirunt.* Prouerbio.14.d. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. 25.a. Gloria regum inueſtigare ſermonem. Eccleſi.10.a. Iudex ſapiens iudicabit populum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. c.In medio fratrum rector illorum in honore, & qui timent dominum erunt in oculis illius. Matth.24.d.Quis putas eſt.Paſtor.5. VIII

IX *Prælati mali ambitioſe ſe ingerunt.* Sic Abimelech ſeptuaginta fratres vt ſuper Iſrael regnare poſſet occidit. Iudicū. 9.a. Abiit autem Abimelech. Abſalon contra Dauid patrem ſuum conſpirauit. 2. Regum. 15.a. Igitur poſt hæc. Iob. 34.d. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Prouerbiorum. 19.b. Non decent ſtultum diuitiæ, nec ſeruum dominari principibus. Eccleſiaſtes. 3.c. Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem. Eccle. 7.a. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. 20.b. Et qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſtè, odietur. Eſaiæ. 3.a. Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus, vir ad virum, & vnuſquiſque ad proximum ſuum. Oſee. 8.a. Ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui. 13.c. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

X *Deum ceruicoſe contemnunt.* Hieroboan ne regnum perderet Iſrael, idololatriam inſtituit. 3. Regum. 12. f. Dixitque Hieroboan in corde ſuo. Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid. 1. Eſdræ. 9.a. Manus etiam principum & magiſtratuum, fuit in tranſmigratione hac prima. Iob. 36.b. Reuelabit quoque aurem eorum. Eccleſia. 11.a. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portabit diadema. Eſaiæ. 28.d. Percuſſimus fœdus cum. Impius. 1. 32.b. Stultus enim. Doloſus. 2. Hieremiæ. 5.a. Ego autem dixi forſitan pauperes. Induratio. 2. Micheę. 3.d. Audite hæc principes qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus principes eius in muneribus iudicabant. 7.a. Principes poſtulat. Iudicium. 28.

XI *Seipſos faſtuoſe extollunt.* Ozias ſuperbia eleuatus, ſacerdotale ſibi vſurpans officium, lepra percuſſus eſt. 2. Para. 26.c. Sed cum corroboratus eſſet eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum. Eccleſ. 4.c. Melior eſt puer pauper. Pauper. 8.b. Interdum dominatur homo homini in malum ſuum. Vidi impios ſepultos, qui etiam cum adhuc viuerent in loco ſancto erāt. 10.c. Vę tibi terra cuius rex puer eſt, &

cuius

cuius principes mane comedunt. Eſa.52. b. Dominatores eius iniquè agunt ait dominus. Hiere. 8.c. Quomodo dicitis. Sapientes non ſumus. Vere mendacium operatus eſt ſtilus mendax ſcribarum. Confuſi ſunt ſapientes.d. Verbum enim domini proiecerunt. 48.e. Audiuimus ſuperbiã Moab. Superbus eſt valde. Sublimitatem eius & arrogantiam & ſuperbiam, & altitudinem cordis eius, ego ſcio ait dominus, iactantiam eius, eo quòd non ſit iuxta eam virtus eius.

¶ *Subditos calumnioſe opprimunt.* Gene.10.b. Ipſe cœpit eſſe potens. Fortitudo.5. Exod.1.b. Surrexit interea rex nouus ſuper AEgyptum qui ignorabat Ioſeph. Et ait ad populum ſuum: Venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur. 2.d. Et ingemiſcentes filij Iſrael, propter opera vociferati ſunt. Iob. 22.b. In fortitudine brachij tui poſſidebas terram. 24.a. Alij terminos trãſtulerunt, diripuerũt greges, & pauerunt eos. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ. Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuũ, vigilantes ad prædam, præparant panem liberis. b. Agrum non ſuum demetunt. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore, quos imbres montium irrigant, & non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt deprædantes pupillos & vulgum pauperem ſpoliauerunt. Prouerbio. 28.c. Leo rugiens & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem. Dux indigens prudẽtia multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. d. Quum ſurrexerint impij. Impius. 2. Eccleſiaſtes. 4. a. Verti me ad alia & vidi calumnias quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos. 4. Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hoc negotio, quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, & inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. Eſaiæ. 1. f. Principes eius

rebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his qui præſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Eſaiæ.14.c. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.23. b. Dominus exercituum cogitauit hoc vt detraheret ſuperbiam omnia gloriæ, & ad ignominiam duceret vniuerſos inclytos terræ. 40. f. Qui dat ſecretorum ſcrutatores quaſi non ſint, iudices terræ velut inanes fecit. Hieremiæ. 51.g. Et inebriabo principes eius & ſapientes eius, duces eius, & magiſtratus eius, & fortes eius. Et dormient ſomnum ſempiternum, & non expergiſcentur. Ezechiel.32.f. Dederunt enim terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. Amos.4.a. Audite verbum hoc vaccæ. Diuitiæ.12. Micheæ.3.a. Audite principes. Nunquid veſtrum eſt ſcire iudicium? ibidem.

¶ *Super ſubiectos*.2.Regum.24.a. Et addidit furor domini iraſci contra Iſrael, commouítque Dauid in eis dicentem ad Ioab: Vade numera Iſrael & Iuda.3.Regum.18.c. Et ille, ſcilicet Elias, ait: Non ego turbaui Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis dominum, & ſeruiſtis Baal. Prouer.28.a. Propter peccata terræ multi principes eius, & propter hominis ſapientiam & horum ſcientiam, quæ dicuntur vita dulcis longior. b. Regnantibus impiis ruinæ hominum. Eccle.10.a. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias. X

PRæ*paratio cordis*. 1.Reg.7.a. Et præparate corda veſtra domino. Prouer.16.a. Hominis eſt animam præparare, & domini gubernare linguam. Eccle.2.d. Qui timent dominum pæparabunt corda ſua. I

¶ *Viæ domini*. Amos.4.d. Præparare in occurſum dei tui Iſrael. Malach.3.a. Ecce ego mitto. Aduentus.1. Matth.3. a. Vox clamãtis in deſerto. Parate viam domini. 11.b. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum. II

PRi*mogeniti deo ſanctificabantur*. Exod.13.a. Sanctifica mihi omne primogenitum, quòd aperit vuluam in filiis Iſrael, tam de hominibus, quàm iumentis.34.c. Omne quod

aperit vuluam generis maſculini meum erit. Numeri.3.c. Meum eſt omne primogenitum. 8.c. Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum Iſrael. Deut.15.d. De primogenitis quæ naſcuntur in armentis& ouibus tuis,quicquid eſt ſexus maſculini,ſanctificabis,domino deo tuo. Luc.2.d. Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moſi, tulerunt illum in Hieruſalem, vt ſiſterent eum domino.

II ¶ *Debito modo redimebantur*. Exod.13.c. Primogenitum aſini mutabis boue,quòd ſi non redemeris interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis precio redimes. Num.8.c. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Iſrael tuli eos, ſcilicet leuitas. 18.c. Quicquid primum erumpet è vulua cunctæ carnis,quam offerunt domino, ſiue ex hominibus , ſiue ex pecoribus fuerit, tui iuris erit ita duntaxat vt pro hominis primogenito precium accipias , & omne animal quòd immundum eſt redimi facias, cuius redemptio erit poſt vnum menſem ſiclis argenti quinque pondere ſanctuarij.

I PRomiſſio *diuina firma*. Nume.23.c. Non eſt deus quaſi homo vt mentiatur. Pſalmo.88.e. Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. 144.c. Fidelis deus in omnibus verbis ſuis. Roma.4.d. In repromiſſione. Fides.6. Titum.1.a. Quam (ſcilicet vitam) promiſit qui non mentitur deus.

II ¶ *Humana infirma*. Prou.25.c. Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes vir glorioſus, & promiſſa non complens. Eccleſ.12.c. Eſt qui. Amicitia.9.

I PRophetæ *boni à deo mittuntur*. Sic Hieremias miſſus. Hier. 1.b. Priuſquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te,& prophetam in gentibus dedi te. Noli dicere quia puer ego ſum, quoniam ad omnia quæ mittam te ibis,& vniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia tecum ſum & eruam te dicit dominus. 33.a. Et factum eſt verbum domini ad Hieremiam. Clama ad me & exaudiam te, & annunciabo tibi grandia, & firma quæ neſcis. Amos.3.b. Quia non facit dominus deus verbum niſi reuelauerit ſecretum

cretum ſuum & ad ſeruos ſuos prophetas.

¶ *Bonæ doctrinæ innituntur.* Hinc Micheas propheta ait.3. II
Reg. 22.c. Viuit dominus quia quodcunque dixerit mihi dominus hoc loquar.1.Cor.14.f. Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt.

¶ *A malis contemnuntur.* Deut.18.d. Prophetam ſuſcitabo III
eis. Aduentus.1. 2.Para.36.c. Mittebat autem dominus. Deriſio.3. Hier.18.c. Venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius.20.b. Seduxiſti me domine & ſeductus ſum, fortior fuiſti & inualuiſti. Factus ſum in deriſum tota die. Omnes ſubſannant me, quia iam olim loquor vociferans, iniquitatem & vaſtitatem clamito. Et factus eſt mihi ſermo domini in opprobrium, & in deriſum tota die.25.a. Et miſit dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas conſurgens diluculo, mittén ſque, & non audiſtis, neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis eum.26.d. Iudicium mortis eſt viro huic quia prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam. 38.a. Et dixerunt principes regi: Rogamus vt occidatur homo iſte. Ezec.3. Domus Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me.20. g. Et dixi a a a domine deus ipſi dicunt de me. Nunquid non per parabolas loquitur iſte. Amos.2.d. Et prophetis mādabitis dicentes: Ne propheteti s. Matth.3.g. Ieſus autē dixit: Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua.23. d. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum.26.g. Tunc expuerunt in faciem eius. Prophetiza nobis quis te percuſſit.

¶ *Prophetæ mali ſeipſos intrudunt.* Vnde pater eorum diabolus ait. 3.Regum.22.d. Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Hiere.14.b. Et dixi a a a domine deus. Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit vobis, ſed pacem veram dabit vobis in loco iſto. Et dixit dominus: Non miſi eos & non præcepi eis viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. 23.c. Non mittebam prophetas & ipſi currebant, non loquebar ad illos, & ipſi prophetabant. Ezec.13.a. Væ prophetis inſipientibus qui ſequuntur ſpiritum ſuum & nihil IIII

vident. Quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſrael erant. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die domini. Vidēt vana & diuināt mendaciū, dicentes ait dominus, cū dominus non miſerit eos, & perſeuerauerunt confirmare ſermonem, Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis. d. Væ qui conſuunt. Adulatio. 4. Matth. 24. a. Videte ne. Hæreticus. 3. Act. 20. f. Ego ſcio quoniam, vbi ſup. 3. 1. Iohan. 2. c. Ex nobis proderunt ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent. Hæreticus. 2.

V ¶ *Simplices ſeducunt.* Deute. 13. a. Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quòd locutus eſt, & dixerit tibi eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis, non audies verba prophetæ illius, vt ſomniatoris, quia tētat vos dominus deus veſter, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima veſtra. Hier. 5. g. Stupor & mirabilia. Euangelium. 15. 6. d. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax pax & non erat pax. 23. c. Et in prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij. Et confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua. d. Hæc dicit dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Viſionē cordis ſui loquuntur, non de ore domini. e. Si ſtetiſſent in conſilio meo. Euangelium. 2. Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium dicētes: Somniaui, ſomniaui. Vſquequo iſtud eſt in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantiū ſeductiones cordis ſui. Thre. 2. e. Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Ezec. 22. g. Prophetæ autem eius liniebant eos abſque temperamento videntes vana, & diuinantes ei mendacium. Oſee. 9. b. Scitote Iſrael ſtultum prophetam inſanum virum ſpiritualem. Speculator Effraim cum deo meo propheta, laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius. Matth. 24. b. Surgent enim. Hæreticus. 3. 2. Cor. 11. c.

2.Corin.11.c.Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli,vbi ſuprà.3. Coloſſ.2.b.Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam,ſecundum traditionem hominum,ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum. 2.Petri.2.a. Fuerunt verò & pſeudo,vbi ſuprà.3. 3.a.Hoc primum ſcientes, vbi ſuprà.

¶*Factis ſe produnt.* Deut.18.d.Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo,quæ ego non præcepi illi vt diceret,interficietur.Eſa.28.b.Sacerdos & propheta.Ebrietas.2. Soph.3.a.Prophetę eius veſani viri infideles. Matth.7.c. Attendite à falſis prophetis.Nunquid colligunt. Hæreticus.4. VI

¶*Pœnam ſuper ſe inducunt.* Deutero.13.b.Propheta autem ille aut fictor ſomniorum interficietur, quia locutus eſt vt auerteret vos à domino deo veſtro.Eſa.9.c.Propheta docens mendacium ipſe eſt cauda. Hiere.14.c. Idcirco hæc dicit dominus de prophetis, quia prophetant in nomine meo, quos ego non miſi. In gladio & fame conſumentur prophetæ illi,& populi quibus prophetauit,erunt proiecti in viis,præ fame,& gladio.23.c.Propheta nanque & ſacer dos polluti ſunt,& in domo mea inueni malum eorum dicit dominus. Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris,impellentur enim & corruent in ea. Afferam enim ſuper eos mala. f. Propterea ecce ego ad prophetas ait dominus, qui furãtur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo. 28.d. Et dixit Hieremias propheta. Audi Anania non miſit te dominus, & tu confidere feciſti populum iſtũ in mendacio. Idcirco dicit dominus. Ecce ego mittam te à facie terræ hoc anno morieris. Ezech.13.b. Propterea hæc dicit dominus. Quia locuti eſtis vana & vidiſtis mẽdacium, ideo ecce ego ad vos, & erit manus mea ſuper prophetas qui vident vana, & diuinant mendacium dicit dominus. In conſilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in terra Iſrael ingredientur. d. Propter hoc hæc dicit dominus:Ecce ego ad puluillos. Adulatio.4. Mich.3.b. Hæc dicit dominus deus ſuper prophetas qui ſeducũt populum meum,qui mordent dentibus ſuis,& prædicant pacẽ,& ſi quis non dederit in ore eorum VII

quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione.

I PRouidentiæ diuinæ generalitas. Iob.22.b. Nubes latibulũ eius nec noſtra cõſiderat, & circa cardines cœli perambulat. 38.d. Quis pręparat coruo eſcam ſuam quando pulli eius clamant ad deum, vagientes eo quòd non habeant cibum. Pſal.22.a. Dominus regit me & nihil mihi deerit. 37.b. Homines & iumenta ſaluabis domine. 66.a. Lætentur & exultẽt gentes quoniam iudicas populos in æquitate & gentes in terra dirigis. Sapien.6.b. Quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus 7.b. In manu enim illius & nos & ſermones noſtri & omni ſapientia. 8.a. Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. 11.d. Diligis enim omnia. Creatura.2. 14.a. Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat. Matth.10.d. Nónne duo paſſeres eſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Actu.17.f. In ipſo enim viuimus & mouemus & ſumus. 1.Petri.5.b. Omnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.

II ¶ *AEquitas in remuneratione bonorum.* Iob.5.a. Nihil in terra ſine cauſa fit. Sapien.11.d. Sed omnia in menſura & numero & põdere diſpoſuiſti. Matt.20.b. Volo autẽ & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. An non licet. Murmuratio.2.

III ¶ *In punitione malorum.* Iob.36.c. Ecce deus excelſus. Iudicium.5. Sapien.12.b. Nec enim eſt alius, vbi ſuprà. Cum ergo ſis iuſtus iuſtè omnia diſponis. Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt. Eſa.10.d. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe & exaltetur baculus qui vtique lignum eſt.

IIII ¶ *Imperſcrutabilitas ob tribulationem bonorum.* Iob.9.c. Vnũ eſt quòd locutus ſum & innocentem & impium ipſe conſumit. Pſalm.144.d. Iuſtus dominus in omnibus viis ſuis. Eccleſiaſtes.8.d. Et intellexi quòd omnium operum dei nullam poſſit homo inuenire rationem, eorum quæ fiunt ſub ſole, quanto plus laborauerit ad quęrendum, tanto minus

nus inueniat, etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe,non poterit reperire. 9.a. Sunt iuſti atque ſapientes & opera eorum in manu dei,ſed omnia in futurum ſeruãtur incerta, eo quòd vniuerſa æque eueniant iuſto, & impio, bono & malo, mundo & immundo,immolanti victimas,& ſacrificia con temnenti. Sicut bonus, ſic & peccator, vt periurus ita qui verum deierat. Et tamen neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit. Sicut bonus, ſic & peccator, hoc eſt peſſimum inter omnia, quæ ſub ſole ſunt, quia eadem cunctis eueniunt. Abacuc.1.a.Vſquequo domine clamabo,& non exaudies, vociferabo ad te, vim patiens, & non ſaluabis. Quare reſpicis. Iudicium.27. d. Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, & ad iniquitatem reſpicere non poteris. Quare nõ reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe.

¶ *Proſperationem malorũ.* Iob.21.b.Quare ergo.Impius.2. Tenent tympanum. Gaudium.8. Verumtamen quia non ſunt in manu eorum bona, conſilium eorum longè ſit à me. Pſalmo.71.Quid gloriaris in malitia? 143. Et erue me de manu filiorum alienorum. Quorum filij ſicut nouellæ plantationes. Filiæ eorum compoſitæ. Promptuaria eorum plena. Oues eorum fœtoſæ. Non eſt ruina maceriæ.Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt,beatus populus cuius dominus deus eius.Prouerbiorũ.16.a.Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus, impium quoque ad diem malum.Eccleſiaſtes.7.c.Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ. Iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua. Eccleſi.3.c. Altiora te.Prædeſtinatio.1. Hieremiæ.12.a.Iuſtus quidem tu es domine, ſi diſputem tecum, veruntamen iuſta loquar ad te. Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui præuaricantur,& iniquè agunt.Plantaſti eos & radicem miſerunt, proficiunt & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Malachiæ.2.d. Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris. In eo quòd dicitis: Omnis qui facit malum bonus eſt in conſpectu domini, & tales placent ei. Aut certe vbi eſt deus iudicij.

VI ¶ *Prouidentia humana.* Deut.32.d. Gens abſque conſilio eſt & ſine prudentia, vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Prouer.1.b. Fruſtrà autem iacitur rete ante oculos pennatorum. 19.c. Audi conſilium & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis. 22.a. Callidus videt malum & abſcondit ſe, paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. 27.b. Aſtutus videns malum abſcõditus eſt. Ecclẽs.7.b. In die bona fruere bonis & malum diem præcaue. Sapien.9.d. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ.

I PVeri à Chriſto benedicuntur. Matth.19.b. Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus ei imponeret & oraret. Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me venire. Marci.10.b. Et offerebant illi paruulos. Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos benedicebat eos. Luc.18.c. Afferebant autem ad illum infantes vt eos tangeret.

II ¶ *Pro exemplo ponuntur.* Eſa.65.d. Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Matth.18.a. Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorũ. Quicũque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum. Mar.9.f. Et accipiens puerum. 10.b. Amen dico vobis quiſquis non receperit regnũ dei velut paruulus nó intrabit in illud. 1.Cor. 14.d. Nolite pueri effici ſenſibus ſed malitia paruuli eſtote. 1.Petri.2.a. Deponentes igitur. Detractio.4.

I PVnitio diuina fit quandoque per angelos. 4.Regum.19.g. Factum eſt igitur in. Angelus.7. Actuum.12.d. Confeſtim autem, vbi ſuprà.7.

II ¶ *Per homines.* Eſaiæ.10.b. Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. In manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & cõtra populum furoris mei, mandabo illi vt auferat ſpolia, & diripiat prędam, & ponat illũ in conculcationem, quaſi lutum platearum. Ipſe autem nõ ſic arbitrabitur, & cor eius non ita æſtimabit, ſed ad contrerendũ erit cor eius. c. Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera ſua in mõte Sion, viſitabo ſuper fructũ magnifici

cordis

cordis regis Aſſur. Ezec.29.d. Fili hominis Nabuchodo-
noſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitu-
te magna aduerſus Tyrum. Et merces non eſt reddita ei,
neque exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit
mihi aduerſus eã. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego
dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra Aegy- I
pti, & accipiet multitudinẽ eius, & depredabitur manubias
eius, & erit merces exercitui illius, & operi quo ſeruiuit.
¶ *Punitio malorum neceſſaria.* Exod.22.c. Maleficos non pa III
tieris viuere. Nume.25.a. Tolle cunctos principes. Prela-
tus.13. Eccle.12.a. Impiis & peccatoribus redde vindictã.
Apoc.2.f. Noui opera tua & fidem, & charitatem tuam, &
miniſteriũ, & patientiã, & opera tua nouiſſima plura prio-
ribus. Sed habeo aduerſus te pauca, quia permittis mulie-
rẽ Iezabel quæ ſe dicit propheten docere, & ſeducere ſer-
uos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.
¶ *Ordinata.* Nume.35.d. Non accipietis. Homicidium.3. IIII
Deut.24.c. Non occidentur patres, pro filiis, nec filij pro
patribus, ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur. 25.a.
Si fuerit cauſa. Iudicium.25. 27.d. Maledictus qui accipit
munera vt percutiat animã ſanguinis innocẽtis. Sap.11.c.
Per quę quis peccat per hęc & punietur. Eccle.33.d. Verũ
ſine iudicio nihil facias graue. Ioh.8.a. Qui ſine peccato
eſt veſtrũ, primus in illã lapidẽ mittat. 19.b. Non haberes
poteſtatẽ aduerſum me vllam niſi datũ tibi eſſet deſuper,
ait dominus Pilato. 1.Ti.5.d. Teſtor corã deo. Iudiciũ.25
¶ *Fructifera.* Vnde Iehu domũ Achab & prophetas Baal V
percutiẽs à domino cũ promiſſione regni laudatur. 4.Re-
gũ.10.f. Dixit autem dominus ad Iehu. Quia ſtudioſe egi-
ſti quòd rectũ erat & placebat in oculis meis contra do-
mũ Achab, filij tui vſque ad quartã. Prou.19.d. Peſtilentẽ
flagellato ſtultus ſapientior erit, ſi autẽ corripueris ſapiẽ- III
tem, intelliget ſapientiam. 20.d. Liuor vulneris abſterget
mala, & plagæ in ſecretioribus ventris. 21.b. Mulctato pe-
ſtilente ſapientior erit paruulus. 1.Timoth.5.d. Peccantes
coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant.
PVſillanimitas *vituperabilis.* Pſal.54.b. Expectabam eũ qui I
ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus. Eccleſi.7.a.

Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. Eſaiæ.35.b. Dicite, puſillanimes confortamini, & nolite timere. 1. Theſ.5.e. Conſolamini puſillanimes.

Q

I Quærendus deus celeriter. Pſalmo. 104.a. Lætetur cor quærentium dominũ. Quærite dominum, & confirmamini. Eſa. 55.b. Quærite dominum dum inueniri poteſt. Thren.3.e. Quæramus & reuertamur ad dominum. Sopho.2.a. Quærite dominum omnes manſueti terræ, quia iudicium eius eſtis operati. Quærite iuſtum, quærite manſuetum, ſi quomodo abſcondamini, in die furoris domini. Lucæ.19.a. Et quærebat videre Ieſum quis eſſet. Et præcurrẽs aſcendit in arborem Sycomorum vt videret illum, quia in die erat tranſiturus.

II ¶ *Cordialiter*. Deutero.4.d. Cúmque quæſieris ibi dominum deum tuum, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animę tuę. 1. Paralip.22.d. Præbete igitur corda veſtra, & animas veſtras, vt quæratis dominum deum veſtrum. Pſal.118.b. In toto corde meo exquiſiui te. Prou.28.a. Qui autem inquirunt dominũ, animaduertunt omnia. Sapien.1.a. Sentite de domino in bonitatẽ, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Eſaię.21.d. Si quæritis quærite. Amos.5.d. Quęrite bonum, & non malum vt viuatis. Iohan.6.c. Amen dico vobis, quęritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis de panibus, & ſaturati eſtis. 7.d. Quęretis me & non inuenietis. 8.a. Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Philippenſes.2.c. Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quę Ieſu Chriſti.

III ¶ *Vtiliter*. 1. Paralip.28.c. Si quęſieris eum inuenies, ſi autem dereliqueris eum proiiciet te in æternum. 2. Paralip. 16.a. Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quęſieritis eum inuenietis. Pſalmo.68.g. Quærite deum & viuet anima veſtra. 69.b. Exultent & lętentur omnes, qui quęrunt te. Eccleſiaſtici.2.c. Quoniam pius & miſericors eſt deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protector

ctor eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Eſaiæ.45.d. Non dixi ſemini Iacob fruſtra,quęrite me.65.a. Quæſierunt me,qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quęſierunt. Hier.29.d.Cum quæſieritis me in toto corde veſtro,inueniar à vobis,ait dominus. Amos.5.b.Quærite me & viuetis. Quærite dominum & viuite. Matthæi.7.b. Quęrite & inuenietis.28.b.Nolite timere vos.Scio,quòd Ieſum qui crucifixus eſt quęritis.

R

Ecidiuatio ſocorditer cõmittitur. Prouer.26.b.Canis qui reuertitur ad vomitũ ſuum:ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam. Eccle.34.d.Qui baptizatur. Ieiunium.9.Hiere.2.g.Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Gala.2.d.Si enim quę deſtruxi,iterũ hęc reædifico,pręuaricatorẽ me cõſtituo. Hebr.6.a.Impoſſibile enim eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati,guſtauerunt etiam donum cœleſte,& participes facti ſunt ſpiritus ſancti,guſtauerũt nihilominus bonum dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt,rurſus renouari ad pœnitentiã.2.Pet.2.d.Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facti ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis nõ cognoſcere viã iuſtitię,quã poſt agnitã retrorſum conuerti ab eo quòd illis traditũ eſt in ſancto mãdato. Cõtingit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad vomitũ ſuũ,& ſus lota in volutabro luti. I

¶ *Grauiter punitur.* Eccle.2.e. Vę his qui. Perſeuerantia.2. Ezech.3.Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. In peccato ſuo morietur. 18.f.Si autem auerterit. Peccatum. 9. Matthæi.12.d. Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quęrens requiem & nõ inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus II

ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Lucæ.11.c. Cum immundus ſpiritus.

III ¶*Salubriter relinquitur*. Iohã.5.c. Ecce ſanus factus es iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 8.a. Vade & iam amplius noli peccare. Roma.6.a. Qui enim mortui ſumus peccato. b. Ita & vos. Mors.3.1. Corinth.15.e. Euigilate iuſti, & nolite peccare.

I REdemptionis *à peccatis ortus*. Pſal.18.d. Domine adiutor meus & redemptor meus. 110.b. Redemptionem miſit dominus populo ſuo. 129.a. Quia apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redẽptio. Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibus iniquitatibus eius. Eſa.50.a. Ecce enim in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram, quia veni & non erat vir, vocaui & non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea, vt non poſſim redimere, aut non eſt in me virtus ad liberandum?

II ¶*Modus*. Eſaiæ.52.a. Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Gratis venundati eſtis & ſine argento redimemini. Apocalyp.5.c. Dignus es domine aperire librum & ſoluere ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos deo in ſanguine tuo.

III ¶*Fructus*. Eſaiæ.52.c. Gaudete & laudate ſimul deſerta Hieruſalem, quia conſolatus eſt dominus populum ſuum, redemit Hieruſalem. Titũ.2.d. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate.

I REgnum *dei gratioſe proponitur*. Matth.13.d. Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemẽ. e. Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis. f. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Iterũ: ſimile eſt regnum cœlorum homini negociatori. Iterum: ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare. Lucæ.17.e. Ecce regnum dei intra vos eſt. 1. Corinth.4.d. Non enim in ſermone eſt regnum dei, ſed in virtute. 15. Deinde finis cum tradiderit regnum deo, & patri.

II ¶*Virtuoſe percipitur*. Matthęi.6.d. Quærite ergo primum regnum dei, & iuſtitiam eius. 7.b. Intrate. Pœnitentia.3.11.b.

11.b. A diebus autem Iohannis baptiſtę vſque nunc regnũ cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. 20. Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliâs. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno. c. Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Marc. 10. b. Amen dico. Puer. 2. Lucæ. 13. e. Domine ſi pauci ſunt qui ſaluantur. Cõtendite intrare. Pœnitentia. 11. 16. d. Lex & prophetæ vſque ad Iohannem, ex eo regnum dei euangelizatur,& omnis in il lud vim facit. Roma. 14. c. Non eſt enim. Cibus. 8. Colo. 1. c. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. 2. Timo. 2. b. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus, ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

¶ *Vitioſe negligitur.* Matth. 8. b. Dico autem vobis quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham,& Iſaac,& Iacob, in regno cœlorum, filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. 21. c. Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. Venit enim ad vos Iohannes in via iuſtitiæ. 22. a. Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. b. Intrauit autem rex. Ornatus. 1. 25. a. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus. Nouiſſime veniunt. Pœnitentia. 11. Lucæ. 13. e. Cum autem intrauerit. Pœnitentia. 11. 14. d. Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. 1. Corin. 6. b. An neſcitis quia iniqui regnum dei non poſſidebunt? Nolite errare: Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum dei poſſidebunt. Galat. 5. d. Dico autem. Caro. 3. Apoca. 21. g. Non intrabit. Beatitudo. 4. III

¶ *Fructuoſe ſtabilitur.* Dani. 2. g. In diebus autem regnorũ illorum ſuſcitabit deus cœli regnum quod in æternum nõ IIII

diſſipabitur.7.d.Aſpiciebã ergo.Iudiciũ.13. Luc̨.1.c. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob inæternum,& regni eius non erit finis.

I Regnum terrenum conſilio firmatur. Prouerbio.15.c. Diſſipantur cogitationes.Conſilium.7. Eccleſiaſt.16.a. Ab vno ſenſato inhabitatur patria, & à tribus impiis deſeretur.Danie.2.c.Ipſe mutat tempora,& ętates,transfert regna atque conſtituit.

II ¶Peccato diſſipatur. Sic Manaſſes cum populo ſuo ſcelerũ multitudinem per regem Aſſyriorum captiuatus eſt.2.Paralippo.33.b.Igitur Manaſſes ſeduxit Iudam.Eccle.10.a. Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabũtur per ſenſum prudentium.b.Propterea exhonorauit dominus conuentus malorum,& deſtruxit eos vſque in finem.Sedes ducum ſuperborum deſtruxit deus,& ſedere fecit mites pro eis. Radices gentium ſuperbarum areſecit deus,& plantauit humiles ex ipſis gentibus.c.Terras gẽtium euertit dominus,& perdidit eas vſque ad fundamentum.Areſecit deus ipſis,& diſperdidit eos, & ceſſare fecit memoriam eorum à terra.16.a.Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum, ſed percuſſit eos & execratus eſt eos præ ſuperbia verbi illorum. Non miſertus eſt illis gentem totam perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis. Eſaiæ.24.a. Ecce dominus diſſipabit terram, & mundabit eam.Diſſipatione diſſipabitur terra. Quia transgreſſi ſunt reges, mutauerunt ius, diſſipauerũt fœdus ſempiternum. b. Propter hoc maledictio vorabit terram. d. Commotione commouebitur terra,agitatione agitabitur terra ſicut ebrius,& auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis. Et grauabit eam iniquitas ſua,& corruet,& non adiiciet vt reſurgat. Hiere.48.g.Et erit cor fortium Moab in die illa ſicut cor mulieris parturientis:Et ceſſabit Moab eſſe populus,quoniam contra dominum gloriatus eſt.50.d.Illaqueauit te,& capta es Babylon & neſciebas, inuenta es & apprehenſa, quoniam dominum prouocaſti.e. Conſiſtite aduerſus eam per gyrum & nullus euadat, reddite ei ſecundum opus ſuum, iuxta

omnia quæ fecit, facite illi, quia contra dominum erecta eſt, contra ſanctum Iſrael. Ezech.14.d. Filij hominis terra. Oratio.13. 22.g. Populi terræ calumniabantur calumniam,& rapiebant violenter. Amos.9.c. Ecce oculi domini ſuper regnum peccans, & conteram illud à facie terræ.

R*Enunciationis euangelicæ modus*. Lucæ.14.g. Sic ergo omnis. Diſcipulus.2.18.d. Adhuc vnum tibi deeſt. Omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. 2.Corint.6.b. Tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes. Philip.3. b. Veruntamen exiſtimo. Iuſtitia.2. I

¶ *Fructus*. Matthæi. 19. c. Amen dico vobis, quia diues. Diuitiæ.16. Lucæ.12.d. Nolite timere puſillus grex. Vendite quæ. Eleemoſyna.2. 18. e. Amen dico vobis. Nemo eſt qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter regnum dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo futuro vitam æternam. II

R*Eſurrectio Chriſti exemplariter fuit præfigurata in Sampſone portas Gazæ in medio noctis ſilentio tollente*. Iudic. 16. Dormiuit autem Sampſon vſque ad medium noctis. In Iona, qui tribus diebus & noctibus in ventre piſcis reclusus, tertia die incolumis euaſit. Ionæ. 2. a. Et præparauit dominus piſcem grandem. d. Et dixit dominus piſci, & euomuit Ionam. Matthæi. 12. c. Sicut enim Ionas fuit in ventre cœti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. I

¶ *Hylariter per ipſum conſummata*. Matth.28.a. Veſpere autem ſabbathi, quæ luceſcit in prima ſabbathi venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum. 2. Cor.13. b. Nam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. Hebræo.13.d. Deus autem pacis, qui eduxit. Paſtor.1. Actuum.2.c. Viri Iſraelitæ audite verba hæc. Ieſum Nazarenum virum approbatum à deo in vobis virtutibus,& prodigijs,& ſignis, quæ fecit deus per illū in medio veſtri, ſicut ſcitis hunc definito conſilio,& præſcientia dei traditum per manus iniquorum, affligentes interemi- II

ſtis. Quem deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, iuxta quòd impoſſibile erat teneri illum ab illo.3.c. Deus Abraham & deus Iſaac, & deus Iacob, deus patrum noſtrorum, glorificauit filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis & negaſtis ante faciẽ Pilati, iudicãte illo dimitti. Vos autem ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis, authorẽ vero vitę interfeciſtis. Quem deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus.13.e. Deus autem ſuſcitauit eum à mortuis tertià die qui viſus eſt per dies multos his, qui ſimul aſcenderat cum eo de Galilæa in Hieruſalem, qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem.

III ¶ *Veraciter apud diſcipulos comprobata.* Matthęi.26.c. Poſtquam autem reſurrexero præcedam vos in Galilæam. 28. a. Et ecce terręmotus factus eſt magnus: angelus enim domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, veſtimentum eius ſicut nix. Reſpondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quòd Ieſum qui crucifixus eſt quæritis: Non eſt hic, ſurrexit ſicut dixit. Venite & videte locum vbi poſitus erat dominus. b. Et cito euntes dicite diſcipulis eius quia ſurrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis. Et ecce Ieſus occurrit illis dicẽs. c. Nolite timere, ite renunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Marc.16.b. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in dextris. c. Surgens autem Ieſus mane prima ſabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Nouiſſime autem recumbentibus illis vndecim apparuit. Luc.18.f. Et poſtquã flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget. 24.a. Vna autẽ ſabbathi valde diluculo, venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerãt aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingreſſæ non inuenerunt corpus domini Ieſu. b. Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, quòd erat in ſpacio ſtadiorũ ſexaginta ab Hieruſalem nomine Emaus, & loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabularentur, & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem

illorum

illorum tenebâtur ne eum agnoſcerent.f. Dum autem hęc loquuntur ſtetit Ieſus in medio eorum,& dixit:Pax vobis: Ego ſum nolite timere. Videte manus meas,& pedes quia ego ipſe ſum. Palpate & videte. Iohan.20.c. Dum ergo fleret inclinauit ſe,& proſpexit in monumentum. Et vidit duos angelos ſedentes in albis vnum ad caput, & vnum ad pedes. Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat quia Ieſus eſt.e. Cum ergo ſero eſſet die illo vna ſabbathorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hæc dixiſſet oſtendit eis manus & latus. 21.a. Poſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus, ad mare Tyberiadis. 1.Cor. 15. a. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris,ſecundum ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & quia viſus eſt Cephæ, & poſt hæc vndecim. Deinde viſus eſt Iacobo, deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime autem omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi.b. Deinde viſus eſt pluſquàm quingentis fratribus ſimul. 2.Timoth.2.b. Memor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid, ſecundum euangelium meum.

IIII ¶ *Vtiliter pro nobis operata.* Oſee.6.a. Viuificabit nos. Cognitio.5.Roma.4.d. Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. 14. b. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit vt viuorum & mortuorum dominetur. Act.13.e. Quòd autem ſuſcitauit eum à mortuis, amplius non reuerſurum in corruptionem.1.Pet.1.a. Benedictus deus. Qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos,in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem, conſeruatam in cœlis, in vobis qui in virtute dei cuſtodimini,per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo.

V ¶ *Reſurrectio generalis ſacra ſcriptura comprobatur.* Iob.19. d. Scio enim quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo

die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea,&in carne mea videbo deū ſaluatorem meū.2.Mach. 7.c. E cœlo iſta poſſideo, ſed propter dei leges nunc hæc ipſa deſpicio,quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero.12. g. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret,ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Matth. 22.c.De reſurrectione autem mortuorū non legiſtis quòd dictum eſt à deo,dicente vobis. Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob. Non eſt deus mortuorum ſed viuentium. Marc.12.c. De mortuis autem quòd reſurgant non legiſtis in libro Moſi. Luc.20.f. Quia verò reſurgant mortui, & Moſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dicit dominum deum Abraham, deum Iſaac, & deum Iacob. Deus autem non eſt mortuorum ſed viuorum. Omnes enim viuunt ei.1.Corinthio.15.g.Omnes quidem reſurgemus,ſed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti. Hebræo.11.g.Et hi omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente,vt non ſine nobis conſummarentur. Act.17.d. Quidam autem Epicurei & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo & quidam dicebant.Quid vult ſeminiuerbius hic. Alij verò,nouorum dæmoniorum videtur annunciator eſſe,quia Ieſum & reſurrectionem annunciat.23.b.Sadducæi autem dicunt non eſſe reſurrectionem mortuorum,neque angelum, neque ſpiritum, phariſæi verò confitentur vtrunque.

VI ¶ *Diuina potentia conſummatur.* Eſaiæ.26.d.Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent. Ezech.37.d. Ecce ego aperiam tumulos veſtros,&educam vos de ſepulchris veſtris, populus meus. Iohan.5. e. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumētis ſunt,audient vocem filij dei.Et procedēt qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in reſurrectionem iudicij. 6. d.Hæc eſt enim voluntas eius,qui miſit me,patris,vt omne quòd dedit mihi pater, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. 11.c. Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vita. Roma.8.b. Quòd ſi ſpiritus eius, qui

ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitãtem ſpiritũ eius in vobis. 1. Cor. 15. c. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorũ. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabũtur. 2. Cor. 4. c. Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit. 1. Theſſa. 4. d. Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, & deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo.

¶ *Pro meritorum conditione uariatur.* Daniel. 12. a. Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant ſemper. b. Qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Roma. 6. a. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. 1. Corinth. 15. e. Sed dicet aliquis: Quomodo reſurgent mortui? quali autem corpore venient? Inſipiens tu quod ſeminas, non viuificatur niſi prius moriatur. f. Stella enim differt à ſtella in claritate: Sic & reſurrectio mortuorum. Philippen. 3. d. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Vnde & ſaluatorem. Beatitudo. 5. Coloſſen. 3. a. Quum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra tunc & vos. 1. Iohannis. 3. a. Scimus quoniam quum apparuerit ſimiles ei erimus. VII

R*ixa perículoſe operatur.* Prou. 17. e. Qui meditatur diſcordias diligit rixas. 18. a. Labia ſtulti miſcent ſe rixis. 26. c. Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit impatiens, & immiſcetur rixæ alterius. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem. Ira. 6. 29. b. Vir iracundus. Prou. vbi ſup. 5. Eccl. 25. b. Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborũ. I

¶ *Fructuoſe deuitatur.* Prou. 28. d. Qui ſe iactat & dilatat, iurgia concitat. 30. d. Qui prouocat iras producit diſcordias. Eccleſiaſt. 8. d. Cum iracundo nõn facias rixam, & cum audace non eas in deſertum, quoniam quaſi nihil eſt ante eum ſanguis. II

# S.

I SAbbathū à deo ſanctificatur.
Gene.2.a. Et benedixit diei ſeptimo &
ſanctificauit illum. Exod.16.c. Requies
ſabbathi ſanctificata eſt domino. 31. b.
Videte vt ſabbathū meum cuſtodiatis,
quia ſignum eſt inter me & vos. Ezech.
20.b. Inſuper & ſabbatha mea dedi eis, vt eſſet ſignum in-
ter me & eos.

II ¶ *A bono bene obſeruatur*. Exo.30.b. Memento vt diē ſabba
thi ſanctifices. Sex diebus operaberis. Septimo aūt die ſab
bathū domini dei tui eſt, non facies in eo omne opus, tu &
filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum
tuum & aduena, qui eſt intra portas tuas. 34.c. Sex diebus
operaberis, ſeptimo die ceſſabis arare & metere. Leu.23.a.
Sex dieb⁹ facietis opus, die ſeptimo, quia ſabbathi requies
eſt, vocabitur ſanctus. Omne opus non facietis in eo. e. A
veſpere vſque ad veſperū celebratis ſabbatha veſtra. Deut.
5.b. Obſerua diem ſabbathi vt ſanctifices eum. Nō facies
in eo quicquam operis. Eſaię.58.d. Si auerteris à ſabbatho
pedem tuum facere voluntatem tuam in die ſancto meo, &
vocaberis ſabbathum delicatum, & ſanctū domini glorio-
ſum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non
inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem, tunc dele-
ctaberis ſuper domino. Hiere.17.c. Cuſtodite animas ve-
ſtras, & nolite portare pōdera in die ſabbathi. Sanctificate
diem ſabbathi. d. Si audieritis me dicit dominus, vt nō in-
feratis onera per portas ciuitatis ī die ſabbathi, & ſi ſancti-
ficaueritis diē ſabbathi, ne faciatis in eo omne opus, ingre
dientur per portas ciuitatis huius reges & principes, & ha-
bitabatur ciuitas hæc in ſempiternum. Matth.12.a. Itaque
licet ſabbathis benefacere. Mar.2.d. Sabbathū propter ho
minem factū eſt, & nō homo propter ſabbathū. Itaque do-
minus eſt filius hominis etiā ſabbathi. Luc.6.b. Interrogo
vos, ſi licet ſabbathis benefacere an male, animā ſaluā face
re an perdere? 13. Hypocritę vnuſquiſq; veſtrū ſabbatho nō
ſoluit bouem ſuū aut aſinum à præſepio & ducit adaquare?

¶ *A male*

❡ *A malo male uiolatur.* Exo.35.a. Sex diebus facietis opus: III
ſeptimus dies erit vobis ſanctus. Colligẽs ligna ſabbatho,
præcepto domini lapidatus fuit. Num.15.d. Factum eſt au
tem quum filij Iſrael in deſerto. Thob.2.a. Dies veſtri cõ-
uertentur in lamentationem & luctum. Eſa.1.d. Neome-
niam & ſabbathum, & feſtiuitates alias non feram. Calen-
das veſtras, & ſolennitates veſtras odiuit anima mea. Hie-
remiæ.17. Si autem nõ audieritis me vt ſanctificeris diem
ſabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas die
ſabbathi, ſuccendam ignem in portis eius, & deuorabit do
mos Hieruſalem. Amos.5.f. Odi & proieci feſtiuitates ve-
ſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum. 8.c. Et
conuertam feſtiuitates veſtras in luctum.

SAcerdos *bonus deum pie honorat.* Exodi.19.d. Sacerdotes I
quoque qui accedunt ad dominum ſanctificentur ne per-
cutiam eos. 28.f. Portabítque Aaron iniquitates eorũ, quæ
obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael. 30.c. Facies & la
bium æneum, cum baſi ſua ad lauandum. Et miſſa aqua laua
bunt in eo Aaron & filij eius manus ſuas & pedes quando
ingreſſuri ſunt tabernaculum. Leuit.9.b. Accede ad altare
& immola pro peccato tuo. Offer holocauſtum, ait Moſes
Aaron, deprecare pro te & pro populo. 10.a. Sanctificabor
in his qui appropinquant mihi. 21.a. Sancti erunt deo ſuo,
& nõ polluent nomen eius. Incenſum enim domini, & pa-
nes dei ſui offerẽt, & ideo ſancti erunt. 22.a. Omnis homo
qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, &
quæ obtulerũt filij Iſrael domino. In quo eſt immunditia,
peribit coram domino. 1.Reg.2.g. Et ſuſcitabo mihi ſacer
dotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam fa-
ciet. Malach.2.b. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis,
& dedit ei timorẽ & timuit me. Heb.5.a. Omnis pontifex IV
ex hominibus aſſumptus, pro hominibus cõſtituitur in his
quæ ſunt ad deũ, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.
❡ *Seipſum congrue ordinat in uictu.* Leuit.10.b. Vinum & o- II
mne quòd inebriare poteſt, non biberis tu & filij tui, quan-
do intrabitis in tabernaculum teſtimonij. Titum.1.b. O-
portet epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpẽſatorem,
non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum.

III ¶*Geſtu*. Leuit.21.b.Scortum & vile proſtibulum non du cet vxorem.c.Virginem ducet vxorem. Pſal.131.b.Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Eſaiæ.52.d. Mundamini qui fertis vaſa domini.Ezech.44.f.Et viduam & repudiatam non accipient vxorem.Titum.5.d.Teipſum caſtum cuſtódi. 2.Timoth.2.d. Iuuenilia autem deſideria fuge, ſectare vere iuſtitiam, fidem, ſpem, charitatem, & pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro.

IIII ¶*Proximum bene ædificat uerbo*. Deute.17.b.Si difficile & ambiguum. Iudicium.25. Iud.8.c. Et nunc fratres quoniam eſtis presbyteri in populo dei,& ex vobis pendet anima illorum,ad eloquium veſtrum corda illorum erigite. Ezech.44.f. Et populum meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pollutum, mundum & immundum oſtendent eis:Et quum fuerit cõtrouerſia, & ſtabunt in iudiciis meis, & iudicabunt. Malach.2.b. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& legem requirent ex ore eius,quia angelus domini exercituum eſt. 1.Timo.4.d. Attende enim. Euangelium.1. 1.Petri.3.c. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt, ſpe,& fide,ſed cum modeſtia & timore, conſcientiam habentes bonam,vt in eo quòd detrahunt de vobis, confundantur qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.5.a.Paſcite qui in vobis.Paſtor.5.

V ¶*Exemplo*. 1.Cor.4.a. Sic nos exiſtimet. Miniſterium.1. 2.Corin.6.a. Nemini dantes vllam offenſionem,vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros. 1. Timoth.4.d. Nemo adoleſcentiam.Euangelium.7.Titũ.2.b.In omnibus teipſum,vbi ſuprà.

VI ¶*Sacerdos bonus ad officium rite uocatur*. Sic Aaron à deo fuit vocatus,& per Moſen conſecratus. Exodi.28.a. Applica quoque à te Aaron cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael,vt ſacerdotio fungantur mihi. 30.d. Aaron & filios vnges ſanctificabiſque eos,vt ſacerdotio fungantur mihi. 40.c.Applicabiſque Aaron & filios eius ad foris tabernaculi teſtimonij,& lotos aqua indues ſanctis veſtibus,vt mihi miniſtrent, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternũ

proficiat.

proficiat. Leuit. 8. Quúmque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus vnxit illud,& omnia vaſa eius, labrúmque cum baſi ſua ſanctificauit oleo. Quòd fundens ſuper caput Aaron vnxit eum,& conſecrauit. d. Quem cũ immolaſſet Moſes,ſumens de ſanguine eius (arietis immolati) tetigit extremum auriculæ dextrę Aaron,& pollicem manus eius dextræ,ſimiliter & pedis. g. De oſtio quoque tabernaculi non exibitis ſeptem diebus. Septem enim diebus finitur conſecratio. 21.d. Homo de ſemine tuo, per familias qui habuerit maculam, non offeret panes deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. Ego dominus qui ſanctifico eos. 1. Macha. 4.e. Et elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege dei, & mundauerũt templum. Titũ.1.a. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas,& cõſtituas per ciuitates presbyteros ſicut & ego diſpoſui tibi. Heb. 5.b. Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à deo. Act. 14.d. Et quum cõſtituiſſet illis per ſingulas eccleſias presbyteros.

¶*A bonis debite honoratur.* Gen. 47.c. Emit igitur Ioſeph omnem terram Aegypti, vendẽtibus ſingulis poſſeſſiones ſuas,prę magnitudine famis. Subiecítque eam Pharaoni,& cunctos populos eius,præter terram ſacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis,quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Deut. 17.c. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imp. Iudicium. 25. Eccleſi. 4.a. Et presbytero humilia animam tuam. 7.c. In tota anima tua time deum,& ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas. d. Et honorifica ſacerdotes. Da illis partem,ſicut mandatum eſt tibi. Primitiarum & purgationis. 1. Tim. 5.c Qui bene præſunt presbyteri. Euangelij vſus. VII

¶*Plene à deo remuneratur.* Num. 5.b. Omnes quoque primitiæ quas offerunt filij Iſrael, ad ſacerdotem pertinẽt,& quicquid in ſanctuariũ offeretur à ſingulis,& traditur manibus ſacerdotis ipſius erit. 18.b. Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum. Omnia quæ ſanctificantur à filiis Iſrael, tibi tradidi & filiis tuis, pro officio ſacerdotali,legitima ſempiterna. In terra eorum nihil poſſidebitis, nec VIII

habebitis partẽ inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Deute.10.b. Quamobrem non habuit Leui partem neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis, quia ipſe dominus poſſeſſio eius eſt. Eccl.45.d. Cæterum inter gentes nõ hæreditabit. Ipſe enim eſt pars eius. Ezec.44.g Non erit autem eis hęreditas ego hæreditas eorum. Victimam & pro peccato, & pro delicto ipſi comedent, & omne votum Iſrael ipſorum erit. Et primitiua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quę offeruntur, ſacerdotum erunt. Zachariæ.3.c. Si in viis meis ambulaueris & cuſtodiam meam cuſtodieris, tu quoque iudicabis domum meam & cuſtodies, tu quoque iudicabis domum meam & cuſtodies atria mea.

IX ¶ *Sacerdos malus ambitioſe ſe ingerit.* Leuit.10.a. Arreptisq; Nadab & Abiu filij Aarõ thuribulis ſuis impoſuerunt ignẽ & incenſum deſuper offerẽtes coram domino ignem alienum, quòd eis præceptum nõ erat. Egreſſúsque ignis à domino deuorauit eos, & mortui ſunt coram domino. 17.a. Homó quilibet de domo Iſrael ſi occiderit bouẽ aut ouem ſiue capram in caſtris, vel extra caſtra, & non obtulerit ad oſtium tabernaculi oblationẽ dõmino, ſanguinis reus erit. Ideo ſacerdoti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas. Core ambitioſus cũ ſuis interiit. Nume.16.a. Ecce autem Core.c. Cõfeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit eos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum. 17.d. Refer virgã Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcãt querelæ eorũ à me, ne moriantur. 18.b. Si quis externus acceſſerit occidetur. Hieroboan thus ſuper altare ſuũ iaciens per prophetam à deo miſſum increpatus eſt. 3.Reg.13.a. Ecce vir dei venit de Iuda. Ozias rex lepra percuſſus fuit, eo ꝙ officiũ ſibi vſurpare voluit ſacerdotis. 2.Par.26.c. Sed cũ corroboratus eſſet eleuatum eſt cor eius. Eccle.45.c. Quia cõtra illũ ſteterunt alieni. Vidit dominus deus & nõ placuit illi. Hier.2.b. Sacerdotes nõ dixerunt, vbi eſt dominus, & tenẽtes legẽ neſcierũt me, & paſtores pręuaricati ſunt in me.

X ¶ *Proximum ſcandaloſe inficit.* Eſaiæ.28.b. Sacerdos & pro-

Ebrietas

Ebrietas.2.56.d.Speculatores eius cæci. Euangelium.15. Hierem.5.g.Stupor & mirabilia,vbi ſuprà.8.c.Quomodo dicitis:Sapientes nos ſumus:&, Prælatus.11. Ezech.12.f. Sacerdotes eius contempſerunt legem meam,& polluerũt ſanctuaria mea: Inter ſanctum & prophanũ non habuerũt diſtantiam, inter pollutum & mundum non intellexerũt.

¶ *Semetipſum opprobrioſum reddit.* Baruc.6.a.Coronas aureas habent ſuper capita ſua dij eorum,vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurum & argentum,& erogant illud in ſemetipſis. Dant autem & ex ipſo proſtitutis & meretrices ornãt,& iterum quum receperint illud à meretricibus,ornant deos ſuos. Oſee.4. Quia tu ſcientiam repuliſti,repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos. 5.a. Audite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael,& domus regis auſcultate iudicium. Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi,& ſicut rete expanſum ſubter Thabor,& victimas declinaſtis in profundum. Iohel. 1.c. Accingite vos & plangite ſacerdotes, vlulate miniſtri altaris. Ingredimini,cubate in ſacco miniſtri dei mei, quoniam interiit de domo dei veſtri ſacrificium& libatio. Mich.3.d.Sacerdotes eius in mercede docebant. Soph.3. a.Sacerdotes eius polluerunt ſanctum,iniuſtè egerunt cõtra legem. Malach.1.b.Ad vos ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum,& dixiſtis quo deſpeximus? Offertis ſuper altare meum panem pollutum.c.Non eſt mihi voluntas in vobis,dicit dominus:& munus nõ ſuſcipiã de manu veſtra.2.a.Si nolueritis aud. Maledictio.5.b.Vos autẽ receſſiſtis de via, & ſcãdalizaſtis plurimos in lege. Propter ꝙ & ego dedi vos cõtẽptibiles,& humiles omnibus populis, ſicut nõ ſeruaſtis vias meas & accepiſtis faciẽ in lege. XI

¶ *Sacerdotium ſpirituale.* Exod.19.a.Si ergo audieritis vocem meam,& cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi peculium de cunctis populis. Mea eſt enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale,& gens ſancta. Eſa. 61.b. Vos autem ſacerdotes domini vocabimini, miniſtri dei noſtri dicetur vobis. 1.Pet.2.a. Ad quem accedentes. Domus.2.b.Vos autem genus electum,regale ſacerdotiũ, gens ſancta,populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis XII

eius,qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ. Apoc.1.b. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnũ & ſacerdotes deo & patri ſuo. 5.c. Et feciſti nos deo noſtro regnũ, & ſacerdotes.

I SAl *in ſacrificiis fuit uſitatum.* Leui.2.d. Nec auferas ſal fœderis dei tui de ſacrificio. In omni oblatione offeres ſal.

II ¶ A *Chriſto commendatũ.* Matt.5.b. Vos eſtis ſal terræ, quòd ſal ſi euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Mar.9.g. Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur. Bonum eſt ſal. Habete in vobis. Luc.14.g. Bonum eſt ſal. Si autem ſal euanuerit.

I SAlus *ſpiritualis quomodo acquiratur.* Pſalm.29.a. Domine deus clamaui ad te, & ſanaſti me. 40.a. Sana animã meã quia peccaui tibi. 146.a. Qui ſanat cõtritos corde. Eſa.25.d. Ecce deus noſter iſte, expectauimus eũ, & ſaluabit nos. 45.c. Iſrael ſaluatus eſt in domino ſalute æterna. d. Deus iuſtus & ſaluans nõ eſt pręter me. Hier.17.b. Sana me domine, & ſanabor: ſaluũ me fac. & ſaluus ero, quoniam laus mea tu es. Oſe.1.c. Et ſaluabo eos in dño deo ſuo. Matth.16.d. Qui enim voluerit animã ſuam ſaluã facere, perdet eã. Qui aũt perdiderit animã ſuã propter me, inueniet eã.

II ¶ *Ad quid requiritur.* Eccleſi.30.c. Salus animę in ſanctitate iuſtitię, & melior eſt omni auro. Matth.10.d. Qui inuenit animã ſuam, perdet eam. Luc.9.c. Qui enim voluerit animam. Quid enim proficit homini. Iohan.12.d. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit ani. Odium.1.

III ¶ *Salus corporalis mirabiliter commendatur.* Eccleſiaſt.30.c. Et melior eſt corpus validũ quàm cenſus immenſus. Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis.

IIII ¶ *Salubriter conſeruatur.* Deut.28.g. Inſuper & omnes languores, & plagas quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius, inducet dominus ſuper te, donec cõteraris. Eccleſi.30.d. Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis. Triſtitiam longe expelle à te. Multos enim occidit triſtitia & non eſt vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuent dies. Splendidum cor. Cibus.3. 31.c. In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Iohannis. 5.c.

5.c. Ecce iam ſanus. Infirmitas.1.

SAnctitas gratioſe à deo datur. Leui.21.d. Ego dominus qui ſanctifico vos: ne polluatis nomen meum ſanctũ. Ego dominus qui ſanctifico vos. Eſa.8.c. Dominũ exercituũ. Lapis.2.1.Theſ.5.d. De ipſe autẽ deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduẽtu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Hebr.10.c. In qua volũtate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. 13.b. Propter quòd & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. 1.Iohan.3.c. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. I

¶ *Studioſe in bono ordinatur.* Exodi.19.b. Vade ad populũ & ſanctifica illos hodie & cras, & ſint parati in diem tertiũ.c. Deſcendítque Moſes de monte ad populum, & ſanctificauit eum. Quumque lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos: Eſtote parati in diem tertiũ, & ne approximetis vxoribus veſtris. Eccleſia.20.b. Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut ſol. Iohannis.17.c. Sanctifica eos in veritate. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. 1.Petri.1.c. Propter quòd ſuccincti. Caſtitas.2. II

¶ *Fructuoſe in nobis conſeruatur.* Leuiti.11.g. Sancti eritis, qui ego ſanctus ſum. 19.a. Sancti eſtote, quia ſanctus ego ſum dominus, & ſeparaui vos à cæteris populis vt eſſetis mei. 20.b. Sanctificamini, & eſtote ſancti.d. Eritis mihi ſancti. Deut.26.d. En dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris. 1.Theſſa.4.a. Hęc eſt enim volũtas dei. Abſtinentia.1. Apoc.22.c. Et ſanctus ſanctificetur adhuc. III

SApientia diuina. Sap.7.c. Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus. d. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia. Eccle.1.a. Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis.24 c. Ego ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.1.Cor.1.d. Qui factus eſt nobis ſapientia à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio. I

¶ *Vera à deo acquiritur.* Deut.33.a. Et qui appropinquãt pedibus eius, accipient de doctrina illius.3.Re.3.b. Et dixit dñs Salomoni: Quia poſtulaſti verbũ hoc & nõ petiſti tibi II

dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſcientiam ad diſcernendum iudiciũ: ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos. Iob.28.b. Sapientia verò vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ? Neſcit homo precium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.c. Trahitur autem ſapientia de occultis. Pſalm.70.c Quoniam non cognoui literaturam. Deus docuiſti me à iuuentute me. 118.n. Super inimicos meos prudentem me feciſti. Prouerb.1.a. Timor domini principium ſapientiæ. 2.a. Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te, vt audiat ſapientiã auris tua, inclina cor tuum ad cognoſcendã prudẽtiam. Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem domini, & ſcientiam dei inuenies: quia dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudẽtia & ſcientia. 9.c. Principium ſapientiæ timor domini. Eccleſiaſtes.10.b. Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, ſed hæbetatum fuerit, multo labore exacuetur, & poſt ſequetur ſapientia. Sapientiæ.1.a. Quoniam in maliuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. 6.b. Clara eſt, quæ nunquam marceſcet, ſapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui ſe concupiſcunt vt illis ſe prior oſtendat. 7.a. Propter hoc optaui & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ. d. Et quum ſit vna omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert. Eccleſiaſt.1.a. Omnis ſapientia à domino deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. b. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem, ſecundum datum ſuum, & præbet illam diligentibus ſe. d. Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & deus præbebit illam tibi. 6.d. Si inclinaueris aurem tuam excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire ſapiẽs eris. Cogitatum tuum. Cogitatio.3. 21.b. Non erudietur qui non eſt ſapiens in bono. 38.c. Sapientiã ſcribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu ſapiẽtiam, percipiet, quia

quia ſapientia replebitur. 39.a. Sapientiam antiquorũ exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. 43.d. Omnia autem dominus fecit, & pie agentibus dedit ſapientiam. Eſa.28.c. Quem docebit. Abſtinentia.4. 48.c. Ego dominus docens te vtilia. Baruc.3.d. Quis aſcendit in cœlum, & accipit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis trans fretauit mare, & inuenit illam? Non eſt qui poſſit ſcire vias eius. Dani.2.c. Sit nomẽ domini benedictum à ſeculo & vſque in ſeculum, quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. d. Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Matth.11.d. Confitebor tibi pater domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Luc.21.c. Ego enim dabo. Perſequutio.3. Iaco.1.a. Si quis veſt. Oratio.3.

¶ *A ſtulto deſpicitur.* Prou.1.a. Sapientiam atque doctrinã ſtulti deſpiciunt. Sap.3.c. Sapientiam enim. Diſciplina.2. Eccle.6.c. Quàm aſpera. Doctrina.3. Eſaię.27.d. Non eſt enim populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius qui fecit eũ. Oſee.4.d. Et populus non intelligens vapulabit. III

¶ *A bono exquiritur quia bene ordinatur ad deum.* Deuter.4. IIII
a. Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc dicant: En populus ſapiens & intelligens. Iob.28.d. Et dixit homini: Ecce timor domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Prouerbiorum.3.a. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.14. b. Sapiens timet, & declinat à malo. Sapiẽtiæ.6.c. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, aſſidentem enim illã foribus ſuis inueniet. Cogitare ergo de illa ſenſus eſt cõſummatus. 7.d. Neminem enim diligit deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole. Eccleſiaſtici.1.b. Initium ſapiẽtiæ timor domini.c. Radix ſapientiæ eſt timere deum, & rami illius longęui.d. Sapiẽtia enim & diſciplina timor domini.14.c. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur.19.c. Et non eſt ſapientia nequitię diſciplina, & nõ eſt cogitatus bonus peccatorum prudentia.

21.b. Cõſummatio timoris dei ſapiẽtia & ſenſus. 33.a.Sapiens nõ odit mandata & iuſtitias. 39.a. Cor ſuum tradet ad vigilandũ diluculo ad dominũ qui fecit illũ & in conſpectu altiſſimi deprecabitur, Si enim dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum. Eph. 5.c. Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus. 1. Petri. 4.b. Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

V ¶ *Erga ſeipſum.* Prou. 3.a. Nes ſis ſapiẽs apud temetipſum. 14.a. Sapiẽtia callidi eſt intelligere viã ſuam, & prudentia ſtultorũ errans. 17.d. In facie prudẽtis lucet ſapientia. Eccle. 21.b. Scientia ſapientis tãquam inundatio abundabit. Rom. 12.a. Dico enim per gratiã, quæ data eſt mihi. Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ. d. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. 16.c. Sed volo vos ſapiẽtes eſſe in bono, & ſimplices in malo. 1. Cor. 3.d. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiẽs. Iac. 3.d. Quæ aũt deſurſum. Miſericordia.

VI ¶ *Ad proximum.* Verbo. Prou. 27.b. Stude ſapientię fili mi, & lętifica cor meũ, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonẽ. Eccle. 8.a. Tẽpus & reſponſionẽ cor ſapientis intelligit. 10.c. Verba oris ſapiẽtis gratia. Eccle. 3.d. Sapiens cor. Abſtinentia. 1. 4.d. In lingua enim ſapientia dignoſcitur, & ſenſus, & doctrina, & ſciẽtia in verbo ſenſati. 20. b. Sapiẽs in verbis ſeipſum amabilẽ facit. d. Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudẽs placebit magnatis. Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq; ? Melior eſt qui celat inſipientiã ſuam, quàm qui abſcondit ſapientiã ſuã. 21.c. Os prudentis quæritur in eccleſia, & verba illius cogitabũt in cordibus ſuis. 37.d. Vir ſapiẽs implebitur benedictionibus, & vidẽtes illũ laudabũt. 1. Cor. 1.a. Quia in omnibus diuites facti eſtis. Diuitiæ.

VII ¶ *Opere.* Prou. 10.b. Sapiens corde pręcepta ſuſcipiet. 12. c. Via ſtulti recta in oculis eius, qui autẽ ſapiẽs eſt, audit cõſilia eius. Ecclẽs. 8.a. Sapiẽtia hominis lucet in vultu eius Eccleſia. 18.d. Homo ſapiẽs in omnibus metuit, & in diebus delictorũ attendit ab inertia. Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam, & inuenienti eam dabit confeſſionem. 41.c.

Diſciplinam in pace conſeruate filij.Iacob.3. c. Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione operationem in manſuetudine ſapientiæ.

¶ *Decorat in bonis gratiæ.* Prouerbio.3.b.Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti, primi & puriſſimi fructus eius. Precioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur huic non valent comparari. 9.c.Si ſapiens fueris tibimetipſi eris. Eccleſiaſtes.7.c. Hoc autem plus habet eruditio & ſapientia quòd vitam tribuunt poſſeſſori ſuo.Sapientiæ.7.b.Super ſalutem &ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illam,quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa & innumerabilis honeſtas per manus illius. 9.c.Mitte illam de cœlis ſanctis tuis,& à ſede magnitudinis tuæ vt mecum ſit & mecum laboret:vt ſciam quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobrie,& cuſtodiet me in ſua potentia. Eccle.21.d. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro. 37.c. Anima viri.Conſilium.4.d.Eſt ſapiens animæ ſuæ ſapiens,& fructus ſenſus illis laudabilis Sapiens in populo hæreditabit honorem,&nomen illius erit viuens in æternum.Dan.12. c. Qui autem docti fuerint.Reſurrectio. 7. VIII

¶ *In bonis naturæ.* Prou.1.d.Qui autem me audierit abſque terrore requieſcet,& abundantia perfruetur,timore malorum ſublato.2.c.Si intrauerit ſapientia cor tuum,& ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te,& prudētia ſeruabit te,vt eruaris à via mala,& ab homine qui peruerſa loquitur.3.d. Gloriam ſapientes poſſidebunt. 8. b. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis,& omne deſiderabile ei non poteſt comparari. 24.a. Vir ſapiens & fortis eſt. Ecclés.7.b. Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem.c. Sapientia confortauit ſapientem, ſuper decem principes ciuitatis. Sapien.8.a. Etſi diuitiæ appetuntur in vita quid ſapientia locupletius,quæ omnia operatur?c.Habebo propter hanc claritatem ad turbas,& honorem apud ſeniores. IX

X ¶ *Sapientia mala ſiue mundana, deum prouocat.* Eccleſi.19.d. Melior eſt homo qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore dei, quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem altiſſimi. Eſa.5.c. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. 29.c. Claudet oculos veſtros prophetas & principes veſtros, qui vidẽt viſiones operiet. 40.f. Qui dat ſecretorũ ſcrutatores quaſi non ſint. 44.d. Ego ſum dominus. Irrita faciens ſigna diuinorum. Aſtrologia.2. 47.c. Et fiduciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti: Non eſt qui videat me. Sapiẽtia tua, & ſcientia tua hæc decepit te. Hier. 8.c. Quomodo dicitis: Sapiẽtes nos ſumus? Roma.12.d. Non alta ſapientes, ſed humilibus cõſentientes. 1.Cor.1.c. Scriptum eſt enim: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Nónne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? Nam quia in dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam deum, placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.

XI ¶ *Peccatum multiplicat.* Eccl.19.c. Et nõ eſt ſapiẽtia nequitiæ diſciplina, & non eſt cogitatus bonus peccatorũ prudẽtia. Eſt prudẽtię nequitia, & ĩ ipſa execratio, & eſt inſipiẽs qui minuitur ſapiẽtia. Eſt ſolertia certa & ipſa iniqua. Hie. 4.f. Sapiẽtes ſunt vt faciant mala, bene autẽ facere neſcierunt. Roma.1.c. Dicentes enim ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. 8.b. Nam prudẽtia carnis mors eſt, prudẽtia autẽ ſpiritus, vita & pax. Quoniã ſapientia carnis inimica eſt deo, legi enim dei non eſt ſubiecta. 1.Cor.8.a. Scientia inflat, charitas verò ędificat. Si quis autẽ ſe exiſtimat aliquid ſcire, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire.

XII ¶ *Proximum moleſtat.* Sic Achitophel conſilia contra Dauid dedit Abſalon. 2.Reg.16.d. Et ait Achitophel: Ingredere ad concubinas patris tui, vt quum audierit omnis Iſrael quòd fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorũ. Luc.16.b. Filij huius ſeculi prudẽtiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Iac.3.d. Quòd ſi zelũ. Zelus.3.

XIII ¶ *Ipſum hominem infamat.* Prouer.26.b. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpẽ habet inſipiens. 28.b. Sapiens pauper. 6. Eccle.21.b. Non erudietur, qui non eſt

ſapiens

ſapiens in bono. Doctrina.5.Hier.51.b. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua.1.Cor.3.d.Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud deum.

V ¶ *Famam*. Prouer. 3. Stultorum exaltatio ignominia. 11.d. Et qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. 17.d. Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam, ſed nec pater in fatuo lætabitur. Ira patris filius ſtultus. 19.b. Non decent ſtultum delitiæ. Dolor patris filius ſtultus. 27.d. Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, nõ auferetur ab eo ſtultitia eius. Ecclés. 1.d. Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. 7.c. Ne impiè agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tẽpore nõ tuo. 10.a. Sed & in via ſtultus ambulans, quum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. c. Labor ſtultorum affliget eos. Ecclĩ. 21.c Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit. Cõpedes in pedibus ſtulto doctrina, & quaſi vincula

cula manuum ſuper pedem dextrum. 33.a.Præcordia fatui quaſi rota carri,& quaſi axis verſatilis cogitatus illius.

¶ *Subſtantiam.* Prouerb.1.c. Vſquequo paruuli diligitis infantiã,& ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia,cupient?17.b.Quid prodeſt ſtulto habere diuitias,quum ſapientiam emere nõ poſſit.19.d.Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. 26.a. Flagellum equo & chamus aſino,& virga in dorſo imprudentium. b. Vidiſti hominem.Sapientia.13. VI

SV*perbus deum offendit.* 4.Regũ.19.f.Inſaniſti in me (ait dominus per Eſaiam Sennacherib)& ſuperbia tua aſcẽdit in aures meas.Thob.4.c.Superbiam nunquam in ſenſu tuo,aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Iudith.9.d. Nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi. Iob.15.d.Tetendit enim aduerſus deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt.Cucurrit aduerſus deũ erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.Pſalmo.73. Superbia eorum qui te oderunt aſcẽdit ſemper.118.g.Superbi iniquè agebant vſquequaque. Prouerb.8.b.Arrogantiam & ſuperbiam,& viam prauã, & os bilingue deteſtor.16.a.Abominatio domini eſt omnis arrogans,etiam ſi manus ad manum fuerit, non erit innocens.Eccleſi.10.a.Odibilis coram deo eſt & hominibus ſuperbia.b.Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à deo,quoniam ab eo qui fecit eum, receſſit cor eius, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.c.Non eſt creata hominibus ſuperbia. Hiere.48.e. Audiuimus ſuperbiam Moab.Superbus eſt valde.Sublimitatem eius,& arrogantiam,& ſuperbiam,& altitudinem cordis eius,ego ſcio,ait dominus iactantiam eius,eo quòd non ſit iuxta eam virtus eius. Amos.6.c. Deteſtor ego ſuperbiam Iacob. Luc.16.d.Quia quòd hominibus altum eſt, abominabile eſt apud deum.Iaco.4.b. 1.Petri.5.b. Deus ſuper ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. I

¶ *Seipſum extollit.* Iob.11.c.Vir vanus in ſuperbiam erigitur,& tanquam pullum onagri, ſed liberum natum putat. 15.b.Quid te eleuat cor tuum?c.Cunctis diebus impius ſuperbit, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius, II

Pſal.130.a.Domine non eſt exaltatum cor meum. Neque ambulaui in magnis,neque in. Prouerb.21.d. Superbus & arrogans vocatur indoctus, quia in ira operatur ſuperbiā. Eccle.6.a.Non te extollas.Cogitatio 6.13.c. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas.13.a. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi.2. Macha.5.d. Igitur. Antiochus æſtimans ſe præ ſuperbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum, deductum propter mentis elationem. Roma.11.c. Noli altum ſapere ſed time.12.d. Non alta ſapientes,ſed humilibus cōſentientes. 1.Cor.4. b.Quid autē habes.Gloria 3.Gala.6.a. Nam ſi quis exiſti mat,vbi ſuprà 5.Iaco.4.d.Nunc autē exulta.Gaudium.7

III ¶*Proximum deſpicit uerbis*.Prou.11.a. Vbi fuerit ſuperbia, ibi & contumelia.13.b. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. 26.d.Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile,ſic labia tumentia cum peſſimo corde. 28.d. Qui ſe iactat & dilatat,iurgia cōcitat. Eccle.27.b. Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborū & maledictio illorū auditus grauis.

IIII ¶*Factis*.Heſt.14.d.Tu ſcis neceſſitatem meā,quod. Ornatus 2.Prou.16.c.Melius eſt humiliari cū mitibus,quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis. Eccleſi.13.a.Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam. Eſaię 16.b. Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde. Superbia eius & arrogantia eius,& indignatio eius, plus quàm fortitudo eius. 1. Corinth.4.b. Hæc autem fratres transfiguraui in me, vt in nobis diſcatis,ne ſupra quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterum infletur pro alio.

V ¶*Seipſum lædit in perſona*.Numer.15.d. Anima verò. Peccatum 6.Iob 10.c. Et propter ſuperbiam quaſi leænam capies me.20.c.Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit. Quaſi ſterquilinium in fine perdetur.41.d.Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię. Pſalm.30.g.Diligite dominum omnes ſancti eius, quoniam retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.35.c.Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem.118.c.Increpaſti ſuperbos. 130.a.Si nō humiliter ſentiebam,ſicut ablactatus eſt ſuper

matre

matre ſua. Prouer.16.c. Contritionē pręcedit ſuperbia, & ante ruinā exaltabitur ſpiritus. 18.b. Antequam cōteratur exaltatur cor hominis. 29.d. Superbum ſequitur humilitas. Sapien. 5.b. Quid nobis profuit ſuperbia, diuitiarum iactantia quid contulit nobis. Tranſierunt omnia illa tāquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens. Eccleſi.10. b. Quid ſuperbis terra & cinis? Eſaiæ.13.c. Et requieſcere faciam ſuperbiam infidelium. 14.c. Quomodo cecidiſti Angelus. 11. Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo. In cœlū conſcendam, ſupra aſtra cœli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Veruntamen ad infernum detraheris. 28.a. Væ coronæ ſuperbiæ ebriis Ephraim. Ezechiel.16.f. Ecce hæc fuit. Ocium.1.17.g. Et ſcient omnia I lig. Arbor.3. Oſee.13.b. Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum & obliti ſunt mei, & ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via. Iohel.2.e. Et aſcendit fœtor eius, & aſcendit putredo eius, quia ſuperbè egit. Abdi.1.b. Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum, inde detraham te dicit dominus. Abacuc.2.a. Et quomodo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur. 1. Ma II chabæorum.2.g. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt. 2. Machabæorum.9. b. Et qui paulo ante ſydera cœli contingere ſe arbitrabatur: eum nemo poterat propter intollerantiam fœtoris portare. Marci.12.d. Cauete à ſcribis qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere I in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis. Lucæ.1.e. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. 14.c. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Apocalypſis.18.b. Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.

¶ *In ſubſtantia.* 2. Paralip.32.f. Humiliatúſque eſt poſtea, VI eo quòd exaltatum fuiſſet cor eius. Prou.15.c. Domum ſuperborū demolietur dominus. Eccl.10.b. Sedes ducum ſuperborū. Regnum terrenū. 2. Memoriā ſuperborū perdidit

deus.21.a.Et domus quæ nimis locuples eſt annullabitur ſuperbia, ſic ſubſtantia ſuperbi eradicatur. Eſaiæ.3.c. Pro eo quòd eleuatę ſunt filię.Gaudium.8.23.b.Dominus exercituum cogitauit hoc,vt detraheret ſuperbiã omnis gloriæ. Hiere.48.f. Quia plus fecit quàm potuit,idcirco perierunt.g.Et ceſſabit Moab eſſe populus, quoniam contra dominum gloriatus eſt. Ezec.28.b.Eo quòd eleuatum eſt cor tuum quaſi cor dei,idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium.c.Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, perfectus decore, in deliciis paradiſi dei fuiſti.Omnis lapis precioſus operimentum tuum. d. Peccaſti & eieci te de monte ſancto dei Nabuchodonoſor ob ſuperbiam in beſtiarum modum cum feris eiectus fuit.Danie.4.f.Nónne hæc eſt Babylon.

I SV*ſurro horribiliter malignatur*. Prouer.26.c. Verba ſuſurronis,quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis. Eccl.5.d.Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia,& denotatio peſſima ſuper bilinguem. Suſurratori autem odiũ,& inimicitia,& contumelia.21.d.Suſurro coinquinabit animam ſuam,& in omnibus odietur. 28.b, Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.

II ¶ *Vtiliter uitatur*.Leuit.19.c.Non eris criminator, nec ſuſurro in populis. Eccleſia.5.d. Non appelleris ſuſurro in vita tua,& lingua tua ne capiaris,& confundaris.

## T

I TAciturnitas laudabilis. Iob.13.a. Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. Prouer.17.d.Stultus ſi tacuerit ſapiens reputabitur,& ſi cõpreſſerit labia ſua intelligens. Eccleſi.19.d. Eſt tacens & ipſe eſt prudens. 20.a.Eſt tacens qui inuenitur ſapiens. Et eſt tacens ſciens tempus apti temporis.21.d.Tacitus & ſenſatus honorabitur.

II ¶ *Vituperabilis*. Pſal.31.a.Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea. Eccle.20.a.Eſt autem tacens, non habens ſenſum loquelę. Eſa.56.d.Speculatores cæci.Euang.15.

Templum ſpirituale uirtute decoratur. Pſal. 64.a. Sanctum eſt templum tuũ mirabile in æquitate. 1. Cor. 3.d. Neſcitis quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis. 6.d. An neſcitis quoniam membra veſtra templũ ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à deo? 2. Corinth. 6.d. Qui autem conſenſus templo dei cũ idolis? Vos enim eſtis templum dei viui. Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit dominus. Ephe. 2.d. Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici dei, ſuperædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in tẽplum ſanctum in domino, in quo & vos coędificamini in tabernaculum dei in ſpiritu ſancto. Actu. 17.f. Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ quũ ſit dominus, non in manufactis templis habitat. I

¶ *Iniquitate fœdatur.* 1. Cor. 1.d. Si quis autem templum dei violauerit, diſperdet illum deus. Templum enim dei ſanctum eſt, quòd eſtis vos. 2. Cor. 13.b. An non cognoſcitis voſmetipſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt, niſi fortè reprobi eſtis. II

¶ *Templum materiale.* Diuinis myſteriis dedicatur. Exod. 25.a. Faciéntque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quòd oſtẽdam tibi, & omnium vaſorũ in cultum eius. b. Inde præcipiam & loquar ad te. 29.g. Ibíque pręcipiam filiis Iſrael & ſanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo vt tabernaculum teſtimonij cum altari, & Aarõ cum filiis ſuis, & ſacerdotio fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Iſrael. 40.b. Et aſſumpto vnxionis oleo vnges tabernaculum cum vaſis ſuis, vt ſanctificetur altare holocauſti, & omnia vaſa eius. Deute. 12.a. Non facietis ita domino deo veſtro, ſed ad locum quem elegerit dominus deus veſter, venietis, & offeretis in loco illo victimas, & holocauſta. d. Quæ autem ſanctificaueris & voueris tolles, & venies ad locũ quẽ elegerit dominus. 3. Reg 8.c. Stetit autem Salomon ante altare domini. 2. Para. 2.b. Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domũ? Si cœ- III

lum & cœli cœlorum capere eum nequeunt, quantus ego ſum,vt poſſim ei ædificare domum? Sed ad hoc tantum vt adoleatur incenſum coram illo.6.b. Ergo ne credibile eſt vt habitet deus cum hominibus ſuper terram. Si cœlum,& cœli cœlorum non te capiunt, quanto magis domus iſta quam ædificaui?d. Sed ad hoc tantum facta eſt vt reſpicias orationem ſerui tui,& obſecrationē eius. Iudit. 6.d. Poſtea verò con. Oratio 16. Eſa.50.c. Holocauſta eorum & victimę placebūt mihi ſuper altari meo,quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. 16.a. Hæc dicit dominus: Cœlū ſedes mea,& terra ſcabellū pedum meorū. Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi,aut quis locus requietionis meæ. Actu. 7.f. Sed excelſus non in manufactis habitat,ſicut per prophetam dicit: Cœlum.

IIII ¶ *A bonis hominibus ueneratur.* Vnde Ioiada ſacerdos Athaliam extra tēplum præcipit eiici vt interficeretur. 4. Reg. 11.c. Præcepit autē Ioiada. Pſal.5.c. Introibo in domū tuā adorabo ad templum.65.c. Introibo in domū tuam in holocauſtis.131.b. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco. Eccle. 4.d. Cuſtodi pedem tuum ingrediēs domū dei,& appropinqua vt audias. Aggæ.1.b. Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Seminaſtis multū,& intuliſtis parū. Comediſtis & non eſtis ſaturati, bibiſtis & non eſtis inebriati.c. Reſpexiſtis ad amplius,& ecce factum eſt minus. Et intuliſtis in domū,& exufflaui in illud.c. Quam ob cauſam dicit dominus? Quia domus mea deſerta eſt,& vos feſtinaſtis vnuſquiſq; in domū ſuā. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darēt rorē, & terra prohibita eſt ne daret germē ſuum. Saluator duodenis in templo inuentus fuit. Luc.2.f. Et factum eſt poſt triduum,inuenerunt illum in tēplo, ſedētem in medio doctorum. Frequenter ibi docuit. Luc.21.g. Et erat docens quotidie in templo.

V ¶ *A malis uiolatur.* Leui.19.f. Et ſanctuariū meum metuite. Hiere.7.b. Nunquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta,in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? Ego ſum,ego vidi dicit dominus. Balthazar vaſis tēpli abuſus eadem nocte interfectus eſt. Danie.5.a. Balthazar rex fecit grande conuiuium, Oſee.9.d. Propter malitiam

tiam adinuētionum eorum de domo mea eiiciam eos. Heliodorus volens iuſſu regio theſauros è templo accipere, per angelos flagellatus fuit. 2.Mach.3.b.Quúmque retuliſſet ad regem Appollonius de pecuniis quæ delatæ erāt. Matth.21.b. Et intrauit Ieſus in templum dei,& eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo,& menſas numulariorum,& cathedras vendentium columbas euertit,& dicit eis:Scriptum eſt, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Marci. 11.b.Et quum introiiſſet in templum. Luc.19.g.Et ingreſſus in templum. Iohan.2.c. Et prope erat paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, & inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & numularios ſedentes. Et quum feciſſet quaſi flagellum de funiculis,omnes eiecit de templo. Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis.

TE*mpus fructuoſe expendēdum.* Ecclēs.3.a.Omnia tempus habent,& ſuis ſpaciis tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. 8.a. Omni negocio tempus eſt & opportunitas. Eccle.4.c.Fili conſerua tempus & deuita à malo.14.b. Ante mortem benefac amico tuo.e. Non defrauderis à die bono, & particula bonæ diei non te prætereat.15.d. Nemini mandauit impiè agere,& nemini dedit ſpacium peccandi. Ephe.5.c. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis,non quaſi inſipientes,ſed vt ſapientes,redimentes tempus. I

¶*Superſtitioſe non obſeruandum.* Eccl.34.a.Diuinatio erroris, & auguria mendacia & ſomnia malefacien. Diuinatio. 1.Matth.16.a.Facto veſpere dicitis ſerenum erit,rubicundum eſt enim cœlum. Et mane hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum.Act.1.a.Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta,quæ pater poſuit in ſua poteſtate. II

TE*nebræ corporales in perſecutione AEgypti.*Exo.10.f.Extendit Moſes manum in cœlum, & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra AEgypti.In paſſione Chriſti. Luc.23.e.Erat autem hora fere ſexta,& tenebrę factę ſunt in vniuerſam teram vſque in horam nonam. I

¶*Spirituales.*Sap.17.d.Omnis enim orbis terrarum lympido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus II

cõtinebatur. Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox, imago tenebrarũ quæ ſuperuentura erat illis. Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebræ. Romano.13.d. Abiiciamus ergo opera. Arma.1. Ephe.5.c. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem. Lux.3.

I *TEntandus non eſt deus*. Vnde filij Iſrael peruerſè deum multipliciter tentantes, grauiter puniti ſunt. Num.11.b. Quis dabit nobis ad veſcendum carnes. Recordamur piſcium quos comedebamus in AEgypto gratis.14.a. Igitur vociferans omnis tũr. Murmuratio.1. Deut.6.c. Non tentabis dominum deum. Pſalmo.94.b. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda. Luc.4.b. Non tentabis dominum deum tuum.

II ¶ *Tentat deus hominem ad ſui probationem*. Gen.22. Tentauit deus Abraham. c. Nunc cognoui quòd timeas dominũ, & non pepercíſti vnigenito filio tuo propter me. Deut.13.a. Quia tentat vos dominus deus veſter, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum, an non? Iudith.8.c. Memores. Diſciplina.3. Sap.3.b. Quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe. Eccle.34.b. Qui non eſt tentatus, quid ſcit?

III ¶ *Meriti augmentationem*. Sic Iob permiſit tentari per ſatan. Iob.1.b. Quadam auté. Accuſatio.1. Sic Thobias aduerſitatibus tẽtatus fuit. Thob.12.c. Et quia acceptus eras deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te.1. Pet.1. In quo exultabitis. Diſciplina.7.

IIII ¶ *Proximi ædificationem*. Thob.2.c. Hanc autem tentationem. Diſciplina.3.

V ¶ *Tentat diabolus decipiendo per mendacium*. Sic Euam aggreſſus eſt. Gene.3.a. Sed & ſerpens. Angelus.12. Matt.4.b. Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Act.5.a. Anania, cur tentauit. Mendacium.6.

VI ¶ *Affectum incendendo per deſiderium*. Iacobi.1.b. Nemo quum tentatur. Concupiſcentia.1.

VII ¶ *Defectum inducendo per conſenſum*. 1. Para.21.a. Conſurrexit autem ſatan contra Iſrael & incitauit Dauid, vt numeraret populum. Eccleſi.2.a. Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tẽtationem. Vnde ſaluatorem in quo nihil habuit aggreſſus,

ſus. Matth. 4. a. Ductus eſt. Angelus. 12. Luc. 4. b. Et conſummata. vbi ſup. 12. 22. c. Simon ecce ſatanas. Eccle. 2. e. Surgite orate ne intretis in tētationem. 1. Theſſ. 3. b. Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi ad cognoſcēdum fidem veſtram, ne fortè tentauerit vos is qui tentat & inanis fiat labor noſter. Iacobi. 4. b. Reſiſtite autem diabolo & fugiet à vobis. 1. Pet. 5. b. Sobrij eſtote. Aſtinentia. 3.

THeſaurus *temporalis*. Matt. 6. c. Nolite theſaurizare. Diuitiæ. Lucæ. 12. c. Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in deum diues. I

¶ *Spiritualis*. Eccleſia. 29. c. Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurū. Eſa. 33. b. Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia: timor domini ipſe eſt theſaurus. Matth. 6. c. Theſaurizate autem. Diuitiæ. 3. Luc. 12. d. Facite vobis ſac. vbi ſuprà. 2. 1. Timo. 6. d. Diuitibus huius ſeculi, vbi ſuprà. 1. II

TEſtamentum *debite ordinandum*. Sic Abraham fecit. Gen. 25. a. Deditque Abraham cuncta quæ poſſiderat Iſaac: filiis autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc viueret. Sic Iacob. Gene. 49. d. Finitiſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectum, & obiit. Sic. Thob. 4. a. Igitur Thobias quum putaret orationem ſuam exaudiri vt moreretur, vocauit ad ſe filium ſuum. 14. c. Audi ergo fili. Filius. 6. Eccleſi. 33. c. Filio & mulieri fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua, & non dederis alij poſſeſſionem tuam, ne fortè te pœniteat, & depræceris pro illis. In die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam. I

¶ *Rite obſeruandum*. Gala. 3. b. Fratres ſecūdum hominem dico, tamen hominis cōfirmatum teſtamētum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. Heb. 9. d. Vbi enim teſtamētum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis cōfirmatum eſt. Alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. II

TEſtis *bonus in bono confirmatur*. Prou. 14. a. Teſtis fidelis non mentietur. c. Liberat animas teſtis fidelis. 23. d. Ne ſis fruſtra teſtis contra proximum tuum. Act. 1. d. Oportet I

ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos, dominus Ieſus, incipiens à baptiſmate Iohannis, vſque in diem qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis.

II ¶ *Debito modo ordinatur.* Nume.35.d. Homicida ſub teſtibus punietur, ad vnũ teſtimonium nullus condembabitur. Deute.17.b. In ore duorum aut trium teſtium peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno contra ſe dicente teſtimonium. Eſa.8. Adhibui mihi teſtes fideles. Matth.18.b. Vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. 2.Cor.13. a. In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.

III ¶ *Teſtis falſus proximum lædit.* Prou.12.c. Qui autem mentitur teſtis eſt fraudulentus. Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacij. 14.a. Profert autem mendacium doloſus teſtis. 19.d. Teſtis iniquus deridet iudicium, & os impiorum deuorat iniquitatem. 3.c. Iaculum & gladius & ſagitta acuta homo, qui loquitur cõtra proximum ſuum falſum teſtimonium. Mat.26.f. Princeps autem ſacerdotum, & omne conſilium, quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent, nec inueniebant cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Si cuſtodes dominici ſepulchri pecunia corrupti dixerunt corpus domini furatum. Matt.28. c. Ecce quidam. Domus. 6. Marc.14.f. Multi autem teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum. Act.6.c. Tũc ſubmiſerunt viros, qui dicerent, ſe audiſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moſen & deum, & ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba aduerſus locum ſanctum & legem.

IIII ¶ *Seipſum perdit.* Exod.20.c. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. 23.a. Non ſuſcipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falſum teſtimonium. Leui.19.d. Nõ ſtabis cõtra ſanguinem proximi tui. Deut.5.c. Nec loqueris contra proximum falſum teſtimonium. 19. d. Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum præuacationis, ſtabũt ambo quorum cauſa eſt ante dominum in conſpectu ſacerdotum, &

iudicum

iudicum qui fuerint in diebus illis, cúmque diligentiſſime perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit. Non miſereberis eius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede reddes. Prou. 6.c. Sex ſunt quæ odit dominus, teſtem fallacem. 19.a. Teſtis falſus non erit impunitus. 21.d. Teſtis mendax peribit. Sic ſenes contra Suſannam falſum dicentes teſtimonium interfecti ſunt. Dan. 13. c. Huius rei teſtes ſumus.

¶ *Teſtis diuinus.* Eſa. 43.b. Vere vos teſtes mei. 44.b. Vos V
eſtis teſtes mei. Iohan. 15.d. Cum autẽ venerit. Spirituſſ. 3. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Act. 1.a. Et eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, vſque ad vltimum terræ. 10. f. Et nos teſtes ſumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum & Hieruſalem. 1. Iohan. 5.b. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpirituſſanctus, & hi tres vnum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium dei maius eſt. Apoca. 1.a. Qui teſtimonium perhibuit verbo dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti quæcunque vidit.

T*Imor dei deo placet.* Exod. 20.d. Nolite timere, vt enim I
probaret vos venit deus: & vt terror illius eſſet in vobis & non peccetis. Deut. 6.c. Dominum deum tuum timebis. 10.d. Dominum deum tuum timebis. Eccleſi. 1.a. Vnus eſt altiſſimus, creator omnium, omnipotens & metuendus nimis. 2.b. Serua timorem illius, in illo veteraſce. 15.c. Omne execramentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eum. 27. a. Si non in timore domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Eſaiæ. 8.c. Dominum exercituum ipſum ſanctificate, ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter, & erit vobis in ſanctificationem. 33.b. Audite qui longe eſtis quæ fecerim & cognoſcite vicini fortitudinem meam. Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſidet timor hypocritas. Hierem. 5.e. Me ergo non

timebitis ait dominus. f. Receſſerunt & abierunt & non dixerunt in corde ſuo. Metuamus dominum deum noſtrũ, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & ſerotinam in tempore ſuo plenitudinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis. Malach.1.b. Et ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Matth.10.c. Sed potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus, perdere in gehennam. Luc.12.b. Oſtendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui poſtquam occiderit habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Roma.11.c. Noli altum ſapere, ſed time. 1.Cor.10.c. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Hebræo.4.a. Timeamus ergo, ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe. Apoca.14.b. Timete dominum & date illi honorem.15.a. Quis non timebit te domine.

II ¶ *Homini prodeſt ipſum bene ordinando.* Ioſue. 24.c. Nunc ergo timete deum, & ſeruite ei perfecto corde. Pſal.2.b. Seruite domino in timore. 118.p. Confige timore tuo carnes meas. 4.Reg.17.g. Fuerunt igitur gentes iſtæ timentès quidem dominum, ſed nihilominus idolis ſuis ſeruiẽtes. Prouer.3.b. Time dominum & recede à malo. Sanitas quippe erit vmbilico tuo & irrigatio oſſium tuorum. 8. b. Timor domini odit malum. 14.b. Sapiens timet & declinat à malo. 15.d. Per timorem autem domini declinat omnis à malo. Timor domini diſciplina ſapientiæ. 16.a. In timore domini declinatur à malo. 23.b. Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed in timore domini eſto tota die, quia habebis ſpem in nouiſſimo, & præſtolatio tua non auferetur. 24. c. Time dominum fili mi & regem. 28. b. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, qui verò mentis eſt duræ corruet in malũ. Eccleſiaſtes. 7.c.b. Qui timet deum nihil negligit. 12.d. Deum time & mandata eius obſerua. Eccleſia. 1.c. Timor domini expellit peccatum. 2. Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. d. Qui timent dominum, non erunt incredibiles verbo illius. Qui timent dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt illi. Qui timent dominum præparabunt corda ſua, & in cõſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timẽt

dominum

dominum cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad circunſpectionem illius. 7.c. In tota anima tua time dominũ. 15.a. Qui timet deum facite bona. 21.a. Qui timet deum cõuertetur ad cor ſuum. b. Conſummatio timoris dei ſapientia & ſenſus. 25.b. Timor dei initium dilectionis eius, fidei autem initium agglutinandum eſt ei. Eſa. 29.d. Et timuerunt me mandato hominũ. Hier. 32.g. Et dabo ei cor vnum & viam vnam vt timeant me vniuerſis diebus, & bene ſit eis, & filiis eorum poſt eos.

¶ *Plene remunerando.* Exodi. 15.b. Quis ſimilis tui in fortibus domine? Quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate? III
Thob. 4.d. Noli timere fili mi. pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus ſi timuerimus deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Iob. 28.d. Et dixit homini ecce timor domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Pſal. 33.b. Timete dominum omnes ſancti eius. 60.b. Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum. 111.a. Beatus qui timet dominum, potens in terra erit. Gloria & diuitię in domo eius. 144.d Voluntatem timentium ſe faciet. Prouer. 10.d. Timor domini apponit dies. 14. In timore domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit ſpes. Timor domini fons vitæ, vt declinat à ruina mortis. 19.d. Timor domini ad vitam, & in plenitudine cõmorabitur abſque viſitatione peſſimi. 22.a. Finis modeſtiæ timor domini diuitiæ & gloria & vita. Eccleſia. 1.b. Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. c. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur, plenitudo ſapientiæ eſt timere deum. 2.b. Qui timetis dominum ſperate in illum, & in oblectationem veniet vobis miſericordia. Qui timetis dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. 10.c. Semen hominum honorabitur hoc quod timet dominum. 15.d Oculi domini ad timẽtes eum. 23.d. Et agnoſcent qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt quàm timor dei. 25.b. Beatus homo cui donatũ eſt habere timorẽ dei. Timor dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. 32. Qui timent dominum accipient doctrinam eius, & qui vigilauerint ad illum inuenient benedictionem. 33.a.

Timenti dominum non occurrent mala,ſed in tentatione deus illum cõſeruabit & liberabit à malis.34.c.Qui timet dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius.Timentis dominũ beata eſt anima eius:Oculi domini ſuper timentes eum.40.d.Facultates & virtutes exaltant cor,& ſuper hæc timor domini.Non eſt in timore minoratio. Timor domini ſicut paradiſus benedictionis.Mich.6.c.Salus erit timẽtibus nomẽ meum.Malach. 4.a.Et orietur vobis timentibus nomẽ meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. Lucæ.1.e.Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.

IIII ¶ *Timor humanus uitioſus*. Iob.6.c. Qui timent pruinam irruet ſuper eos nix. Pſal.13.b.Illic trepidauerunt timore, vbi nõ erat timor. Prouer.10.d.Qui timet hominem cito corruet. Eccl.22.c.Sicut ornatus arenoſus in pariete lympido,& ſicut paleæ in excelſis,& cęmenta ſine impenſa poſita contra faciem venti, non permanebunt, ſic cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtet.Matt.1.c.Et nolite timere.Homo.3.Luc.12.d.Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc nõ habent amplius quid faciant. 1.Pet.3.c.Et quis eſt qui vobis noceat,ſi boni ęmulatores? Timorem autem eorum ne timueritis.

¶ *Contemptus eius uirtuoſus*. Pſalmo.13.b.24.c.Firmamentum eſt dominus timentibus eum. 26.a.Dominus illuminatio mea,& ſalus mea quem timebo.55.c.In deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo. Prouerb.3.d. Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum.Dominus enim erit in latere tuo. Eſaiæ.41.c.Seruus meus es tu. Ne timeas,quia ego tecum ſum. d. Ne timeas ego adiuui te. 43.a. Noli timere quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Cum tranſierit per aquas tecum ero,& flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne nõ combureris. 51.c. Audite me qui ſcitis iuſtũ populus meus,lex mea in cordibus eorũ. Nolite timere opprobriũ hominũ, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum,ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam deuorabit eos tinea.d.Quis tu vt timeas ab homine mortali,& à filio hominis

minis qui quaſi fœnum ita areſcet,& oblitus es domini fa-
ctoris tui qui tetendit cœlos. Hiere.1.b. Ne timeas. Euan-
gelium.10. Roma.8.f. Si deus pro nobis, quis contra nos?

TRiſtitia *ordinata*. 2.Cor.6.b. Quaſi triſtes ſemper gau- I
dentes. 7.b. Quoniam & ſi contriſtaui vos in epiſtola,
non me pœnitet. Nunc gaudeo non quia contriſtati eſtis:
ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.c. Contriſtati e-
nim eſtis ſecundum deum. Quæ enim ſecundum deum eſt
triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.

¶ *Inordinata bonum impedit.* Prouer.12.t. Non contriſtabit II
iuſtũ quicquid ei acciderit.15.b. In mœrore animæ deiici-
tur ſpiritus. Eccl.7.a. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo,
14.a. Fœlix qui non habuit animi ſui triſtitiam.30.d. Tri
ſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipſum in
conſilio tuo. Iucunditas cordis. Salus.4. Iacobi.5.c. Tri-
ſtatur autem aliquis oret æquo animo & pſallat.

¶ *Malum inducit.* Prouer.12.d. Mœror in corde viri humi- III
liabit illum,& ſermone bono lætificabitur. 17.d. Spiritus
triſtis exiccat oſſa. 25.c. Sicut tinea veſtimento & vermis
ligno, ita triſtitia viri nocet cordi.31.a. Date ſiceram mœ-
rentibus,& vinum his qui amaro ſunt animo. Eccle.25.c.
Omnis plaga triſtitia cordis eſt. 30.d. Triſtitiam longe
expelle à te. Multos enim occidit triſtitia, & non eſt vti-
litas in illa. 38.b. A triſtitia enim feſtinat mors,& coope-
rit virtutẽ,& triſtitia cordis flectit ceruicem. In abductio-
ne permanet. Ne dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle
eã à te,& memẽto nouiſſimorũ. Noli obliuiſci, neq; enim
eſt cõuerſio, & huic nihil proderis,& teipſum peſſimabis.

## V

VErbum dei omnibus neceſſariũ I
Deuter.6.a. Afflixit te penuria,& dedit
tibi cibum mãna, quòd ignorabãt patres
tui, vt oſtenderet tibi quòd non in ſolo
pane viuit homo, ſed in omni verbo ꝙ
egreditur de ore dei. Prouer.29.c. Cum
prophetia. Euangelium.2. Eſaiæ.2.a. Venite aſcendamus:
vbi ſuprà.12. Hierem.26.a. Noli ſubtrahere. vbi ſuprà.2.

Amos.8.d. Et ecce dies veniunt,dicit dominus,& emittã famem in terram, non famem panis,neque ſitim aquæ,ſed audiendi verbum dei.Matth.4.a.Scriptum eſt:Non in ſo lo pane viuit homo.Roma.10.d.Ergo fides ex auditu,auditus autem per verbum Chriſti.Coloſ.3.c.Verbum Chri ſti habitet in vobis abundanter.2.Timo.2.b. Sed verbum dei non eſt alligatum. Act.6.a.Non eſt æquum nos derelinquere verbum dei,& miniſtrare menſis.10.a.Hic dicet tibi quid te oporteat facere.

II ¶*Maxime firmum*.Gene.41.d.Quòd autem vidiſti ſecundo,ad eandẽ rem pertinens ſomnium,firmitatis indicium eſt,eo quòd fiat ſermo dei & velocius impleatur.Pſal.88.c Et quæ procedunt de labiis meis,non faciam irrita.Eſaiæ 40.b. Verè fœnum eſt populus, exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. Verbum autem domini manet in æternum. Hie.1.b.Bene vidiſti,quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud.17.b.Ecce ipſi dicunt. Vbi eſt verbum domini?veniat.Matt.24.c.Cœlum & terra tranſibunt,verba autem mea non tranſibunt.Lucæ.16.d.Facilius eſt cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. 21.f.Cœlum & terra tranſibunt.1.Pet.1.d.Verbum autem domini manet in æternum.

III ¶*Summe actiuum*. Hier.23.f.Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis dicit dominus, & quaſi malleus conterens petram? Ezech.37.b.Oſſa arida verbum domini. Luc.21.c. Ego enim dabo. Perſecutio.3. 24.e. Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via? Iohan.17.c. Ego dedi eis ſermonem tuum. Hebr.4.c. Viuus eſt enim ſermo. Iudicium.11. Actu.2.f.His autem auditis compuncti ſunt corde. 6.c. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur.

IIII ¶*Multifarie frugiferum*.Ad boni conſecutionem.Eccleſi. 1.a.Fons ſapientiæ verbũ dei in excelſis,& ingreſſus illius mandata æterna. Eſa.55.c. Et quomodo deſcendit imber & nix de cœlo,& illuc vltra nõ reuertitur ſed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit.Sic erit verbum meum quòd egredietur de ore meo nõ reuertetur ad me vacuum,ſed faciet quęcunque volui,& proſperabitur in

his ad

his ad quæ niſi illud. Iohan.5.d. Amen amen dico vobis. Fides.10. 6.c. Omnis qui audiuit à patre & didicit venit ad me. g. Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes. 8.f. Qui ex deo eſt, verba dei audit.

¶ *Ad mali euaſionem*. Pſalmo.118.o. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Prouerbiorũ.30.a. Omnis ſermo dei ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe. Hiere.23.e. Si ſtetiſſent. Euangelium.2. Micheæ.2.b. Nónne verba mea bona ſunt cum eo, qui recte graditur? Et econtrariò, populus meus in aduerſum conſurrexit.2. Cor.5.d. Et poſuit in nobis. Euangelium.9. Ephe.6.c. Et galeam ſalutis. Arma.1. V

¶ *Verbum dei mali peruerſique irrident*. Hieremię.6.c. Ecce verbum domini factum eſt eis in opprobrium.e. Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum fructum cogitationũ eius, quia verba mea non audierunt & legem meam proiecerũt.25.a. Et miſit dominus. Propheta 3.29.d. Ecce ego mittam in eos gladium, & famem, & peſtem. Ego quòd nõ audierint verba mea: dicit dominus. Ezech.33 g. Et tu fili hominis. Venite & audiamus. Euangelium.18. Matthęi.10.b. Et quicunque non receperit. Euangelium.19. 13.b. Incraſſatum eſt enim cor. Auditus.1. 21.d. Ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnum dei & dabitur genti facienti fructus eius. Iohannis.5.f. Et verbũ eius non habetis in vobis manens, quia quem miſit ille huic vos non creditis.6.g. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerũt. Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? 1. Theſſa.2.c. Ideo & nos gratias agimus deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus dei accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum dei, qui operatur in vobis qui credidiſtis.4.b. Itaque qui hęc ſpernit. Euangelium.17. Actuum.17.e. Athenienſes autem. Auditus.3.1. Iohan.4. Qui nouit deum audit nos, qui non eſt ex deo non audit nos. VI

VEritas *firmiter conſeruanda*. Pſalmo.30.g. Quoniam veritatem requiret dominus. 50.b. Ecce enim veritatem dilexiſti. 118.f. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque. Prouer.3.a. Miſericordia: &, Miſericordia.5 Eſaiæ.26.a. Aperite portas & ingredietur gens iuſta, cu- I

ſtodiens veritatem.59.c.Quia corruit in plateis.Auerſio.
1.Danielis.8.d. Robur autem datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter peccata,& proſternetur veritas in terra. Oſee.4.a.Non eſt enim veritas.Mendacium.6. Zacha. 8.d.Veritatem tantum,& pacem diligite. Iohan.8.f. Ille homicida erat ab initio,& in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Romano.1.c. Reuelatur enim ira.Ira.1. Ephe.4.d.Veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia. 5.c.Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia,& veritate. 1.Timo.6.b.Et quia veritate priuati ſunt exiſtimantium quæſtum eſſe pietatē. Hebræo.10.e.Voluntarie enim.Liberum arbitrium.3.

II ¶*Reuerenter honoranda.* 3.Eſdræ.3.c.Super omnia autem vincit veritas.4.e.Et omnes populi clamauerunt & dixerunt.Magna eſt veritas & præualet. Iob.6.d. Quare detraxiſti ſermonibus veritatis. Pſal.90.a.Scuto circundabit te veritas eius. 116.a.Veritas domini manet in æternum. Prouer.12.c. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Eccleſia.4.d.Non contradicas verbo veritatis vllo modo,& de mendacio ineruditionis tuæ confundere.Matth. 22.b.Magiſter ſcimus quia verax es,& viam dei in veritate doces.Iohan.1.b.Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. 4.c.Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate.8.d.Si vos manſeritis in ſermone meo,vere diſcipuli mei eritis,& cognoſcetis veritatem,& veritas liberabit vos.14.a.Ego ſum via veritas & vita. 17.c.Et ſermo tuus veritas eſt.18.g.Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundum,vt teſtimonium perhibeā veritati.1.Corinth.13.b.Charitas non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autem veritati. 2.Corinth.13.b. Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatē,ſed pro veritate.Gala.3.a.O inſenſati Galateæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati?

I VIduæ uirtuoſe debent ornari. Sic Iudith virtutibus nō veſtibus ornari ſtuduit.Iudith.8.a. Erat autē Iudith relicta eius vidua. b.Et erat hæc in omnibus famoſiſſima quoniā timebat dominū valde,nec erat qui de ea loqueretur verbum malum. Luc.2.e.Et erat Anna propheiiſſa filia Phanuel,& hæc vidua erat,vſque ad annos octoginta quatuor

quæ

quæ non diſcedebat de tẽplo ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte & die. 1. Timoth.5.a. Quæ vere vidua eſt & deſolata, ſperet in deũ, & inſtet obſecrationibus & orationibus die ac nocte. Nam quæ in delitiis eſt, viuẽs mortua. Et hoc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint. Titum.2.a. Anus ſimiliter in habitu ſancto, nõ criminatrices, nõ multo vino ſeruientes, bene credentes, & prudentiam doceát.

¶ *Studioſe defenſari*. Exod.22.d. Viduę & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiã clamorem eorum. Pſal.131.c. Viduam eius benedicens benedicam. Eccleſia.35.b. Non accipiet. Pauper.5. Eſaię.1.f. Pupillo non iudicant. Iudicium.28. II

V*ia dei ſuper omnes exaltatur*. Thob.3.a. Iuſtus es domine & omnia iudicia tua veritas, & omnes vię tuę miſericordia & veritas & iudicium. Eſaię.55.b. Non enim cogitationes meę cogitationes veſtræ, neque vię veſtræ vię meę, dicit dominus. I

¶ *Via uirtuoſa ad deum ordinatur*. Geneſis.6.b. Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum deo ambulauit.17.a. Ambula corã me, & eſto perfectus. Deu.5 d. Non declinabis. Pręceptum.4. Iob.23.d. Veſtigia eius ſecutus. Imitatio.3. Pſal.118.a. Vtinã dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.d. Viam veritatis elegi.h. Cogitaui vias meas. Prouer.3.a. In omnibus viis tuis cogita illum & ipſe diriget greſſus tuos. c. Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ.16.a. Intium viæ bonę facere iuſtitiam.c. Semita iuſtorum declinat à malo. Eccle.5.c. Eſto firmus in via domini. Eſaię.26.b. Semita iuſti recta, rectus callis iuſti ad ambulandum.30.c. Et erũt oculi tui videntes pręceptorem tuum, & aures tuæ audiẽt vocem poſt tergum monentis. Hęc eſt via ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram neque ad ſiniſtram. 35.c. Et erit ibi ſemita & via ſancta vocabitur. Non tranſibit per eam pollutus, & hęc erit vobis directa via, ita vt ſtulti non errent per eam. 40.a. Vox clamãtis in deſerto paráte viã domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri. Quare dicis Iacob & loqueris Iſrael? Abſcõdita eſt via mea à dño. Hier.31.d. Statue tibi ſpelũcã, pone tibi II

amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. Oſee.14.d Quia rectæ viæ domini & iuſti ambulabunt in eis. Præuaricatores verò corruent in eis. Philip.3.d. Imitatores mei. Crux.3.1. Theſſalo.4.a. De cætero ergo fratres rogamus vos, & obſecramus in domino Ieſu, vt quemadmodũ acce piſtis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere deo, ſic & ambuletis. Hebræorum.12.d. Propter quòd remiſſas manus, & genua diſſoluta erigite, & cõgreſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret magis autem ſanetur.

III ❡*Per deum moderatur.* Thob.4.d. Omni tempore benedic deum: & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. 5.d. Bene ambuletis, & ſit deus in itinere veſtro & angelus eius comitetur vobiſcum.10.d. Angelus domini ſanctus ſit in itinere veſtro. Pſalmo.5.b. Domine deduc me in iuſtitia. 16.b. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. 22.a. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ. Vias tuas domine demonſtra mihi. 36.d. Apud dominum greſſus hominis dirigetur. 118.e. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum, quia ipſam volui. Prouerbiorum.4.b. Viam ſapientiæ monſtraui tibi, & duxi te per ſemitas æquitatis quas cum ingreſſus fueris; nõ artabuntur greſſus tui, & currẽs non habebis offendiculũ. c. Iuſtorum autem ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem.13.a. Iuſtitia cuſtodit innocentis viam,16.b. Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus eius. 20.d. A domino dirigũtur greſſus viri, quis autem hominũ poteſt intelligere viã ſuam. 21.a. Sicut diuiſiones. Cor.1. Eccleſi.37.c. Et in his omnibus deprecare altiſſimũ, vt in veritate viam tuam dirigat. Eſaiæ.2.a. Venite aſcendamus. Euangelium.12.48. c. Ego dominus deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas. Hierem.10.d. Scio domine quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt, vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Miche.4.a. Venite aſcendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob. Et docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis eius.

IIII ❡*A deo remuneratur.* Hinc Pſalmiſta: Quis eſt homo qui timet dominum. Legem ſtatuit ei, in via quam elegit. Anima eius

ma eius in bonis demorabitur.83.b.Ibũt de virtute in virtutem videbitur deus. Prouerbiorum.12.d.In ſemita iuſti tiæ vita.16.a.Cũ placuerint. Dilectio inimicorũ.1.Hieremiæ.6.d.State ſuper vias,& videte,& interrogate de ſemitis antiquis,quę ſit via bona,& ambulate in ea,& inuenietis refrigerium animabus veſtris. 7.a. Bonas facite vias veſtras,& ſtudia veſtra,& habitabo vobiſcum.26.d.Nunc ergo bonas. Pœnitentia.1. Matthæi.7.b. Quàm auguſta. Pœnitentia.3.

¶ *Via uitioſa turpiter deordinatur*. Iob.21.b.Qui dixerunt. Impius.1.Pſalmo.13.b.Veloces pedes eorum ad effundẽdum ſanguinem. Contritio & infœlicitas in viis eorum. 118.a. Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt. Prouerbiorũ.2.c.Qui relinquunt iter. Impius.1.4.c.Via impiorum tenebroſa,neſciunt vbi corruũt. d.Oculi tui recta videãt,& palpebræ tuę præcedant greſſus tuos.Dirige ſemitas pedibus, & omnes viæ tuæ ſtabilientur:Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtrã,auerte pedem tuum à malo.Vias enim quæ à dextris ſunt nouit dominus, peruerſæ verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe enim rectos faciet greſſus tuos, itinera autem tua in pace producet.12.c.Via ſtulti recta in oculis eius.14.a.Ambulans recto.Deriſor.2.21.a.Omnis via viri recta ſibi videtur.22.a. Arma & gladij in via peruerſi, cuſtos autem animæ ſuæ longe recedit ab eis. Eſaiæ.57.b. In multitudine vię tuæ laboraſti nec dixiſti, quieſcam. 59.b. Vaſtitas:&;Impius.2. V

¶ *Firmiter reprobatur*. Nume.22.f.Cui angelus:Ego veni vt aduerſarer tibi,quia peruerſa eſt via tua.Iob.6.c.Inuolutę ſunt ſemitę,ambulabũt in vacuũ & peribunt,&c Prouer.12.d.Iter autem deuium ducit ad mortẽ.14.b. Eſt via quæ videtur homini recta,nouiſſima autẽ eius deducũt ad mortẽ. 28.c.Qui autem peruerſis graditur viis, concidet ſemel. Sap.5.b.Errauimus à via veritatis.Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis.Eccle.2.c.Vę his qui perdiderunt ſuſtinentiam,& qui dereliquerũt vias rectas. 21.b. Via peccantium cõplantata lapidibus,& in finem illorum inferi,& tenebra,& pœnæ. Hier.2.g.Quàm vilis facta es VI

nimis iterans vias tuas. 4.c. Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hæc(ſcilicet mala)tibi. Philippẽ.3.d. Multi enim ambulant. Crux.3.

VII ❡*Vtiliter deuitatur*. Pſal.118.d. Viam iniquitatis amoue à me.n. Ab omni via mala prohibui pedes meos: A mãdatis tuis intellexi,propterea odiui omnẽ viã iniquitatis. Prou, 5.b. Fili mi ſi te lactauerint. Pax.11.4.c. Ne delecteris in ſe mitis. Societas.6. Eccl.5.c. Nõ ventiles te in omnẽ ventũ & non eas in omnẽ viã.32.d. In via ruinę. Scandalum.1.

I *Vigilandum eſt diligenter ad malum deuitandũ*. Matth.26.c. Vigilate & orate,vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidem promptus eſt,caro autẽ infirma. Luc.12.e. Hoc autẽ ſcitote,quoniã ſi ſciret paterfamiliãs qua hora fur veniret,vigilaret vtiq;,& non ſineret perfodi domũ ſuã. 21.g. Vigilate itaq;. Oratio.6.1.Cor.10.c. Itaq; qui ſtat,videat ne cadat.15.e. Euigilate iuſti & nolite peccare. 1.Theſſa. 5.b. Igitur non. Somnus.4.1.Pet.3.b. Sobrij eſtote & vigilate. Abſtinentia.3. Apoca.3.a. Si ergo non vigilaueris veniã ad te tanquam fur,& neſcies quando veniam ad te.

II ❡*Bonum conſeruandum*. Prouerbio.8. Beatus vir qui audit me,& qui vigilat ad fores meas quotidie. Eccleſiaſt.31.a. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. 32.c. Qui vigilauerint ad illum inuenient benedictionem. 29.a. Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum.1.Corinth.16.c. Vigilate,ſtate in fide,viriliter agite, & confortamini. Omnia enim veſtra in charitate fiant. Coloſſenſes.4.a. Orationi inſtate vigilantes in ea in gratiarum actione.

III ❡*Indeſinenter*. Eſaiæ.21.c. Super ſpeculam domini ego ſum ſtans iugiter per diem:& ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus. 26.b. Anima mea deſiderauit. Spes.24.d. Vigilate ergo,quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Ideo & vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora filius hominis venturus ſit.25.a. Vigilate itaque quia neſcitis diẽ neque horam. Mar.13.d. Videte,vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit. Vigilate ergo, neſcitis enim quando dominus domus veniat,ſero,an media nocte,an gallicantu, an mane:ne cum venerit repente

inueniat

inueniat vos dormientes. Luc.12.c. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Apoca. 16.c. Beatus qui vigilat. Ornatus.1.

V*Indicta per nos non expetenda*, Leuiti.19.d. Non quæras I vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Hinc Dauid ait.1. Regum.25.f. Benedictus dominus Iſrael, qui miſit me hodie in occurſum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem, & vlciſcerer de manu mea. Pſalmo 7.a. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Prouerbiorum. 20.d. Ne dicas reddam. Patientia.2.24.d. Ne dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciam ei, & reddam vnicuique ſecundum opus ſuum. Eccleſi.10.a. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. 28.a. Qui vindicari. Dilectio inimicorum.1. Matthæi.5.f. Ego II. autem dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in vnã maxillam, præbe ei & alteram. 26.c. Tunc ait illis Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuum, Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putatis quia non poſſum rogare patrem meum & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum. Luc.9.g. Domine vis dicamus, vt ignis deſcendat de cœlo & conſumat illos? Et conuerſus increpauit eos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus ſitis. Filius hominis non venit animas perdere ſed ſaluare. Iohan.18.b. Mitte gladium in vaginam, Romanorum.12.d. Nulli malum pro malo redde. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. 1. Theſſal. 5.d. Videte ne quis malum pro malo reddat, ſed ſemper quòd bonum eſt ſectamini in inuicem, & in omnes. 1. Pet. 3.b. Non reddentes. Maledictio.4.

¶ *Deo relinquenda*. Deutero.32.e. Mea eſt vltio, & ego retribuam. f. Sanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur. Ezechiel.25.c. Pro eo quòd fecit. Bellum.1. Lucæ.18.b. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis. Dico autem vobis quia citò faciet vindictam illorum. Rom. 12.d. Non voſmetipſos. Ira.1. Coloſſ.3.d. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quòd iniquè geſſit. Hebræorũ.10.f. II

Scimus enim qui dixit. Mihi vindictam, & ego retribuam. Apoc. 6. c. Vſquequo domine. Perſecutio. 5.

I Vinea domini bona per deum moderatur. Pſal. 79. b. Vineam de AEgypto tranſtuliſti. Deus virtutum conuertere, & perfice eam quam plantauerat dextera tua. Matt. 20. a. Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliâs, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

II ¶ Per malum deuaſtatur. Pſal. 79. b. Exterminauit eam aper de ſylua. Eſaiæ. 3. c. Vos enim depaſti eſtis vineam meam. Hiere. 12. c. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, cõculcauerunt partem meam. Dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis, poſuerunt eam in diſſipationem. Ioel. 1. b. Poſuit vineam meam in deſertum. Nudans ſpoliauit eam. c. Vinea confuſa eſt.

